


HERODOTI
HISTORIARUM LIBRI IX.
GRAECE ET LATINE.

TOMUS I.

Liber I et II. cum Varietate Lectionis.

ARGENTORATI

TYPIS PHILIPPI IACOBI DANNBACH.



Bein. del. et sculp.

HERODOTI
MUSAE
SIVE
HISTORIARUM LIBRI IX.

AD VETERUM CODICUM FIDEM
DENUO RECENSUIT
LECTIONIS VARIETATE
CONTINUA INTERPRETATIONE LATINA
ADNOTATIONIBUS
WESSELINGII ET VALCKENARII
ALIORUMQUE ET SUIS
ILLUSTRAVIT

IOHANNES SCHWEIGHAEUSER
IN ACAD. ARGENT. ET SEM. PROT. LITERAR. GRAEC. PROF.
ACADEMIAE REG. INSCRIPT. ET HUM. LITERAR. ADSCR.

TOMUS PRIMUS.

ARGENTORATI ET PARISIIS
APUD TREUTTEL ET WÜRTZ, BIBLIOPOLAS.
MDCCCXVI.

SPC 1989

IOH. SCHWEIGHAEUSER
MUSARUM AMICIS SALUTEM.

LIBERARE posse fidem publice datam, promissumque absolvere opus, clementer nobis adspirante Dei Opt. Max. numine, per multiplices tempestatum turbines contigit. Sextus hic agitur annus, ex quo Bibliopolae quorum periculo in lucem hoc opus exit, schedâ in publicum emissâ, meis verbis professi sunt, non esse me alienum a consilio, si favisset studiosorum hominum voluntas, et vita viresque suppetiissent, *Wesselingianam Herodoti Editionem* ea lege *instaurandi*, ut, si quid vel in graeco exemplo, vel in adiecta latina versione, vel in Wesselingii Valckenariique Adnotationibus desideraretur, quod aut commodius poni posse aut suppleri debere videretur, id ita corrigeretur suppleretur que, ut nihil tamen eorum, quae a summis illis Duumviris in Historiae parentem collata sunt, neglectum abiectumve lateret Lectores.

IN manibus iam tunc meis erant *e quinque Codicibus Msstis Parisiensibus*, cum exemplo Wesselingiano ab erudito iuvene *Georgiade* Thessalonicensi, cuius et fidem et industriam mihi BOISSONADUS Vir clarissimus commendaverat, diligenter collatis, excerpta *Lectionis Varietas*. Accesserunt

deinde *Lectiones e sexto* quodam *Regio Codice* enotatae, qui quidem nonnisi Fragmenta nonnulla, satis tamen illa notabilia, Historiarum Herodoti complectitur: accesseruntque, primum, *e membranaceo vetusto Codice Italico*, integrum Scriptoris nostri opus exhibente, neque umquam antea excusso, excerptae Lectiones, a CREUZERO, Heidelbergensis Academiae decore, penes quem tunc is codex erat, ultro mihi oblatae; moxque, veniâ ab illustri membranarum possessore, LIBERO BARONE DE SCHELLERSHEIM, *Eisbergae aliorumque in Westphalia locorum domino*, per eiusdem *Creuzeri* apud illum gratiam et in me benevolentiam impetratâ, ipsae illae praestantissimae Membranae ad me transmissae, earumque usura in tantum temporis spatium, quantum mihi ipsi commodum visum fuisset, supra quam dici potest liberaliter concessa.

HISCE munitus praesidiis, de quibus in Praefatione alteri Parti huius Tomi praemissa uberius exponam, ac *praecipuarum* quarumque *Herodoti Editionum* exemplo instructus, postquam intellexi haud ingratam fore doctis studiosisve hominibus operam nostram Herodoto navandam, primam in eo diligentemque posui curam, ut ex collatis inter se *diversis Lectionibus*, quas ad quemque Scriptoris nostri locum vel Wesselingianus adparatus vel nostrae nobis copiae offerebant, eam seligerem adoptaremque, quae aut citra controversiam repraesentare *genuinam Auctoris scripturam* aut ad eam proxime accedere videretur; quo admirabili huic antiquitatis monumento nativus suus color atque habitus, quoad fieri posset, restitueretur. Quod quum

mihi fuerit propositum, ridiculus sim utique, si cunctis in locis, quae difficultatem habere aliquam videntur, acu (quod aiunt) rem tetigisse mihi persuadeam; qui saepenumero ipse, quid adoptarem, quid seponerem, incertissimus haeseram: abunde mihi gratulandi erit materia, si maiori ex parte, et his quidem maxime in locis quae sunt potioris cuiusdam momenti, doctorum iudicio Virorum satisfecero.

De ratione quam in constituendo graeco exemplo sive contextu, quem vulgo vocant, secutus WESSELINGIUS est, sic ipse Vir doctus exposuit: *) *Ex scriptis Codicibus Ionici sermonis, quoties licuit, formam et habitudinem reformavi; in integrum nullo suo merito possessione deiecta restitui: innumera mendis liberavi, sed parcissime de coniectura, atque illis duntaxat in vocabulis, quae dictionis indoles aversabatur. Qua re nonnullis, quod aperte mendosa et levi brachio concinnanda reliquerim, iusto visus fui cautior: verum illud malui; satis habens, si ad medicinam via monstraretur.* **) Haec ille. Nos probas multas Lectiones, quae videri poterant haud satis certa auctoritate a Viro doctissimo receptae, accedente nostrorum Codicum testimonio firmavimus; plurimas alias, ab illo sepositas, partim nunc primum, partim praeeuntibus aliis ante aut post illum Editoribus, vindicavimus auctori; nonnullas etiam, Wesselingio ne memoratas quidem, nunc primum e Co-

*) In *Praefationis* postrema pagina.

**) Nempe id frequenter in *Adnotationibus* a Viro praestantissimo praestitum.

dicibus nostris productas, quum verissimae nobis visae essent, Herodoto restituimus; denique haud pauca loca, quae vel Wesselingio, vel Valckenario praesertim, aut corrupta aut prorsus adulterina et ab aliena manu inculcata visa erant, demonstrasse mihi videor aut omnino sollicitari non debuisse, aut leniore quadam medicina, ab ipsis vetustis libris indicata, persanari. Coniecturas vero, ut Wesselingius, sic et nos non nisi rarissimis quibusdam in locis in contextum recepimus, ubi et manifesto corrupta esse librorum omnium scriptura nobis videbatur, et emendatio occurrebat, quae non modo probabilis, sed et certa atque ita evidens videretur, ut ipsa per se sui faceret fidem.

Porro, quum ionica dialecto scriptae hae Historiae sint, consentaneum utique fuit, ut, sicubi loco formarum communi Graecorum sermone tritàrum ionicas verborum formas libri veteres exhiberent, eae non negligerentur, sed ionice loquenti restituerentur Scriptori: atque in hoc etiam genere largam messem nobis reliquam fecit Wesselingii industria. Nec vero putandum est, cunctis eis in locis, ubi etiam nunc formae verborum communes praeeuntibus libris omnibus supersunt, quum alibi in eisdem verbis formâ Ionibus propriâ usum esse videamus Scriptorem, per librariorum aut temeritatem aut socordiam esse illas invectas. Licitum fuit ionico scriptori communibus verborum formis promiscue atque illis uti quae Ionibus propriae erant: et haud dubiis documentis intellexisse mihi videor, ut olim Homerum, sic etiam *Herodotum,* si quis alius, hanc sibi veniam sumsisse; et, quamvis idem *optima ionicae*

dialecti norma merito dicatur, *) tamen, ut aliis multis modis, **) sic et hoc ipso in genere *variationem* consulto esse secutum. Quo minus caussae esse equidem iudicavi, cur perspicua in hanc partem *Hermogenis* verba, †) *non pura, sed mixta dialecto scripsisse Herodotum* docentis, cum doctissimo *Wesselingio* nostro ††) aliam in partem interpretaremur.

Ad *Varietatem Lectionis* quod spectat, idem Wesselingius in sua *Praefatione*, continuo post verba superius adposita, haec subiecit: *Ex* contextu, *uti vocant, quae exterminavi, relegata in* Variantes *sunt* Lectiones; *copiosissime, quo censendi facultas foret, adpositas. Qua quidem in re nihil novi praeterque consuetudinem machinatus fui. Conquirimus sollicita cura et inpensis amplis diversas membranarum scripturas; cui tandem bono, si uti illis nefas putetur?* — Nos, eamdem cum Viro doctissimo rationem secuti, Lectionibus ab illo prolatis has, quas nostri insuper Codices et notabiliores offerebant Editiones, larga manu adiecimus. Qui artem criticam attigerunt, et

*) Ἡρόδοτος, τῆς Ἰάδος διαλέκτου ἄριστος κανών. *Dionys. Halic.* Epist. ad Pompei. Opp. T. VI. ed. Reisk. p. 775.

**) Vide eumdem *Dionys.* de Compos. Verbor. cap. 19. T. V. p. 133 seq.

†) *Hermog.* de Formis Orationis lib. II. pag. 513. coll. p. 406.

††) Dissert. Herodotea, p. 147 seq. *Schaeferum*, virum de Scriptore nostro praeclare meritum, postquam in edendis Musis coepisset, expulsis ubique formis verborum communibus, ionicas substituere formas, mox meliora edoctum abiecisse novimus istud consilium.

in tractandis vetustis codicibus vel mediocriter sunt versati, satis hi norunt, etiam vitiosissimarum notationem Lectionum multiplicem posse usum praestare; et ex medio fumo tenebrisque, quas librariorum vel oscitantia vel temeritas vel ignorantia obfudit genuinae auctoris scripturae, inopinatam subinde lucem oriri. Constitutum mihi erat initio, eis in locis, ubi de selectu ex diversis Lectionibus faciendo incertus fuissem ipse, aut ubi ambigi ab aliis non sine caussa posse videretur, illas Lectiones, quae a me sepositae forent, ipsi statim contextui qualibet in pagina subiicere. Sed tanta fuit huius generis multitudo, ut in hac praesertim minori forma, qua prodit haec editio, nimium spatii absumtura fuisset illa ratio, magno incommodo taedioque plerorumque Lectorum; qui in legendo Scriptore, seriei nexuique rerum intenti, graviter ferunt, si criticis notulis, ad singulorum verborum selectum plerumque spectantibus, interrumpitur attentio animi et ad minuta, quae quidem ipsis videntur, distrahitur. Quare, abiecto illo consilio, consultissimum duxi universum simul adparatum *Variarum Lectionum*, quae ad quemque Editionis huius *Tomum* pertinerent, separata *Parte* ita complecti, ut illarum *Partium* quaeque, pro Lectorum arbitrio, vel simul cum ea *Parte*, quae *Contextum* continet, uno eodemque volumine posset compingi, vel seorsim per se compacta sive seponi posset ab his qui haec talia minus curant, sive inter legendum a latere prioris *Partis* poni commodiusque inspici ab eis, qui in locis quibusque difficilioribus, aut si qua loca suspecta ipsis videntur, continuo cognoscere cupiunt quid sit quod ibidem aliae Editiones aliive Codices ma-

nuscripti praeferant. Rarioribus tamen nonnullis in locis ipsi statim contextui criticam Notulam placuit subiicere; ibi praesertim ubi aut ex coniectura aliquid in contextu positum est, nullius veteris Codicis auctoritate firmatum, aut ubi diversae Lectiones, quae de principatu inter se contendere posse videbantur, non ad singula verba idem significantia, aut ad solam verborum formam seriemve, sed ad rem ipsam sententiamque pertinebant.

Post Graeci exempli constitutionem proxima nobis cura in *Latinam Versionem* impendenda visa erat; quam a se paene prorsus neglectam esse Wesselingius his verbis professus est:*) *Vallae Latina,* inquit, *praeeuntium more Graecis adiunxi; non illa profecto optima, sed a clariss. Gronovio multifariam purgata, et, sicubi* ἐν τῷ κειμένῳ *aliquid innovatum, a me quoque. Maluissem equidem, ut suavissimus Scriptor ea dialecto ab omnibus tereretur, qua agnosci voluit. Sed, uti seculum est, Latina postulantur; maneat proinde hoc Catone per me contentum.* — Iam fuit quidem *Laurentius* ille *Valla* elegantiarum Latinarum inprimis callens, at non proinde Graeci sermonis scientia imbutus; cuius adipiscendae multis etiam tunc subsidiis, quae nobis hac aetate in promtu sunt, destituti erant doctissimi viri. Quare, quum admodum etiam corrupto usus esset Herodoti codice, ita Scriptorem hunc latine convertit, ut incredibile dictu sit quam multis in locis aut prorsus ab auctoris mente aberret illius Versio, aut ita ambigua

*) Sub finem Praefationis.

sit et parum dilucida, ut haud raro, quid sit quod vel graecus Scriptor vel eius Interpres dicere voluerit, perinde incertus haereas. Denique videtur ille etiam non tantam curam, quantam potuerat, in hanc conficiendam Herodoti Versionem impendisse, sed totam admodum deproperasse operam. Et *Gronovius* quidem multa *Vallae* errata passim correxit, sed longe tamen plurima intacta reliquit: nonnulla etiam ita mutavit, ut pervertisse magis quam correxisse videatur. Quae vero *Wesselingius* in eadem Versione correxit, oppido pauca sunt; caetera a Viro longe doctissimo, maiora spectante, consulto neglecta. Ita fit ut vix ullus exstet Graecus auctor, cuius *Latina versio* tam male misereque comparata sit, quam ea quae ad hunc usque diem suavissimis *Herodoti Musis* comes iuncta erat. Quare, quum hac nova Editione propositum nobis fuerit, non solum doctorum hominum, qui tali adminiculo non indigerent, inservire studiis, verum etiam ab eis Musarum amicis inire gratiam, quibus in hoc mari, quamvis placido, non sine cortice natare datum est; illusurus mihi visus eram Lectoribus, si *Latinam Versionem*, qualis adhuc fuit, repetitam exhibuissem. In qua quidem emendanda postquam primum ita constitueram versari, ut, intacta relinquens quaecumque ferri utcumque possent, ea demum mutarem, quae aut obscuriora, aut ad sensum minus commode posita, aut quae ab auctoris mente prorsus essent aliena; mox intellexi, et ad aequabilitatem orationis aptius fore, et alioqui multo commodius, si totam de integro refingerem. Atque hoc ita peregi, ut, absoluta pro mei captu ingenii singulorum capitum versione, *Latina nostra* cum *Lau-*

rentianis et cum his quae in illis vel ab *Henr. Stephano* in ora suae editionis mutanda proposita, vel quae a *Gronovio* aut *Wesselingio* mutata sunt, plerumque conferrem; et, si quid in his rectius commodiusve positum videretur, id ipsum, deletis nostris, adoptarem. Ita in conficienda hac Latina versione idem prorsus secutus sum consilium, quod *Reizio* olim clarissimo Viro propositum fuisse deinde demum animadverti:*) cui si exsequi quod constituerat licuisset, plurimum ille otii nobis hac parte erat facturus. *Larcheri* praestantissimam *gallicam Versionem* in locis difficilioribus consului: e qua ut multum passim me profecisse gratus profiteor, sic ab eadem haud raro in diversum mihi discedendum putavi: cuius dissensionis caussas, sicubi opus esse videbatur, in Adnotationibus exposui. Alias vernaculas Herodoti versiones, non quod eas spernam, sed otio parciturus, consulere supersedi.

AD *Adnotationes* quod pertinet, Tomo quinto sextoque huius Editionis comprehensas, iam initio professus sum, illud mihi primum fuisse propositum, quod etiam magno numero studiosorum hominum inprimis gratum fore intellexeram, ut eorum, quae vel a *Wesselingio* vel a *Valckenario* ad Herodotum adnotata in Wesselingiana Editione exstant, nihil praetermitterem. *Iacobi Gronovii* Notas, quas eadem Editio repetitas exhibet, indignas iudicavi quibus bonae chartae denuo contaminarentur. Quodsi illas subinde laudavit Wesselingius, non eo id factum quod per se magni fecerit, sed, (qui

*) Vide *Reizii* Praefationem, Herodoti Historiis ab illo edi coeptis praemissam p. xxix.

praestantissimi Viri candor et humanitas fuit) quo daret aliquid et praeceptoris olim sui memoriae, et omnino nomini *Gronoviano*, quod ob paterna maxime merita magno apud Batavos in honore erat. Si quando tamen bonae frugis quidpiam, quod perraro quidem mihi usu venire memini, in Notis huius viri reperi, quod ad illustrandum faceret Scriptorem nostrum, non id negligendum putavi, sed fideliter inde excerptum adposui Lectoribus. Reliqua quae *Wesselingianis* aut *Valckenarii* Adnotationibus adieci, partim ex Virorum doctorum scriptis publice editis (quorum quemque, uti par erat, suo loco laudavi) excerptà sunt; de multis etiam privatim me eruditi Amici monuerunt, in quibus prae caeteris *Boissonadi* mei et singularis benivolentia, et exquisitissima doctrina, et indefessum de me et de Herodoto nostro bene merendi studium eminuit. Quae de meo adiunxi, in his illud maxime spectavi, ut partim receptam a me scripturam, sicubi dubia nonnullis posset videri, nec illam iam satis in *Var. Lect.* adseruissem, quoad fieri posset vindicarem stabiliremque; partim ut Scriptoris sententiam mentemque, quam haud paucis in locis parum recte perceptam vulgo aut prorsus in alienam partem detortam vidi, patefacerem enuclearemque. In disquisitiones ad reconditiorem veterem Historiam, ad Chronologiam, ad Geographiam spectantes, et quae sunt alia genera in quibus illustrari eruditorum Commentatorum solertia solet, rarius me immersi: atque eo etiam magis ab his talibus consulto me abstinui, quod iam pluribus abhinc annis eam provinciam

idem Vir doctissimus, cuius in hanc nostram Editionem praeclarissimum meritum supra praedicavi, sibi designavit. *)

Libellus de *Vita Homeri*, vetustus ille quidem, sed falso *Herodoti* nomen in fronte gerens, ab hac Editione non debuit abesse; quum praesertim haud indignum *Wesselingius* iudicaverit quem eruditis suis Notis illustraret. De *Ctesiae Excerptis*, quae praeter idoneam caussam plerasque onerant *Herodoti* Editiones, omissis aliis, satis habui reliquias *Rerum Persicarum* ad ea usque tempora, in quibus *Herodotus* desiuit, adposuisse.

Posteriori Parti quarti Tomi adiectus est *Index Rerum et Personarum;* quem, per *Iungermani* industriam satis commode confectum, superiores exhibebant Editiones, nostri autem caussâ denuo recensuit, partimque auxit, partim melius passim digessit et ordinavit meus in corrigendis speciminibus typographicis socius *Daniel Waetien*, Bremensis, qui humaniorum divinarumque literarum et scientiarum curriculum, quibus per quatuor continuos annos in Argentoratensi Academia et in Seminario theologico Protestantium apud nos strenue incubuit, his ipsis diebus multa cum laude absolvit.

Glossarium vetus Vocum Herodotearum, ad quod in Wesselingii Adnotationibus et in Varietate Lectionis subinde provocatur, in fine posterioris

*) Vide Georg. Frid. Creuzeri Praefationem libro de Historica arte Graecorum (*die Historische Kunst der Griechen*) Lips. 1803. praemissam, p. 7 seq.

Partis sexti Tomi cum eiusdem *Wesselingii* in illud Animadversionibus repraesentavi. Vellem etiam nunc continuo comitem huic Herodoti Editioni dare potuissem *Lexicon Herodoteum*, in quo instruendo iam a plusculis inde annis operam collocavi, sed cui elaborando perficiendoque ad hunc diem defuit otium. Quod si et vita et corporis animique suffecerint vires, poterit illud, interiecto quodam temporis spatio, separatim in lucem emitti: quae res multis Herodoti Lectoribus eo etiam gratior, ut equidem coniicio, erit futura, quoniam eadem haec veluti *Clavis Herodotea*, quam meditor, ad omnes Musarum Editiones, quae inde a Iungermaniana prodierunt, perinde erit adcommodata. Igitur, postquam et probari studiosis hominibus intellexero hanc operam adhuc a nobis Herodoto impensam, et postquam (id quod factum iri cupio speroque) de his, quae in tractando hoc Scriptore melius a me administrari debuerant, a doctis Viris fuero admonitus; tunc quidem, Bono cum Deo, ultimam illi operi adiicere manum constitui, nisi interim aut *Schaeferus*, Vir doctissimus diligentissimusque, promisso steterit iam ante hos sedecim annos in Praefatione splendidae Editionis Herodoti interposito, aut ab alio erudito Viro provincia haec fuerit occupata. Quod si nobis contigerit ut Lexicon istud in lucem emittere liceat, transferre in illud decrevi, suisque inserere locis, quidquid continet Wesselingianae editioni adiectus *Index Vocum et Dictionum graecarum* de quibus *in Adnotationibus* tractatur, commodeque adiici poterit *Index veterum Scriptorum*

in Adnotationibus ad Herodotum emendatorum aut illustratorum.

* * *

His praemissis, iam quae de Herodoti *Persona, Vita et Scriptis* in introitu operis praefanda videntur, ea non rectius certiusque expositum iri putavi, quam si, quae huc spectant, ex Wesselingii *Praefatione* ipsis doctissimi Viri verbis, cum eiusdem Notulis in ima paginarum ora adpositis, repraesentarem.*) Sic igitur ille praefari infit.

AEQUO LECTORI
S. D.
PET. WESSELINGIUS.

Facturus mihi operae pretium videor, si prius nonnulla de Herodoto eiusque libris, *quam instituti mei rationes, exposuero. Magni viri,* Ios. Scaliger, Ger. Io. Vossius, Io. Alb. Fabricius, *et novissime* Io. Bouherius, *erudite ea in re fuerunt occupati; saepe tamen discordes, et nonnunquam etiam lapsi. Seligam inde veritati maxime adsimilia, et electa adfirmabo.*

*) Quae istis adiecta a nobis sunt, oppido pauca, ea partim circumdatis cancellis, partim adiectà in fine S. literà distinguere a *Wesselingianis* placuit. Quae de diversis *Historiarum Herodoti Editionibus* dicenda supersunt, et de *Codicibus Manuscriptis*, quibus vel Wesselingius usus est vel nobis licuit uti, ea commodius in introitu *alterius Partis primi* huius *Tomi*, qua *Varietas Lectionis* continetur, exposita fore existimavi.

I. HERODOTI VITA.

Patriam praeclarissimi Scriptoris Halicarnassum primis verbis Clio; *illustre genus, et parentes Lyxen et Dryonem,* Suidas a) *vetusque Epigramma* b) *ostendunt. Aetas ac natalis annus testimonio* Pamphilae *cognoscitur,* c) *perhibentis principio belli Peloponnesiaci annos illum habuisse* tres et quinquaginta: *quod bellum Olympiadis LXXXVI. anno secundo cum coeperit, primam utique lucem adspexit ineunte Olympiade LXXIV., quatuor annis ante Xerxis in Graeciam expeditionem. Educatum edoctumque liberaliter fuisse, quamquam de praeceptoribus altum silentium, dubitare nefas. Adultior Halicarnassum, tyrannidem Lygdamidis non ferens, reliquit, seque in insulam Samum contulit; ubi Ionici sermonis Veneres amplexus animum ad scribendum adpulit, in foro et* caussis agendis nihil omnino versatus, *teste* Cicerone. d)

Ante id tempus in publicum edita fuisse Hecataei *Milesii* Περιήγησις τῆς Ἀσίας *fertur: hinc, quae Aegyptum, descriptionem phoenicis, hippopotami, et crocodilorum venationes spectant,* βραχέα παραποιήσας, mutatis paucis, *nisi a* Porphyrio *fallimur,* e) *mutuatus est. Et fallimur fortasse: namque valde dubium est, fuerit-ne eius* Περιηγήσεως Hecataeus *auctor.* Callimachus, *cui tali in negotio iusta caussae dictio est, eam* Hecataeo *abiudicatam obscuriori homini tribuit apud* Athe-

a) In Ἡρόδοτος et Πανύασις. b) In scholiis ad *Aristoph.* Nub. vs. 331. c) Apud *Gellium* Noct. Attic. XV. 23. d) In libro II. de Orat. c. 13. e) In *Eusebii* Praep. Evang. X. 2. [lib. X. c. 3.] p. 466.

naeum. f) *Non addo, quod Cl.* Valckenarius *verissime monuit,* g) *nihil huiuscemodi ab aliis, ne quidem a* Plutarcho, *exprobratum Herodoto fuisse. Vulgata quoque* Xanthi Λυδιακὰ *fuerant, dederantque illi* τὰς ἀφορμὰς, *sive* ansam *et* occasionem *ad res Lydorum exponendas: neque enim opinor* Ephori *apud* Athenaeum *verba* h) *ulterius posse porrigi. Multa sane Herodotus* i) *de Lydis eorumque in Italiam coloniis, de quibus nihil* Xanthus, *aut omnia alia;* Dionysio, *Herodoti populari, docente.* k) *Erant praeterea in doctiorum manibus et celebritate* Hellanici *Milesii et* Charontis *Lampsaceni* Περσικὰ, *aut* l) *similis certe argumenti commentaria. Quorum quidem libris a scribendo de-*

f) Deipnos. lib. II. p. 70. B. [cap. 82. nuperae edit. Conf. *Creuzeri* Fragmenta Historicor. Graecor. Antiquiss. p. 21 seq.] g) Ad Musae II. 77. h) lib. XI. 3. [c. 11.] p. 515. i) Vid. lib. I. 94. k) Antiq. Rom. lib. I. p. 22. [c. 28. At, quod in narratione de Lydorum colonia in Italiam deducta discedit a Xantho Herodotus, non inde efficitur, nihil e Xantho profecisse Nostrum: neque dubitandum mihi videtur, τὰς ἀφορμὰς, quas *Herodoto dedisse Xanthum* Ephorus ait, non modo *ansam* et *occasionem,* (haec foret, ἡ ἀφορμή) sed *materiam scribendi argumentumque* intelligi debere: in quo quum alios doctos viros tum *Larcherum* T. I. p. 381. et *Creuzerum* lib. cit. p. 142 seq. consentientes habeo. *S.*] l) Vid. *Dionysii Halic.* Epist. ad Pompeium p. 129. [*Dionys. Hal.* Vol. VI. ed. Reisk. p. 769. De *Hellanico* vero, post *Sturzium,* qui illius Fragmenta collecta edidit, monuit *Creuzerus* in libro *de Historica arte Graecorum* p. 96 seq. fuisse illum quidem natu paulo maiorem *Herodoto,* caeterum post hunc scripta sua edidisse. *Charonis Lampsaceni, Hecataei,* et *Xanthi Fragmenta* collecta, commentariisque illustrata, edidit idem *Creuzerus* in libro paulo superius (notâ *f.*) laudato, qui Heidelb. 1806. prodiit. *S.*]

territus non est, sed conmotus, ut auderet uberius, quam superiores, et ornatius dicere; *quae* Ciceronis *verba:* m) Dionysii *autem,* οὐκ ἀπετράπετο, ἀλλ' ἐπίστευσεν αὐτῶν κρεῖσσόν τι ἐξοίσειν.

Hunc in finem, ut singula expiscaretur et regionum situs atque habitus coram intueretur et exploraret, taedium ac aerumnas longae peregrinationis non recusavit. Lustrata omni Graecia et Epiro, visaque Macedonia et Thracia, in Scytharum ultra Istrum et Borysthenem n) *oras transiit. Neque ab Asia abstinuit, cuius peragrata multo maxima parte, adiit Syriam, ubi Tyrum,* o) *Phoenicum nobilissimam urbem, et Palaestinam maritimam* p) *inspexit diligenter. Hinc conmodum in Aegyptum iter; quam visendi cupiditate oberrasse,* Euterpe *loquitur. Ex Aegypto in Libyam excucurrit, Cyrenenque vidit,* q) *forsan et alia amplissimae regionis oppida. Africae ab Aegypto ad promontorium Soloëntem sollicita descriptio et crebri cum Carthaginiensibus habiti sermones* r) *hoc possent persuadere, neque valide tamen. An Babylonem et uberrimos eius agros inviserit, venit in disputationem. Vir doctissimus,* Des Vignoles, *sed Herodoto saepius, quam par erat, iniquior, eo profectum vehementer infitiatur.* s) *Non nego, quod illi opinioni obtentui fuit, itineris Babylonici districtam a Musis mentionem abesse. At sunt de verissima Ampl.* Bouherii t) *observatio-*

m) Orator. c. 12. n) Vid. lib. IV. 81 etc. o) Libro II. 44. p) Lib. III. 5. et II. 106. q) Lib. II. 181. r) Lib. IV. 168 etc. et ibid. cap. 43. et 195. 196. s) Chronol. lib. IV. 4, 5. et VI. 3, 10. t) Dissert. Herod. cap. 1.

ne conplura, quae illud sibi desiderant: in his repetita cum Chaldaeis u) *colloquia, vix ea tempestate extra Babyloniae fines conserta: tum amplissimae urbis operosa et accurata delineatio, templorum praeterea et statuarum, quibus illa merito superbiebat. Ait in suam usque aetatem Babylone durasse Iovis Beli fanum aereis portis,* Διὸς Βήλου ἱρὸν χαλκόπυλον, x) καὶ ἐς ἐμὲ τοῦτο ἔτι ἐόν. *Contra ea non vidisse sese isthic statuam duodecim cubitorum ex solido auro, quod eam Xerxes aliorsum asportasset,* ἐγὼ μέν μιν οὐκ εἶδον. y) *Porro declarata cultissimis verbis soli Babylonici ubertate,* ἐκ z) δὲ κέγχρου καὶ σησάμου ὅσον τι δένδρον μέγαθος γίνεται, ἐξεπιστάμενος, μνήμην οὐ ποιήσομαι· εὖ εἰδὼς ὅτι τοῖσι μὴ ἀπιγμένοισι ἐς τὴν Βαβυλωνίην χώρην καὶ τὰ εἰρημένα καρπῶν ἐχόμενα ἐς ἀπιστίην πολλὴν ἀπῖκται. Ex milio autem et sesamo quantae proceritatis arbor surgat, etsi probe mihi comperta, memorare supersedeo; bene gnarus, iis, qui nunquam Babylonicam regionem adierunt, quae de frugibus dicta sunt, perquam incredibilia visum iri. *Talia conmentantem negabimus earum rerum testem fuisse oculatum? Verum ista erudito viro, nimio Ctesiae amore in transversum abrepto, condonemus.*

Herodotus, visis tot regionibus, urbibus et hominum moribus, in Samum reversus, quae ad sedulae apis instar undique collegerat, scriptis consignare, Suida *auctore, ingressus fuit. Intento autem isti negotio spes Halicarnassum tyrannico dominatu liberandi adfulsit; quorsum delato res*

u) Lib. I. 183. x) Ibid. c. 181. y) Ibid. c. 183.
z) Ibid. c. 193.

bene cessit. Expulsus enim Lygdamis est, et civibus aequa rediit libertas; sed, uti fit, factiones civitatem miscuerunt, invidiaque liberatorem, factiosis fortasse gravem, incessit. Tum patriam reliquit, inque Graeciam tetendit. Huc pertinent Luciani *ista*, a) *difficilia quibusdam intellectu visa*, πλεύσας γὰρ οἴκοθεν Herodotus ἐκ τῆς Καρίας εὐθὺ τῆς Ἑλλάδος, ἐσκοπεῖτο, *videlicet*, qua tandem ratione et minimo labore insignis ac celebris evaderet. *Instabat per illi conmodum Olympiorum tempus sollemne: properavit ad illud certamen, atque in magno Graecorum consessu recitavit Historias suas. Namque ea non docent, absolvisse Herodotum historiarum libros Halicarnassi, sed conpositos in Samo insula, quod ex* Suida *adsciscendum, ex Caria ad Olympicum conventum secum portasse, et Graecis, ut illis innotesceret, praelegisse. Eligunt ad eam recitationem Olympiadem LXXXI. viri docti, quippe aetati Herodoti egregie congruam: neque mihi refragari animus est, eoque minus, quod pueriles Thucydidis anni Elidensem hanc Olympiadem sibi postulent. Aderat Thucydides una cum patre Oloro admodum adolescens*, b) ἔτι παῖς ὢν, *in summo Graecorum plausu recitanti, illacrymavitque, aemulatione quadam iam tum ad consimile laudis studium accensus; quo Herodotus animadverso, ad Olorum*, c) ὀργᾷ ἡ φύσις τοῦ υἱοῦ σοῦ πρὸς τὰ μαθήματα, *optime de puero XV. annorum, et gloriae desiderio lacrymante. Atque hic non obliviscor secundae recitationis,*

a) In Herodoto cap. I. p. 832. [T. IV. ed. Bipont. p. 116.] b) *Suidas* in Θουκυδίδης. c) *Marcellinus* Vit. Thucydid. p. 9.

Athenis Olymp. LXXXIII. *anno tertio institutae; quam Thucydidem auscultare potuisse, certum quidem est, sed iam virili aetate, non puerum. Erudite hoc* H. Dodwellus *exsecutus*, d) *adprobavit* Ed. Corsino, e) *sibi tamen non constanti, et eandem praelectionem in Olymp.* LXXXIV. *coniicienti.* Lucianus *et* Plinius, *quorum auctoritate in illas partes abiit, nihil iuvant. De priore dictum supra est; de* Plinio *deinceps. Ubi vero post Olympiadem* LXXXI., *et qua Graeciae in urbe commoratus fuerit, an peregre denuo abierit, dicere non habeo. Auctor* Dio Chrysostomus *est*, f) *Corinthum venisse, scriptas a se Historias attulisse, grande exspectasse praemium ob adspersas bello Persico Adimanti et Corinthiorum laudes: frustratum ea spe, delevisse plura. et civitatis ducisque gloriam inminutum ivisse. Quae, etsi in Corinthiorum et Adimanti rebus laudandis mire parcus fuerit*, g) *criminationes videntur hominum aevi serioris. Certius habetur, Athenis suos eum libros legisse* in consilio, *uti* Hieronymus *scribit*, et honoratum fuisse, *idque festo Panathenaeorum die anni tertii Olympiadis* LXXXIII., *quae elegans ill.* Scaligeri h) *doctrina.*

Sub idem tempus Athenis colonia in Magnam Graeciam deducta Thurios fuit, i) *cui sponte sua comitem se Herodotus addidit*, Θούριος *ea propter*

d) Apparat. ad Annales Thucydid. p. 23. e) Fast. Attic. T. III. p. 203. et p. 213. f) Orat. Corinth. p. 456. g) Vid. ad Lib. VIII. 33. [immo ad VIII. 94.] h) Ad *Eusebii* Chronic. pag. 104. i) *Diodorus Sicul.* lib. XII. 7. et 10.

saepe dictus, διὰ τὸ κοινωνῆσαι τῆς εἰς Θουρίους ἀποικίας, *ut apud* Strabonem. k) *Ibi per otium Historias recensuit, multaque illis adstruxit. Nam, quod in* Plinio *est*, l) Thuriis in Italia condidisse Historiam anno urbis trecentesimo decimo, *aliter si accipiatur, erroneum erit. Condidit Historiarum libros alibi, eosdemque ante Italicum iter semel atque iterum in frequenti Graecorum mercatu praelegit; isthic vero illos elimavit, nonnulla adiecit, alia fortasse retexuit. Addidisse autem, ea argumento sunt, quae profectione in Magnam Graeciam longe sunt posteriora. Talis est, neque latuit Ampl.* Bouherium, *Thebanorum in Plataeenses invasio*, m) *et caedes Eurymachi, Leontiadae filii, principio belli Peloponnesiaci;* τὴν Θηβαίων ἐσβολὴν εἰς τὴν Πλάταιαν, Marcellinus n) *vocat, frustra ibi doctis viris adhaerescentibus. Talis etiam Spartanorum in Asiam legatio, et infelix eius (fraude Sitalcae, Thracum reguli) eventus. Verissime* Herodotus, o) ταῦτα μέν νυν πολλοῖσι ἔτεσι ὕστερον ἐγένετο τοῦ βασιλέος στόλου. *Contigerunt quippe anno Olympiadis* LXXXVII. *tertio, sive annis post Xerxis in Graeciam transitum duobus et quinquaginta. Pertinerent ad hunc quoque censum, quae de Amyrtaeo et filio eius Pausiri perscripta meminimus, si, quod viro amplissimo in opinionem venit, rege Persarum Dario Notho evenissent: at eam falli, videor mihi clare ostendisse.* p) *Iustior locus erit fugae Zopyri, filii Megabyzi, ad Athe-*

k) Lib. XIV. p. 970. A. [p. 656. ed. Casaub.] l) Nat. Hist. lib. XII. c. 4. [segm. 8.] m) Lib. VII. 233. n) Vid. Thucydid. p. 9. Edit. Dukeri. [T. I. p. XXVIII. ed. Bipont.] o) Lib. VII. 137. p) Vid. ad lib. III. 15.

nienses, q) *quem* Ctesias *sub Olymp. LXXXVIII. non multo ante Artaxerxis obitum ab rege defecisse atque Athenas abiisse,* r) *conmemoravit. Verum de his abunde.*

Quo usque vitam extenderit, et ubi eius finem fecerit, partim scriptorum taciturnitas, partim discordia, in dubio relinquit. Suidas s) *Thuriis supremum obiisse diem et in foro urbis contumulatum perhibet; esse tamen, qui Pellae in Macedonia decessisse de vita, aiant. Si* Marcellino *fides constat,* t) *sepulcrum Herodoti ad portas Athenarum Melitidas in Coela, ubi* Κιμώνια μνήματα, *ostendebatur olim. Quae de mea quidem sententia expediri nequeunt, nisi cenotaphia tumulique honorarii in auxilium vocentur.* Τάφος *tamen* Marcellino, *quo de* H. Dodwelli u) *luculenta est animadversio.*

II.

SCRIPTA HERODOTI.

Ex Scriptis *summi viri solae ad nos iucundissimae* IX. MUSAE *devenerunt. Nam,* Ἐξήγησιν de vita Homeri *titulum ementiri et Herodotum auctorem perperam edere, liquidis rerum argumentis evicisse me puto. Ipse-ne Historiarum libris* Musas *inscripserit, non liquet.* Lucianus, x) *cuius* Vossius *et* Fabricius *obliti non sunt, hominum ad-*

q) Lib. III. c. ult. r) Persic. cap. 42. s) In Ἡρόδοτος. t) Vita Thucydid. p. 3. [p. IX. ed. Bip.] u) Apparat. ad Annal. Thucydid. Sect. XI. [immo Sect. XX. p. 15. ed. Duk.] x) In Herodoto c. 1.

batis Geinozii *in vindiciis et defensione Herodoti ab accusationibus Plutarchi et aliorum studium, cuius partem nobis* Academiae Inscriptionum Acta *sistunt.* d) *Fuit Herodotus, vitio humani ingenii, obnoxius erroribus; lapsus veri ignorantia haud raro est, saepius etiam ab aliis deceptus.* Manetho, *referente* Iosepho, e) *iactitabat, Herodotum* πολλὰ τῶν Αἰγυπτιακῶν ὑπ' ἀγνοίας ἐψευσμένον, in rebus Aegyptiis propter ignorantiam crebrius aberrasse: *vere fortasse: mallem tamen locupletiorem, quam Manetho vulgo habetur, huius accusationis auctorem. At enim plurima olim in fabulis et figmentis deputabantur, quorum iustissime numero nunc eximuntur. Fabulosa censebantur de Afrorum institutis et moribus prodita, de circumnavigata ea nostri orbis parte, de Aegyptii soli genio et Pyramidibus, de Scythis, succini origine, Caspio mari, innumerisque aliis, quae serior aetas et peregrinatorum frequentia veritati animadvertit congrua. Enimvero, horum omnium memoriam replicare, nihil attinet.*

Istud haeret in dubio, truncatae-ne Musae sint, et an alios similis argumenti conmentarios Herodotus digesserit? Mutilationis et defectus suspicionem de Athenada, viro Trachinio, indicata movent: f) οὗτος ἀπέκτεινε μὲν Ἐπιάλτεα δι' ἄλλην αἰτίην, τὴν ἐγὼ ἐν τοῖσι ὄπισθεν λόγοισι σημανέω: hic Epialtem aliam ob caussam, quam ego sequentibus in libris [*sive*, in sequenti narratione] reddam, interemit. *Reddidit autem nusquam, non octavo, nedum li-*

d) Tom. XIX. Edit. Paris. p. 115. e) lib. I. contr. Apion. c. 14. f) lib. VII. 213.

bro nono. Ergo-ne ea excidit conmemoratio? an promissi oblivio eius animum incessit? an decimum adiungere meditatus fuit librum? Utrumque fieri quitum est. Nam hiatus illis in Musis nullum se mihi indicium prodidit. Similis fluctuatio, sed expeditu pronior, de libris Libycis, Λιβυκοῖσι λόγοισι, *quorum meminit ipse.* g) Io. Alb. Fabricius h) *elaboratos non censuit, sed intra promissum stetisse. Iustior veriorque* Raphelii *et* Bouherii *coniectura, innuisse Scriptorem extimam Musae quartae partem, sedulo rebus Libycis occupatam, et sectionem in primis centesimam quinquagesimam nonam, ubi de Apriae, Aegyptii regis, suscepta in Cyrenen expeditione et infausto eius eventu, multo tamen parcius quam promiserat: quod quî contigerit, et an aliquid de priore sententia demutaverit, non temere dixero. Possum adfirmare, veterum neminem* Λόγους *Herodoti* Λιβυκοὺς *ad testimonium excitasse, contra ex libro quarto res Afras depromsisse plures: immo solere illum* partem libri λόγον *et* λόγους *adpellare: de nece Cimonis, patris Miltiadae,* τὸν μὲν ἐγὼ ἐν ἄλλῳ λόγῳ σημανέω: i) *dixit autem eiusdem Musae cap.* 103. *Geminum illi Libri primi cap.* 75. *)

Hoc itaque bene habet. Quam autem vellem de Rerum Assyriarum *libris idem adseri dicique posset. Sic de illis:* k) Τῆς δὲ Βαβυλῶνος ταύτης πολλοὶ μέν κου καὶ ἄλλοι ἐγένοντο βασιλῆες, τῶν ἐν τοῖσι Ἀσσυρίοισι λόγοισι

g) lib. II. 161. h) Biblioth. Gr. lib. II. 20. i) lib. VI. 39.
*) [Scilicet, quam rem lib. I. c. 75. ait *se* ἐν τοῖσι ὀπίσω λόγοισι *declaraturum*, eam non in sequentium librorum aliquo, sed in eodem lib. I. cap. 124. declaratam videmus. *S.*]
k) lib. I. 184.

μνήμην ποιήσομαι, quorum ego regum in libris Rerum Assyriarum mentionem faciam. *Tum de Nino a Medis occupata:* l) καὶ τὴν Νῖνον εἷλον· ὡς δὲ, ἐν ἑτέροισι λόγοισι δηλώσω· καὶ τοὺς Ἀσσυρίους ὑποχειρίους ἐποιήσαντο: et Ninum expugnarunt, (ut autem ceperint, in aliis libris indicabo,) Assyriosque suam in ditionem redegerunt. *Conposuit ergo rerum Assyriarum libros, aut animo scriptionem agitavit eorum, neque absolvit: posterius* Io. Alb. Fabricius, *quoniam nusquam illorum recurrit memoria, elegit; neque displicuerat* Ger. Io. Vossio, m) *opportune tamen atque ex vero adfirmanti, apud* Aristotelem *quidpiam reperiri,* n) *quod ex* Herodoti *Assyriacis fluxisse videatur. Deposuit Philosophus pro certissimo,* τὰ γαμψώνυχα ἄποτα εἶναι: *culpavit Herodotum, in Nini obsidionis descriptione,* τῇ διηγήσει περὶ τὴν πολιορκίαν τῆς Νίνου, aquilam bibisse *memorantem, cum illa avis, sicuti reliquae aduncis unguibus, potu abstineat. Quod quidem in Musarum opere nusquam nunc obvium, capessere locum in Historia Assyria conmodissimum potuit, siquidem Ninus, ut* Vossius *optime, Assyriae metropolis. Non equidem nescio, Cel.* Fabricium *de integrioribus, quam nostrae sunt, Musis, ab* Aristotele *versatis et lectis, suspicatum: quae suspicio, si verum amamus, litem lite resolvit. Ostendi enim oportuerat, ubi et quibus rebus fuerint decurtatae. Liber utique primus, Babylonicis et Assyriis rebus abundans, adeo aptus et nexus co-*

l) Libro eodem cap. 106. m) De Historicis Graec. lib. I. c. 3. n) Histor. Animal. lib. VIII. 1. — [Immo lib. VIII. c. 18. quod aliis est cap. 20. At ibi alii libri, quos *Camus* et *Schneiderus* secuti sunt, non *Herodotum*, sed *Hesiodum* edunt auctorem.]

haeret, ut locum τῇ διηγήσει περὶ τὴν πολιορκίαν τῆς Νίνου *adpositum concedat nullum.* Λόγοι *proinde* Ἀσσύριοι, *nisi memoria Philosophum deceperit, absoluti editique fuerunt. Quorum quidem editio tanto certior et omnibus dubiis in posterum foret libera, si fragmentum inde, quod* Io. Bouherii *sollertiam advertit, perduraret. Apud auctorem Chronici, cui* Paschale *nomen,* o) *Sesostris, rex Aegypti, continuo victoriarum cursu Assyrios, Chaldaeos, Persas Babylonem usque, Asiam praeterea, omnem Europam, Scythiam et Mysiam domat: in Aegyptum reversurus xv. millia Scythicae iuventutis in Perside, assignata illis fertili et conmoda sede, collocat: postea illi Parthi de Persico sermone, alioqui Scythae, virtute bellica longe praestantissimi,* καθὼς *additur* Ἡρόδοτος ὁ σοφώτατος ταῦτα συνεγράψατο, sicuti sapientissimus Herodotus haec tradidit. *Ubi tandem? Musae tacent. Ergo ex libris, uti coniicitur,* p) *rerum Assyriarum. Quod equidem valde demiror.* Herodotus *de Sesostride multo scripsit diversiora:* q) *Assyriaca eius post* Aristotelis *fata Historicos, Geographos et Grammaticos latuerunt omnes, nec quisquam hilum inde decerpsit; et obscurum hominem seculi post Christi natales septimi ea lectitasse putabimus? Immo cuncta cum pulvisculo Chronici sartor corrasit ex* Io. Malala, r) *quem* Suidas s) *sibi ducem optavit, haud sane fidelem, et in Herodoti tempore finiendo* t) *plane stultum. Sed poenarum ille satis* Rich. Bentleio, *V. Cl., in eruditissima ad* Io. Mil-

o) Chr. Pasch. p. 38. D. Edit. Venet. p) Vid. *Bouherii* Diss. Herodot. cap. 1. q) Lib. II. 103. r) Chronograph. p. 28. s) In Πάρθοι et Σῶστρις. t) Chronogr. p. 200.

lium *Epistola dedit, et sperni potest. At plurima* Is. Vossius *fragmenta Herodoti detexit, quae nihil nostras ad Musas; ea promi ex conmentariis Rerum Assyriacarum potuisse,* u) *suspicantur. Fateor ultro, talia in Grammaticorum scholiis et Lexicis inveniri, quae* Is. Vossius, *modo ea curate excussisset, Herodoto citra dubium abiudicasset. Conpendiario scriptionis modo, in scriptis codicibus non parce obvio,* HP, HPO, HPOΔ. *notare* Herodotum, Herodorum, Herodianum, *queunt. Inde error et confusio: hinc iactata toties* Herodoti *fragmenta, verae* Herodori *aut* Herodiani *laciniae; quemadmodum in Dissertatione Herodotea liquidissime, ut opinor, patefeci: questus ibidem sum de doctissimi* Des Vignoles v) *inprudente decreto super interitu Assyriacorum, de quibus hactenus.*

Haec de *Herodoti Vita Scriptisque* Wesselingius. Idem argumentum erudite copioseque *Larcherus* etiam in introitu Gallicae versionis pertractavit. De universo vero harum Historiarum instituto, et de mirabili arte qua illud exsecutus est suavissimus Scriptor, in primis legi meretur supra laudatus *Creuzeri* nostri liber qui de *Historia Arte Graecorum* inscribitur. *)

u) *Bouherius* Dissert. Herod. c. 1. *Colomesius* Oper. p. 325. *Berkelius* in *Steph. Byz.* voc. Ἀνδανία. v) Chronolog. lib. IV. 4, 6. etc. *) Consuluisse etiam iuvabit duas Commentationes, auctore *Meierotto, Sur Hérodote et le but de son Histoire,* Actis Acad. Reg. Berolin. ann. 1792. et 1793. p. 574 seqq. et p. 599 seqq. insertas.

HERODOTI HISTORIAR.

T. I. P. I.

LIBER PRIMUS ET SECUNDUS

GRAECE ET LATINE.

ἩΡΟΔΟΤΟΥ
ἹΣΤΟΡΙΩΝ ΠΡΩΤΗ.
ΚΛΕΙΩ.

Ἡροδότου Ἁλικαρνησσῆος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε· ὡς μήτε τὰ γενόμενα ἐξ ἀνθρώπων τῷ χρόνῳ ἐξίτηλα γένηται, μήτε ἔργα μεγάλα τε καὶ θωυμαστὰ, τὰ μὲν Ἕλλησι, τὰ δὲ βαρβάροισι ἀποδεχθέντα, 5 ἀκλεᾶ γένηται· τά τε ἄλλα, καὶ δι' ἣν αἰτίην ἐπολέμησαν ἀλλήλοισι.

HERODOTI HISTORIARUM
LIBER PRIMUS.
CLIO.

Herodotus Halicarnasseus, quae quum caeteris de rebus, tum de caussa bellorum Graecos inter Barbarosque gestorum, perquirendo cognovit, ea his libris consignata in publicum edit; ne, quae ab hominibus gesta sunt, progressu temporis oblivione deleantur, neve praeclara mirabiliaque facta, quae vel a Graecis edita sunt vel a Barbaris, sua laude fraudentur.

1 Περσέων μέν νυν οἱ λόγιοι Φοίνικας αἰτίους φασὶ γενέσθαι τῆς διαφορῆς. τούτους γὰρ, ἀπὸ τῆς Ἐρυθρῆς καλεομένης θαλάσσης ἀπικομένους ἐπὶ τήνδε τὴν θάλασσαν, καὶ οἰκήσαντας τοῦτον τὸν χῶρον τὸν καὶ νῦν οἰκέουσι, αὐτίκα ναυτιλίῃσι μακρῇσι ἐπιθέσθαι. 5 ἀπαγινέοντας δὲ φορτία Αἰγύπτιά τε καὶ Ἀσσύρια, τῇ τε ἄλλῃ χώρῃ ἐσαπικνέεσθαι, καὶ δὴ καὶ ἐς Ἄργος. τὸ δὲ Ἄργος τοῦτον τὸν χρόνον προεῖχε ἅπασι τῶν ἐν τῇ νῦν Ἑλλάδι καλεομένῃ χώρῃ. ἀπικομένους δὲ τοὺς Φοίνικας ἐς δὴ τὸ Ἄργος τοῦτο, διατίθεσθαι τὸν φόρτον. 10 πέμπτῃ δὲ ἢ ἕκτῃ ἡμέρῃ ἀπ' ἧς ἀπίκοντο, ἐξεμπολημένων σφι σχεδὸν πάντων, ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν θάλασσαν γυναῖκας, ἄλλας τε πολλὰς, καὶ δὴ καὶ τοῦ βασιλῆος θυγατέρα· τὸ δέ οἱ οὔνομα εἶναι, κατὰ τὠυτὸ τὸ

(1.) Iam *Persarum* quidem literatos si audias, inimicitiarum primi auctores *Phoenices* fuere. Hos enim, aiunt, postquam a mari quod Rubrum vocatur ad hoc nostrum mare advenissent, hancque regionem quam etiam nunc incolunt, coepissent habitare, continuo navigationibus longinquis dedisse operam, et transvehendis mercibus Aegyptiis Assyriisque quum alias Graeciae partes, tum vero et Argos adiisse. Argos enim illis temporibus inter alia eius regionis oppida, quae Graecia nunc nominatur, rebus omnibus eminebat. Ad Argos igitur hoc postquam adpulissent Phoenices, ibique merces suas venum exposuissent, quinto aut sexto ab adventu die, divenditis fere rebus omnibus, mulieres ad mare venisse, quum alias multas, tum vero et regis filiam, quam quidem eodem nomine Persae adpellant atque Graeci, *Io Ina-*

15 καὶ Ἕλληνες λέγουσιν, Ἰοῦν τὴν Ἰνάχου. ταύτας στάσας κατὰ πρύμνην τῆς νηὸς, ὠνέεσθαι τῶν φορτίων, τῶν σφι ἦν θυμὸς μάλιστα· καὶ τοὺς Φοίνικας διακελευσαμένους ὁρμῆσαι ἐπ' αὐτάς. τὰς μὲν δὴ πλεῦνας τῶν γυναικῶν ἀποφυγέειν, τὴν δὲ Ἰοῦν σὺν ἄλλῃσι ἁρ-
20 πασθῆναι. ἐσβαλομένους δὲ ἐς τὴν νέα, οἴχεσθαι ἀποπλέοντας ἐπ' Αἰγύπτου. Οὕτω μὲν Ἰοῦν ἐς Αἴγυπτον 2 ἀπικέσθαι λέγουσι Πέρσαι, οὐκ ὡς Ἕλληνες· καὶ τῶν ἀδικημάτων τοῦτο ἄρξαι πρῶτον. μετὰ δὲ ταῦτα, Ἑλλήνων τινὰς (οὐ γὰρ ἔχουσι τοὔνομα ἀπηγήσασθαι)
5 φασὶ τῆς Φοινίκης ἐς Τύρον προσσχόντας, ἁρπάσαι τοῦ βασιλῆος τὴν θυγατέρα Εὐρώπην. (εἴησαν δ' ἂν οὗτοι Κρῆτες.) ταῦτα μὲν δὴ ἴσα σφι πρὸς ἴσα γενέσθαι. Μετὰ δὲ ταῦτα, Ἕλληνας αἰτίους τῆς δευτέρης ἀδικίης γενέσθαι. καταπλώσαντας γὰρ μακρῇ νηὶ ἐς Αἶάν τε

chi. Quae dum ad puppim navis stantes mercarentur merces quae illarum maxime animos advertissent, Phoenices interim mutuo sese cohortatos impetum in illas fecisse: et maiorem quidem mulierum numerum profugisse, Io vero cum aliis fuisse raptam: quibus in navem inpositis, soluta navi Phoenices Aegyptum versus vela fecisse. (2.) Hac quidem ratione in Aegyptum pervenisse Io aiunt Persae, secus atque Graeci, idque primum fuisse iniuriarum initium. Deinde vero Graecos nonnullos, quorum nomina non possunt memorare, (fuerint hi autem Cretenses) Tyrum Phoeniciae aiunt adpulisse, filiamque regis rapuisse *Europam*; ac sic quidem par pari fuisse ab his repensum. Post haec autem Graecos secundae iniuriae fuisse auctores: etenim longa navi Aeam, Col-

τὴν Κολχίδα καὶ ἐπὶ Φᾶσιν ποταμὸν, ἐνθεῦτεν, δια- 10
πρηξαμένους καὶ τἄλλα τῶν εἵνεκεν ἀπίκατο, ἁρπάσαι
τοῦ βασιλῆος τὴν θυγατέρα Μηδείην. πέμψαντα δὲ
τὸν Κόλχον ἐς τὴν Ἑλλάδα κήρυκα, αἰτέειν τε δίκας
τῆς ἁρπαγῆς, καὶ ἀπαιτέειν τὴν θυγατέρα. τοὺς δὲ
ὑποκρίνασθαι, ὡς οὐδὲ ἐκεῖνοι Ἰοῦς τῆς Ἀργείης ἔδοσάν 15
σφι δίκας τῆς ἁρπαγῆς, οὐδὲ ὦν αὐτοὶ δώσειν ἐκείνοισι.
3 Δευτέρῃ δὲ λέγουσι γενεῇ μετὰ ταῦτα Ἀλέξανδρον τὸν
Πριάμου, ἀκηκοότα ταῦτα, ἐθελῆσαί οἱ ἐκ τῆς Ἑλ-
λάδος δι' ἁρπαγῆς γενέσθαι γυναῖκα, ἐπιστάμενον πάν-
τως ὅτι οὐ δώσει δίκας· οὔτε γὰρ ἐκείνους διδόναι. οὕτω
δὴ ἁρπάσαντος αὐτοῦ Ἑλένην, τοῖσι Ἕλλησι δόξαι, 5
πρῶτον πέμψαντας ἀγγέλους, ἀπαιτέειν τε Ἑλένην,
καὶ δίκας τῆς ἁρπαγῆς αἰτέειν. τοὺς δὲ, προϊσχομέ-
νων ταῦτα, προφέρειν σφι Μηδείης τὴν ἁρπαγήν· ὡς

chidis oppidum, ad Phasin profectos, perfectis caeteris rebus quarum caussa advenissent, rapuisse inde regis filiam *Medeam;* quumque ad poenas raptus huius repetendas et ad reposcendam filiam caduceatorem in Graeciam misisset Colchus, respondisse Graecos, *quemadmodum illi de raptu Argivae Iûs sibi non dedissent poenas, sic ne se quidem illis daturos.* (3.) Tum deinde, proxima aetate, *Alexandrum* Priami filium, quum ista audivisset, cupidinem incessisse uxoris sibi e Graecia per rapinam comparandae; existimantem utique se non daturum poenas, quoniam nec illi dedissent. Ita quum is rapuisset *Helenam,* visum esse Graecis primum missis nunciis Helenam repetere et poenas de raptu poscere: illos vero hisce, postulata sua exponentibus,

εὐ δόντες αὐτοὶ δίκας, οὐδὲ ἐκδόντες ἀπαιτεόντων, βουλοίατό σφι παρ' ἄλλων δίκας γίνεσθαι. Μέχρι μὲν ὦν 4 τούτου, ἁρπαγὰς μούνας εἶναι παρ' ἀλλήλων· τὸ δὲ ἀπὸ τούτου, Ἕλληνας δὴ μεγάλως αἰτίους γενέσθαι. προτέρους γὰρ ἄρξαι στρατεύεσθαι ἐς τὴν Ἀσίην, ἢ σφέας
5 ἐς τὴν Εὐρώπην. τὸ μέν νυν ἁρπάζειν γυναῖκας, ἀνδρῶν ἀδίκων νομίζειν ἔργον εἶναι· τὸ δὲ ἁρπασθεισέων σπουδὴν ποιήσασθαι τιμωρέειν, ἀνοήτων· τὸ δὲ μηδεμίην ὤρην ἔχειν ἁρπασθεισέων, σωφρόνων. δῆλα γὰρ δὴ, ὅτι, εἰ μὴ αὐταὶ ἐβουλέατο, οὐκ ἂν ἡρπάζοντο. σφέας μὲν
10 δὴ, τοὺς ἐκ τῆς Ἀσίης, λέγουσι Πέρσαι, ἁρπαζομενέων τῶν γυναικῶν λόγον οὐδένα ποιήσασθαι· Ἕλληνας δὲ Λακεδαιμονίης εἵνεκεν γυναικὸς στόλον μέγαν συναγεῖραι, καὶ ἔπειτα ἐλθόντας ἐς τὴν Ἀσίην, τὴν Πριά-

raptum exprobrasse Medeae, ut *qui, quum ipsi nec poenas dedissent, nec illam reposcentibus reddidissent, vellent ab aliis poenas sibi dari.* (4.) Hucusque igitur mutuis solum rapinis esse actum: ab illo vero tempore Graecos utique graviorum iniuriarum exstitisse auctores; hos enim prius Asiae coepisse bellum inferre, quam Persae intulissent Europae. Et mulieres quidem rapere, videri sibi aiunt iniquorum esse hominum; raptarum vero ultionem tanto studio persequi, amentium; contra, nullam raptarum curam habere, prudentium: quippe manifestum esse, nisi ipsae voluissent, non futurum fuisse ut raperentur. Itaque se quidem, Asiam incolentes, aiunt Persae, raptarum mulierum nullam habuisse rationem; *Graecos* autem mulieris Laconicae caussa ingentem contraxisse classem, et mox *in Asiam profectos Priami*

μου δύναμιν κατελεῖν. ἀπὸ τούτου αἰεὶ ἡγήσασθαι τὸ Ἑλληνικὸν σφίσι εἶναι πολέμιον. Τὴν γὰρ Ἀσίην καὶ 15 τὰ ἐνοικέοντα ἔθνεα βάρβαρα οἰκειεῦνται οἱ Πέρσαι, τὴν δὲ Εὐρώπην καὶ τὸ Ἑλληνικὸν ἥγηνται κεχωρίσθαι.

5 Οὕτω μὲν Πέρσαι λέγουσι γενέσθαι, καὶ διὰ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν εὑρίσκουσι σφίσι ἐοῦσαν τὴν ἀρχὴν τῆς ἔχθρης τῆς ἐς τοὺς Ἕλληνας. Περὶ δὲ τῆς Ἰοῦς οὐκ ὁμολογέουσι Πέρσῃσι οὕτω Φοίνικες. οὐ γὰρ ἁρπαγῇ σφέας χρησαμένους λέγουσι ἀγαγεῖν αὐτὴν ἐς Αἴγυπτον, ἀλλ' 5 ὡς ἐν τῷ Ἄργεϊ ἐμίσγετο τῷ ναυκλήρῳ τῆς νηός· ἐπεὶ δὲ ἔμαθεν ἔγκυος ἐοῦσα, αἰδεομένη τοὺς τοκέας, οὕτω δὴ ἐθελοντὴν αὐτὴν τοῖσι Φοίνιξι συνεκπλῶσαι, ὡς ἂν μὴ κατάδηλος γένηται. ταῦτα μέν νυν Πέρσαι τε καὶ Φοίνικες λέγουσι. Ἐγὼ δὲ περὶ μὲν τούτων οὐκ ἔρχομαι 10

regnum evertisse: ab eo tempore se constanter Graeciae populos sibi esse inimicos existimasse. Nam Asiam, et barbaras gentes eam incolentes, ad se pertinere autumant Persae; Europam vero et Graecos nihil secum commune habere.

(5.) Hunc in modum Persae quidem gestas res esse memorant, et ab Ilii excidio repetunt inimicitiarum suarum adversus Graecos initium. De *Io* vero cum Persis non consentiunt *Phoenices* rem isto modo esse gestam. Negant enim se raptu usos illam in Aegytum abduxisse: sed Argis eam cum nauclero aiunt concubuisse, et quum se gravidam sensisset, veritam parentum iram, sic volentem ipsam cum Phoenicibus enavigasse, ne comperta foret. Haec sunt igitur, quae partim a Persis, partim a Phoenicibus memorantur. Ego vero, utrum tali modo haec gesta

ἐρέων ὡς οὕτως ἢ ἄλλως κως ταῦτα ἐγένετο· τὸν δὲ οἶδα
αὐτὸς πρῶτον ὑπάρξαντα ἀδίκων ἔργων ἐς τοὺς Ἕλλη-
νας, τοῦτον σημήνας, προβήσομαι ἐς τὸ πρόσω τοῦ
λόγου, ὁμοίως σμικρὰ καὶ μεγάλα ἄστεα ἀνθρώπων
15 ἐπεξιών. τὰ γὰρ τὸ πάλαι μεγάλα ἦν, τὰ πολλὰ
αὐτῶν σμικρὰ γέγονε· τὰ δὲ ἐπ' ἐμεῦ ἦν μεγάλα,
πρότερον ἦν σμικρά. τὴν ἀνθρωπηίην ὦν ἐπιστάμενος
εὐδαιμονίην οὐδαμὰ ἐν τὠυτῷ μένουσαν, ἐπιμνήσομαι
ἀμφοτέρων ὁμοίως.

ΚΡΟΙΣΟΣ ἦν Λυδὸς μὲν γένος, παῖς δὲ Ἀλυάτ- 6
τεω, τύραννος δὲ ἐθνέων τῶν ἐντὸς Ἅλυος ποταμοῦ· ὃς
ῥέων ἀπὸ μεσαμβρίης μεταξὺ Συρίων καὶ Παφλαγό-
νων, ἐξίει πρὸς βορῆν ἄνεμον ἐς τὸν Εὔξεινον καλεόμενον
5 πόντον. οὗτος ὁ Κροῖσος, βαρβάρων πρῶτος, τῶν ἡμεῖς

sint, an alio, non adgredior disceptare: sed, quem ipse novi *primum* fuisse *iniuriarum Graecis inlatarum auctorem*, hunc ubi indicavero, tunc ad reliqua exponenda progrediar, perinde et parvarum civitatum et magnarum res persecuturus. Etenim quae olim fuerant magnae, earum plurimae parvae factae sunt: et quae nostra memoria magnae fuere, eaedem prius exiguae fuerant. Itaque, bene gnarus humanam felicitatem nequaquam in eodem fastigio manere, perinde utrarumque faciam mentionem.

(6.) Croesus, genere Lydus, Alyattis filius, rex fuit populorum intra Halyn fluvium incolentium; quod flumen, a meridie Syros inter et Paphlagonas interfluens, ad septentrionem in Euxinum qui vocatur Pontum se exonerat. Hic Croesus e barbaris, quos novimus, primus alios Graecorum imperio suo

ἴδμεν, τοὺς μὲν κατεστρέψατο Ἑλλήνων ἐς φόρου ἀπαγωγὴν, τοὺς δὲ, φίλους προσεποιήσατο. κατεστρέψατο μὲν Ἴωνάς τε καὶ Αἰολέας, καὶ Δωριέας τοὺς ἐν τῇ Ἀσίῃ· φίλους δὲ προσεποιήσατο Λακεδαιμονίους. πρὸ δὲ τῆς Κροίσου ἀρχῆς πάντες Ἕλληνες ἦσαν ἐλεύθεροι. τὸ γὰρ 10 Κιμμερίων στράτευμα τὸ ἐπὶ τὴν Ἰωνίην ἀπικόμενον, Κροίσου ἐὸν πρεσβύτερον, οὐ καταστροφὴ ἐγένετο τῶν πο-
7 λίων, ἀλλ' ἐξ ἐπιδρομῆς ἁρπαγή. Ἡ δὲ ἡγεμονίη οὕτω περιῆλθε, ἐοῦσα Ἡρακλειδέων, ἐς τὸ γένος τὸ Κροίσου, καλεομένους δὲ Μερμνάδας. Ἦν Κανδαύλης, τὸν οἱ Ἕλληνες Μυρσῖλον ὀνομάζουσι, τύραννος Σαρδίων, ἀπόγονος δὲ Ἀλκαίου τοῦ Ἡρακλέος. Ἄγρων μὲν γὰρ 5 ὁ Νίνου, τοῦ Βήλου, τοῦ Ἀλκαίου, πρῶτος Ἡρακλειδέων βασιλεὺς ἐγένετο Σαρδίων· Κανδαύλης δὲ ὁ Μύρσου, ὕστατος. οἱ δὲ πρότερον Ἄγρωνος βασιλεύσαντες

subiecit et ad tributum pendendum adegit, alios sibi socios et amicos adiunxit. Subegit Ionas et Aeoles et Dorienses Asiam incolentes; amicos autem sibi conciliavit Lacedaemonios. Ante Croesi vero imperium Graeci omnes liberi fuerunt: nam Cimmeriorum expeditio adversus Ioniam, ante Croesi aetatem suscepta, non oppidorum fuerat redactio in potestatem, sed rapina ex incursione. (7.) Caeterum regnum illud, quum Heraclidarum antea fuisset, ad Croesi genus, qui *Mermnadae* nominabantur, tali modo pervenerat. CANDAULES, quem Graeci *Myrsilum* vocant, Sardium fuit rex, ab Alcaeo oriundus, Herculis filio. Nam Agron, Nini filius, Beli nepos, Alcaei pronepos, primus ex Heraclidis rex fuerat Sardium; Candaules vero, Myrsi filius, postremus.

ταύτης τῆς χώρης, ἦσαν ἀπόγονοι Λυδοῦ τοῦ Ἄτυος
10 ἀπ' ὅτευ ὁ δῆμος Λύδιος ἐκλήθη ὁ πᾶς οὗτος, πρότερον
Μῄων καλεόμενος. παρὰ τούτων Ἡρακλεῖδαι ἐπιτρα-
φθέντες, ἔσχον τὴν ἀρχὴν ἐκ θεοπροπίου, ἐκ δούλης
τε τῆς Ἰαρδάνου γεγονότες καὶ Ἡρακλέος. ἄρξαντες μὲν
ἐπὶ δύο τε καὶ εἴκοσι γενεὰς ἀνδρῶν, ἔτεα πέντε τε καὶ
15 πεντακόσια, παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεκόμενος τὴν ἀρχὴν,
μέχρι Κανδαύλεω τοῦ Μύρσου. Οὗτος δὴ ὢν ὁ Καν- 8
δαύλης ἠράσθη τῆς ἑωυτοῦ γυναικός· ἐρασθεὶς δὲ, ἐνό-
μιζέ οἱ εἶναι γυναῖκα πολλὸν πασέων καλλίστην. ὥστε
δὲ ταῦτα νομίζων· ἦν γάρ οἱ τῶν αἰχμοφόρων Γύγης ὁ
5 Δασκύλου ἀρεσκόμενος μάλιστα· τούτῳ τῷ Γύγῃ καὶ
τὰ σπουδαιέστερα τῶν πρηγμάτων ὑπερετίθετο ὁ Καν-
δαύλης, καὶ δὴ καὶ τὸ εἶδος τῆς γυναικὸς ὑπερεπαινέων.

Qui vero ante Agronem in eadem regione regnaverant, a Lydo Atyis filio erant oriundi, a quo universus populus *Lydorum* nomen invenit, quum prius *Maeones* fuissent nominati. Ab his priscis regibus commissum sibi regnum ex oraculi edicto obtinuerunt Heraclidae, Iardani ancillâ et Hercule prognati; regnantes, per duas et viginti virorum generationes, annos quinque et quingentos, continua serie filius patri succedens usque ad Candaulem Myrsi filium. (8.) Hic igitur Candaules uxoris suae amore tenebatur, eamque deperiens arbitrabatur esse sibi uxorem mulierum omnium formosissimam. Quod quum ei esset persuasum, apud *Gygen* Dascyli filium, unum e corporis custodibus, quem maxime acceptum habebat, ut de rebus etiam gravissimis cum eo communicaret, formae laudem uxoris

χρόνου δὲ οὐ πολλοῦ διελθόντος, (χρῆν γὰρ Κανδαύλῃ γενέσθαι κακῶς,) ἔλεγε πρὸς τὸν Γύγην τοιάδε· „Γύγη, „οὐ γάρ σε δοκέω πείθεσθαί μοι λέγοντι περὶ τοῦ εἴδεος 10 „τῆς γυναικός· (ὦτα γὰρ τυγχάνει ἀνθρώποισι ἐόντα „ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν·) ποίεε ὅκως ἐκείνην θεήσεαι „γυμνήν.“ Ὁ δὲ μέγα ἀμβώσας, εἶπε· „Δέσποτα, „τίνα λέγεις λόγον οὐκ ὑγιέα, κελεύων με δέσποιναν „τὴν ἐμὴν θεήσασθαι γυμνήν; ἅμα δὲ κιθῶνι ἐκδυο- 15 „μένῳ συνεκδύεται καὶ τὴν αἰδῶ γυνή. πάλαι δὲ τὰ „καλὰ ἀνθρώποισι ἐξεύρηται, ἐκ τῶν μανθάνειν δεῖ. ἐν „τοῖσι ἓν τόδε ἐστὶ, σκοπέειν τινὰ τὰ ἑωυτοῦ. ἐγὼ δὲ „πείθομαι ἐκείνην εἶναι πασέων γυναικῶν καλλίστην· 9 „καί σεο δέομαι μὴ δέεσθαι ἀνόμων.“ Ὁ μὲν δὴ, λέγων τοιαῦτα, ἀπεμάχετο, ἀῤῥωδέων μή τι οἱ ἐξ αὐ-

supra modum extulit. Nec multo post (erat enim in fatis ut infortunatus esset Candaules) his verbis Gygen est allocutus: *Gyge, videris tu mihi de forma uxoris meae verba facienti fidem non adhibere; auribus enim minus fidere amant homines quam oculis: fac igitur ut nudam illam spectes.* At ille, vehementer exclamans, *Domine,* inquit, *quemnam sermonem haudquaquam sanum profers, iubens me heram meam nudam spectare! Mulier enim tunicam exuens, simul etiam verecundiam exuit. Iam olim vero honestatis praecepta inventa sunt ab hominibus, a quibus discere oportet: quorum unum est, Sua quemque debere inspicere. Ego vero persuasum habeo esse illam mulierum omnium pulcerrimam; teque oro, ne postules illicita.* (9.) His usus verbis repugnavit Gyges, veritus ne quid sibi

τέων γένηται κακόν. ὁ δὲ ἀμείβετο τοῖσδε· „Θάρσει
„Γύγη· καὶ μὴ φοβεῦ μήτε ἐμὲ, ὥς σεο πειρώμενος
5 „λέγω λόγον τόνδε· μήτε γυναῖκα τὴν ἐμὴν, μή τι τοι
„ἐξ αὐτῆς γένηται βλάβος. ἀρχὴν γὰρ ἐγὼ μηχανή-
„σομαι οὕτω, ὥστε μηδὲ μαθεῖν μιν ὀφθεῖσαν ὑπὸ σεῦ.
„ἐγὼ γάρ σε ἐς τὸ οἴκημα, ἐν τῷ κοιμώμεθα, ὄπισθε
„τῆς ἀνοιγομένης θύρης στήσω· μετὰ δ' ἐμὲ ἐσελθόντα,
10 „παρέσται καὶ ἡ γυνὴ ἡ ἐμὴ ἐς κοῖτον. κεῖται δὲ ἀγχοῦ
„τῆς ἐσόδου θρόνος· ἐπὶ τοῦτον τῶν ἱματίων κατὰ ἓν ἕκα-
„στον ἐκδύνουσα θήσει· καὶ κατ' ἡσυχίην πολλὴν παρέ-
„ξει τοι θεήσασθαι. ἐπεὰν δὲ ἀπὸ τοῦ θρόνου στείχῃ ἐπὶ
„τὴν εὐνὴν, κατὰ νώτου τε αὐτῆς γένῃ, σοὶ μελέτω τὸ
„ἐνθεῦτεν ὅκως μή σε ὄψεται ἰόντα διὰ θυρέων." Ὁ 10
μὲν δὴ, ὡς οὐκ ἠδύνατο διαφυγέειν, ἦν ἑτοῖμος. ὁ δὲ

ex ea re mali accideret. Cui rex vicissim, *Confide, inquit, Gyge; neque aut me time, quasi te tentaturus utar hoc sermone, aut uxorem meam, ne quid tibi ex illa detrimenti creetur. Omnino enim eas rationes equidem inibo, ut illa ne intellectura sit quidem, esse se a te conspectam. Te enim post apertam ianuam cubiculi, in quo cubamus, collocabo. Postquam ego ero ingressus, aderit et uxor mea in cubiculum: posita est autem prope introitum sella, in qua illa vestes suas, aliam post aliam exuens, deponet: ibi tunc licuerit tibi multo cum otio eam spectare. Deinde, quum e sella in lectum conscendet et tu a tergo eius eris, reliquum est ut tu cures ne illa te conspiciat foras exeuntem.*
(10.) Igitur Gyges, quum effugere non posset, paratus fuit: quem Caudales, postquam cubandi tem-

χρόνου δὲ οὐ πολλοῦ διελθόντος, (χρῆν γὰρ Κανδαύλῃ γενέσθαι κακῶς,) ἔλεγε πρὸς τὸν Γύγην τοιάδε· „Γύγη, „οὐ γάρ σε δοκέω πείθεσθαί μοι λέγοντι περὶ τοῦ εἴδεος 10 „τῆς γυναικός· (ὦτα γὰρ τυγχάνει ἀνθρώποισι ἐόντα „ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν·) ποίεε ὅκως ἐκείνην θεήσεαι „γυμνήν.“ Ὁ δὲ μέγα ἀμβώσας, εἶπε· „Δέσποτα, „τίνα λέγεις λόγον οὐκ ὑγιέα, κελεύων με δέσποιναν „τὴν ἐμὴν θεήσασθαι γυμνήν; ἅμα δὲ κιθῶνι ἐκδυο- 15 „μένῳ συνεκδύεται καὶ τὴν αἰδῶ γυνή. πάλαι δὲ τὰ „καλὰ ἀνθρώποισι ἐξεύρηται, ἐκ τῶν μανθάνειν δεῖ. ἐν „τοῖσι ἓν τόδε ἐστὶ, σκοπέειν τινὰ τὰ ἑωυτοῦ. ἐγὼ δὲ „πείθομαι ἐκείνην εἶναι πασέων γυναικῶν καλλίστην· 9 „καί σεο δέομαι μὴ δέεσθαι ἀνόμων.“ Ὁ μὲν δὴ, λέγων τοιαῦτα, ἀπεμάχετο, ἀῤῥωδέων μή τι οἱ ἐξ αὐ-

supra modum extulit. Nec multo post(erat enim in fatis ut infortunatus esset Candaules) his verbis Gygen est allocutus: *Gyge, videris tu mihi de forma uxoris meae verba facienti fidem non adhibere; auribus enim minus fidere amant homines quam oculis: fac igitur ut nudam illam spectes.* At ille, vehementer exclamans, *Domine,* inquit, *quemnam sermonem haudquaquam sanum profers, iubens me heram meam nudam spectare! Mulier enim tunicam exuens, simul etiam verecundiam exuit. Iam olim vero honestatis praecepta inventa sunt ab hominibus, a quibus discere oportet: quorum unum est, Sua quemque debere inspicere. Ego vero persuasum habeo esse illam mulierum omnium pulcerrimam; teque oro, ne postules illicita.* (9.) His usus verbis repugnavit Gyges, veritus ne quid sibi

τίων γίνηται κακόν. ὁ δὲ ἀμείβετο τοῖσδε· „Θάρσει
„Γύγη· καὶ μὴ Φοβεῦ μήτε ἐμὲ, ὡς σεο πειρώμενος
5 „λέγω λόγον τόνδε· μήτε γυναῖκα τὴν ἐμὴν, μή τι τοι
„ἐξ αὐτῆς γένηται βλάβος. ἀρχὴν γὰρ ἐγὼ μηχανή-
„σομαι οὕτω, ὥστε μηδὲ μαθεῖν μιν ὀφθεῖσαν ὑπὸ σεῦ.
„ἐγὼ γάρ σε ἐς τὸ οἴκημα, ἐν τῷ κοιμώμεθα, ὄπισθε
„τῆς ἀνοιγομένης θύρης στήσω· μετὰ δ' ἐμὲ ἐσελθόντα,
10 „παρέσται καὶ ἡ γυνὴ ἡ ἐμὴ ἐς κοῖτον. κεῖται δὲ ἀγχοῦ
„τῆς ἐσόδου θρόνος· ἐπὶ τοῦτον τῶν ἱματίων κατὰ ἓν ἕκα-
„στον ἐκδύνουσα θήσει· καὶ κατ' ἡσυχίην πολλὴν παρέ-
„ξει τοι θεήσασθαι. ἐπεὰν δὲ ἀπὸ τοῦ θρόνου στείχῃ ἐπὶ
„τὴν εὐνὴν, κατὰ νώτου τε αὐτῆς γένῃ, σοὶ μελέτω τὸ
„ἐνθεῦτεν ὅκως μή σε ὄψεται ἰόντα διὰ θυρέων." Ὁ 10
μὲν δὴ, ὡς οὐκ ἠδύνατο διαφυγέειν, ἦν ἑτοῖμος. ὁ δὲ

ex ea re mali accideret. Cui rex vicissim, *Confide*, inquit, *Gyge; neque aut me time, quasi te tentaturus utar hoc sermone, aut uxorem meam, ne quid tibi ex illa detrimenti creetur. Omnino enim eas rationes equidem inibo, ut illa ne intellectura sit quidem, esse se a te conspectam. Te enim post apertam ianuam cubiculi, in quo cubamus, collocabo. Postquam ego ero ingressus, aderit et uxor mea in cubiculum: posita est autem prope introitum sella, in qua illa vestes suas, aliam post aliam exuens, deponet: ibi tunc licuerit tibi multo cum otio eam spectare. Deinde, quum e sella in lectum conscendet et tu a tergo eius eris, reliquum est ut tu cures ne illa te conspiciat foras exeuntem.* (10.) Igitur Gyges, quum effugere non posset, paratus fuit: quem Candales, postquam cubandi tem-

Κανδαύλης, ἐπεὶ ἐδόκεε ὥρη τῆς κοίτης εἶναι, ἤγαγε τὸν Γύγεα ἐς τὸ οἴκημα· καὶ μετὰ ταῦτα αὐτίκα παρῆν καὶ ἡ γυνή. ἐσελθοῦσαν δὲ καὶ τιθεῖσαν τὰ εἵματα ἐθηεῖτο ὁ Γύγης. ὡς δὲ κατὰ νώτου ἐγένετο, ἰούσης τῆς γυναικὸς ἐς τὴν κοίτην, ὑπεκδὺς ἐχώρεε ἔξω. καὶ ἡ γυνὴ ἐπορᾷ μιν ἐξιόντα. μαθοῦσα δὲ τὸ ποιηθὲν ἐκ τοῦ ἀνδρὸς, οὔτε ἀνέβωσεν αἰσχυνθεῖσα, οὔτε ἔδοξε μαθέειν, ἐν νόῳ ἔχουσα τίσεσθαι τὸν Κανδαύλεα. παρὰ γὰρ τοῖσι Λυδοῖσι, σχεδὸν δὲ καὶ παρὰ τοῖσι ἄλλοισι βαρβάροισι, καὶ ἄνδρα ὀφθῆναι γυμνὸν, ἐς αἰσχύνην μεγάλην φέρει. 11 Τότε μὲν δὴ οὕτω, οὐδὲν δηλώσασα, ἡσυχίην εἶχε· ὡς δὲ ἡμέρη τάχιστα ἐγεγόνεε, τῶν οἰκετέων τοὺς μάλιστα ὥρα πιστοὺς ἐόντας ἑωυτῇ, ἑτοίμους ποιησαμένη, ἐκάλεε τὸν Γύγεα. ὁ δὲ, οὐδὲν δοκέων αὐτὴν τῶν πρηχθέντων ἐπίστασθαι, ἦλθε καλεόμενος· ἐώ-

pus visum est adesse, in cubiculum introduxit; pauloque post uxor etiam adfuit. Ingressam et vestimenta ponentem Gyges quum spectasset, mox ubi aversa illa in lectum se contulit, clam ipse foràs se subduxit: at egredientem conspicata est mulier. Quae ut intellexit quid a marito actum esset, neque exclamavit, pudore retenta, et se animadvertisse dissimulavit, in animo habens ultionem capere de Candaule. Apud Lydos enim, ac fere apud caeteros quoque barbaros, etiam viro magnum in probrum vertitur nudum conspici. (11.) Itaque tunc quidem nihil aperiens, silentium tenuit illa: simul ac vero illuxit, praesto esse iussis famulis quos maxime fidos sibi cognoverat, Gygen ad se vocavit. Et ille, nihil eam nosse ratus eorum quae gesta essent, arcessitus

θεε γὰρ καὶ πρόσθε, ὅκως ἡ βασίλεια καλέοι, φοιτᾶν. ὡς δὲ ὁ Γύγης ἀπίκετο, ἔλεγε ἡ γυνὴ τάδε· „Νῦν
„τοι δυοῖν ὁδοῖν παρεουσέων, Γύγη, δίδωμι αἵρεσιν, ὁκο-
„τέρην βούλεαι τραπέσθαι. ἢ γὰρ Κανδαύλεα ἀπο-
10 „κτείνας, ἐμέ τε καὶ τὴν βασιληίην ἔχε τὴν Λυδῶν, ἢ
„αὐτόν σε αὐτίκα οὕτω ἀποθνήσκειν δεῖ· ὡς ἂν μὴ,
„πάντα πειθόμενος Κανδαύλῃ, τοῦ λοιποῦ ἴδῃς τὰ μή
„σε δεῖ. ἀλλ' ἤτοι κεῖνόν γε τὸν ταῦτα βουλεύσαντα δεῖ
„ἀπόλλυσθαι, ἢ σὲ, τὸν ἐμὲ γυμνὴν θηησάμενον, καὶ
15 „ποιήσαντα οὐ νομιζόμενα.“ Ὁ δὲ Γύγης τέως μὲν
ἀπεθώυμαζε τὰ λεγόμενα· μετὰ δὲ, ἱκέτευε μή μιν
ἀναγκαίῃ ἐνδέειν διακρῖναι τοιαύτην αἵρεσιν. οὔκων δὴ
ἔπειθε, ἀλλ' ὥρα ἀναγκαίην ἀληθέως προκειμένην, ἢ
τὸν δεσπότεα ἀπολλύναι, ἢ αὐτὸν ὑπ' ἄλλων ἀπόλλυ-
20 σθαι. αἱρέεται αὐτὸς περιεῖναι. ἐπειρώτα δὴ λέγων τάδε·

venit; quippe et antea solitus, quoties regina vocaret, eam convenire. Ut venit, his verbis eum adlocuta est mulier: *Gyge, nunc duarum viarum tibi apertarum optionem concedo utram ingredi volueris: aut enim, interfecto Candaule, et me et regnum Lydorum habeto; aut te ipsum protinus sic mori oportet, ne posthac, Candauli in omnibus obsequens, spectes quae te spectare nefas est. Enimvero aut illum, qui ista molitus est, interire oportet, aut te, qui nudam me es conspicatus et illicita fecisti.* Ad haec verba Gyges primum stupere, tum deinde obsecrare illam ne se necessitati illigaret diiudicandae talis optionis. Nec vero ei persuasit; sed vidit necessitatem utique sibi propositam aut perdendi herum aut per alios pereundi. Elegit

„Ἐπεί με ἀναγκάζεις δεσπότεα τὸν ἐμὸν κτείνειν, οὐκ „ἐθέλοντα, φέρε ἀκούσω τέῳ καὶ τρόπῳ ἐπιχειρήσομεν „αὐτῷ." Ἡ δὲ ὑπολαβοῦσα ἔφη· „Ἐκ τοῦ αὐτοῦ μὲν „χωρίου ἡ ὁρμὴ ἔσται, ὅθεν περ καὶ ἐκεῖνος ἐμὲ ἐπεδέξα-
12 „το γυμνήν· ὑπνωμένῳ δὲ ἡ ἐπιχείρησις ἔσται." Ὡς δὲ ἤρτυσαν τὴν ἐπιβουλὴν, νυκτὸς γινομένης, (οὐ γὰρ μετίετο ὁ Γύγης, οὐδέ οἱ ἦν ἀπαλλαγὴ οὐδεμίη, ἀλλὰ ἔδεε ἢ αὐτὸν ἀπολωλέναι, ἢ Κανδαύλεα,) εἵπετο ἐς τὸν θάλαμον τῇ γυναικί. καί μιν ἐκείνη, ἐγχειρίδιον δοῦσα, 5 κατακρύπτει ὑπὸ τὴν αὐτὴν θύρην. καὶ μετὰ ταῦτα, ἀναπαυομένου Κανδαύλεω, ὑπεισδύς τε καὶ ἀποκτείνας αὐτὸν, ἔσχε καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τὴν βασιληίην Γύγης· τοῦ καὶ Ἀρχίλοχος ὁ Πάριος, κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον γε-
13 νόμενος, ἐν ἰάμβῳ τριμέτρῳ ἐπεμνήσθη. Ἔσχε δὲ τὴν

itaque ut ipse superesset: et illam percontans, ***Quandoquidem invitum me***, inquit, ***adigis ad herum meum occidendum, age audiam ecquo illum modo adgressuri simus?*** Et illa excipiens, ***Ex eodem loco***, inquit, ***adoriendus erit, unde ille nudam me tibi ostendit: in sopitum somno impetus fiet.*** (12.) Ita quum de faciendis insidiis inter se constituissent, ingruente nocte Gyges (nec enim dimittebatur, neque ullum ei effugium erat, sed aut ipsum interire oportebat aut Candaulem) secutus est mulierem in cubiculum; ubi eum illa, tradito pugione, post eamdem ianuam occultavit. Deinde quiescente Candaule leniter accessit, illoque obtruncato et uxorem et regnum obtinuit Gyges; cuius etiam ***Archilochus*** Parius, qui eadem vixit aetate, in iambis trimetris meminit. (13.) Obtinuit autem regnum, in

βασιληΐην, καὶ ἐκρατύνθη, ἐκ τοῦ ἐν Δελφοῖσι χρηστηρίου. ὡς γὰρ δὴ οἱ Λυδοὶ δεινὸν ἐποιεῦντο τὸ Κανδαύλεω πάθος, καὶ ἐν ὅπλοισι ἦσαν, συνέβησαν ἐς τὠυτὸ οἵ τε
5 τοῦ Γύγεω στασιῶται καὶ οἱ λοιποὶ Λυδοὶ, ἢν μὲν δὴ τὸ χρηστήριον ἀνέλῃ μιν βασιλέα εἶναι Λυδῶν, τόνδε βασιλεύειν· ἢν δὲ μὴ, ἀποδοῦναι ὀπίσω ἐς Ἡρακλείδας τὴν ἀρχήν. ἀνεῖλέ τε δὴ τὸ χρηστήριον, καὶ ἐβασίλευσεν οὕτω Γύγης. τοσόνδε μέντοι εἶπε ἡ Πυθίη, ὡς Ἡρακλείδῃσι
10 τίσις ἥξει ἐς τὸν πέμπτον ἀπόγονον Γύγεω. τούτου τοῦ ἔπεος Λυδοί τε καὶ οἱ βασιλέες αὐτῶν λόγον οὐδένα ἐποιεῦντο, πρὶν δὴ ἐπετελέσθη.

Τὴν μὲν δὴ τυραννίδα οὕτω ἔσχον οἱ Μερμνάδαι, τοὺς 14 Ἡρακλείδας ἀπελόμενοι. Γύγης δὲ τυραννεύσας ἀπέπεμψε ἀναθήματα ἐς Δελφοὺς οὐκ ὀλίγα. ἀλλ' ὅσα μὲν ἀργύρου ἀναθήματα ἔστι οἱ πλεῖστα ἐν Δελφοῖσι·

Itaque confirmatus est, ex Delphici oraculi effato. Nam quum indigne ferrent Lydi casum Candaulis, essentque in armis, convenit inter Gygae factionem et reliquos Lydos, ut, *si respondisset oraculum hunc esse regem Lydorum, ipse regnaret; sin minus, Heraclidis restitueret regnum.* Accepto igitur oraculo, Gyges ita regnum obtinuit. Verumtamen hoc simul edixerat Pythia, *ultionem venturam esse Heraclidis in quintum ex posteris Gygis:* quod quidem vaticinium nec Lydi, nec eorum reges, ullius momenti fecerunt, donec exitu comprobatum est.

(14.) Tali igitur modo ad *Mermnadas* pervenit Lydiae regnum, Heraclidis ereptum. *Gyges* autem, regnum adeptus, Delphos donaria misit non pauca. Et argentea quidem eius donaria quam plurima Del-

πάρεξ δὲ τοῦ ἀργύρου, χρυσὸν ἄπλετον ἀνέθηκεν, ἄλλον τε, καὶ, τοῦ μάλιστα μνήμην ἄξιον ἔχειν ἐστὶ, κρητῆρές οἱ ἀριθμὸν ἓξ χρύσεοι ἀνακέαται. ἑστᾶσι δὲ οὗτοι ἐν τῷ Κορινθίων θησαυρῷ, σταθμὸν ἔχοντες τριήκοντα τάλαντα· ἀληθέϊ δὲ λόγῳ χρεωμένῳ, οὐ Κορινθίων τοῦ δημοσίου ἐστὶν ὁ θησαυρὸς, ἀλλὰ Κυψέλου τοῦ Ἠετίωνος. Οὗτος δὲ ὁ Γύγης, πρῶτος βαρβάρων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, ἐς Δελφοὺς ἀνέθηκε ἀναθήματα, μετὰ Μίδην τὸν Γορδίεω, Φρυγίης βασιλῆα. ἀνέθηκε γὰρ δὴ καὶ Μίδης τὸν βασιλήϊον θρόνον, ἐς τὸν προκατίζων ἐδίκαζε, ἐόντα ἀξιοθέητον. κεῖται δὲ ὁ θρόνος οὗτος ἔνθα περ οἱ τοῦ Γύγεω κρητῆρες. ὁ δὲ χρυσὸς οὗτος καὶ ὁ ἄργυρος, τὸν ὁ Γύγης ἀνέθηκε, ὑπὸ Δελφῶν καλέεται Γυγάδας ἐπὶ τοῦ ἀναθέντος ἐπωνυμίην. Ἐσέβαλε μέν νυν στρατιὴν καὶ οὗτος,

phis exstant: praeter argentum vero, auri etiam immensam vim dedicavit, quum aliarum rerum, tum vero (quod praecipue memoratu dignum) crateres aurei numero sex ab eodem dedicati exstant talentorum triginta pondo, repositi in Corinthiorum thesauro; qui quidem thesaurus, vere ut dicam, non publicus civitatis Corinthiorum est, sed Cypseli, Eetionis filii. Est autem hic Gyges barbarorum quos novimus primus qui donaria Delphis dedicavit post Midam Gorgiae filium, Phrygiae regem. Dedicaverat enim *Midas* etiam regiam sellam, in qua praesidens ius dicere consueverat, spectatu dignam; positaque est haec sella ibidem ubi Gygae crateres. Aurum vero istud et argentum, quod a Gyge dedicatum est, *Gygadas* [id est, *Gygaeum*] vocatur a Delphensibus de illius nomine qui dedicavit. Et hic

ἐπεί τε ἦρξε, ἔς τε Μίλητον καὶ ἐς Σμύρνην, καὶ Κολο-
20 φῶνος τὸ ἄστυ εἷλε. ἀλλ', οὐδὲν γὰρ μέγα ἔργον ἀπ'
αὐτοῦ ἄλλο ἐγένετο βασιλεύσαντος δυῶν δέοντα τεσσε-
ράκοντα ἔτεα, τοῦτον μὲν παρήσομεν, τοσαῦτα ἐπιμνη-
σθέντες. Ἄρδυος δὲ τοῦ Γύγεω μετὰ Γύγην βασι- 15
λεύσαντος μνήμην ποιήσομαι. οὗτος δὲ Πριηνέας τε εἷλε,
ἐς Μίλητόν τε ἐσέβαλε. ἐπὶ τούτου τε τυραννεύοντος Σαρ-
δίων, Κιμμέριοι ἐξ ἠθέων ὑπὸ Σκυθέων τῶν Νομάδων
5 ἐξαναστάντες, ἀπικέατο ἐς τὴν Ἀσίην, καὶ Σάρδις πλὴν
τῆς ἀκροπόλιος εἷλον.

Ἄρδυος δὲ βασιλεύσαντος ἑνὸς δέοντα πεντήκοντα 16
ἔτεα, ἐξεδέξατο Σαδυάττης ὁ Ἄρδυος, καὶ ἐβασί-
λευσε ἔτεα δυώδεκα· Σαδυάττεω δὲ, ἈΛΥΆΤΤΗΣ.
Οὗτος δὲ Κυαξάρῃ τε τῷ Δηϊόκεω ἀπογόνῳ ἐπολέμησε
5 καὶ Μήδοισι· Κιμμερίους τε ἐκ τῆς Ἀσίης ἐξήλασε·

quidem, postquam regno est potitus, arma etiam intulit Mileto et Smyrnae, et Colophonem arce exceptâ cepit: caeterum, quum per octo et triginta, quos regnavit, annos nihil aliud memorabile ab eodem gestum sit, hisce commemoratis, missum hunc faciemus. (15.) *Ardyis* vero, Gygae filii, qui post illum regnavit, mentionem iniiciam. Hic Prienenses expugnavit, et Miletum invasit: eodemque regnum Sardium obtinente, Cimmerii suis sedibus a Scythis nomadibus pulsi, in Asiam venerunt, Sardesque praeter arcem ceperunt.

(16.) Ardys postquam undequinquaginta annos regnasset, successorem habuit filium *Sadyatten*, qui annos regnavit duodecim. Sadyattae successit ALYATTES; qui cum Cyaxare, Deiocae nepote, et cum

Σμύρνην τε τὴν ἀπὸ Κολοφῶνος κτισθεῖσαν εἷλε, ἐς Κλαζομενάς τε ἐσέβαλε. ἀπὸ μέν νυν τούτων οὐκ ὡς ἤθελε ἀπήλλαξε, ἀλλὰ προσπταίσας μεγάλως. ἄλλα δὲ ἔργα ἀπεδέξατο ἐὼν ἐν τῇ ἀρχῇ ἀξιαπηγητότατα τάδε. 17 Ἐπολέμησε Μιλησίοισι, παραδεξάμενος τὸν πόλεμον παρὰ τοῦ πατρός. ἐπελαύνων γὰρ ἐπολιόρκεε τὴν Μίλητον τρόπῳ τοιῷδε· ὅκως μὲν εἴη ἐν τῇ γῇ καρπὸς ἁδρὸς, τηνικαῦτα ἐσέβαλλε τὴν στρατιήν. ἐστρατεύετο δὲ ὑπὸ συρίγγων τε καὶ πηκτίδων, καὶ 5 αὐλοῦ γυναικηΐου τε καὶ ἀνδρηΐου. ὡς δὲ ἐς τὴν Μιλησίην ἀπίκοιτο, οἰκήματα μὲν τὰ ἐπὶ τῶν ἀγρῶν οὔτε κατέβαλλε, οὔτε ἐνεπίμπρη, οὔτε θύρας ἀπέσπα, ἔα δὲ κατὰ χώρην ἑστάμεναι· ὁ δὲ τά τε δένδρεα καὶ τὸν καρπὸν τὸν ἐν τῇ γῇ ὅκως διαφθείρειε, ἀπαλλάσσετο 10

Medis bellum gessit. Idem Cimmerios ex Asia eiecit; et Smyrnam, Colophoniorum coloniam, cepit; et Clazomenas invasit: quo quidem ab oppido non ita ut voluerat discessit, sed cladem haud mediocrem passus. Verum et alias res, dum regnum tenuit, gessit; quarum memoratu dignissimae hae sunt. (17.) Bellum gessit cum Milesiis, a patre traditum. Oppugnabat autem incursione facta Miletum tali modo: quando terrae fruges adultae erant, tunc exercitum in regionem immittebat, expeditionem faciens ad cantum fistularum fidiumque, ac tibiae tam muliebris quam virilis. Ubi vero in fines Milesiorum pervenerat, aedificia in agris nec diruebat nec incendebat, neque fores abstrahebat, sed intacta stare omnia sinebat; verum arboribus et terrae frugibus corruptis domum se recipiebat: quum enim mare

ὀπίσω. τῆς γὰρ θαλάσσης οἱ Μιλήσιοι ἐπεκράτεον, ὥστε ἐπέδρης μὴ εἶναι ἔργον τῇ στρατιῇ. τὰς δὲ οἰκίας οὐ κατέβαλλε ὁ Λυδὸς τῶνδε εἵνεκα, ὅκως ἔχοιεν ἐνθεῦτεν ὁρμεώμενοι τὴν γῆν σπείρειν τε καὶ ἐργάζεσθαι
15 οἱ Μιλήσιοι, αὐτὸς δὲ, ἐκείνων ἐργαζομένων, ἔχοι τι καὶ σίνεσθαι ἐσβάλλων. Ταῦτα ποιέων, ἐπολέμεε 18 ἔτεα ἕνδεκα· ἐν τοῖσι τρώματα μεγάλα διφάσια Μιλησίων ἐγένετο, ἔν τε Λιμενηΐῳ χώρης τῆς σφετέρης μαχεσαμένων, καὶ ἐν Μαιάνδρου πεδίῳ. τὰ μέν νυν
5 ἓξ ἔτεα τῶν ἕνδεκα Σαδυάττης ὁ Ἄρδυος ἔτι Λυδῶν ἦρχε, ὁ καὶ ἐσβάλλων τηνικαῦτα ἐς τὴν Μιλησίην τὴν στρατιήν· (Σαδυάττης γὰρ οὗτος καὶ ὁ τὸν πόλεμον ἦν συνάψας·) τὰ δὲ πέντε τῶν ἐτέων τὰ ἑπόμενα τοῖσι ἓξ Ἀλυάττης ὁ Σαδυάττεω ἐπολέμεε, ὃς παραδε-
10 ξάμενος (ὡς καὶ πρότερόν μοι δεδήλωται) παρὰ τοῦ

obtinerent Milesii, nil adtinebat circumsedere urbem cum exercitu. Aedificia autem non diruebat Lydus hoc consilio, ut possent inde progressi Milesii terram serere colereque, ipse vero, postquam illi terram coluissent, haberet quod incursione facta popularetur. (18.) Hoc maxime modo per undecim annos bellum gerebatur; intra quos duo ingentia vulnera Milesii accepere, unum praelio ad Limeneum in ipsorum finibus commisso, alterum in Maeandri campo. Horum undecim annorum sex adhuc Sadyattes, Ardyis filius, apud Lydos regnaverat, qui per id tempus cum exercitu fines Milesiorum incursabat; Sadyattes enim hic conflaverat id bellum: quinque vero insequentibus annis *Alyattes*, Sadyattis filius, bellum gerebat, qui illud, a patre

πρὸς τὸν πόλεμον, προσεῖχε ἐντεταμένως. τοῖσι δὲ Μιλησίοισι οὐδαμοὶ Ἰώνων τὸν πόλεμον τοῦτον συνεπελάφρυνον, ὅτι μὴ Χῖοι μοῦνοι. οὗτοι δὲ τὸ ὅμοιον ἀνταποδιδόντες ἐτιμώρεον· καὶ γὰρ δὴ πρότερον οἱ Μιλήσιοι τοῖσι Χίοισι τὸν πρὸς Ἐρυθραίους πόλεμον συνδιήνεικαν. 15

19 Τῷ δὲ δυωδεκάτῳ ἔτεϊ λήϊου ἐμπιπραμένου ὑπὸ τῆς στρατιῆς, συνηνείχθη τι τοιόνδε γενέσθαι πρῆγμα· ὡς ἄφθη τάχιστα τὸ λήϊον ἀνέμῳ βιώμενον, ἅψατο νηοῦ Ἀθηναίης, ἐπίκλησιν Ἀσσησίης. ἀφθεὶς δὲ ὁ νηὸς, κατεκαύθη. καὶ τὸ παραυτίκα μὲν λόγος οὐδεὶς ἐγένετο· μετὰ δὲ, τῆς στρατιῆς ἀπικομένης ἐς Σάρδις, ἐνόσησε ὁ Ἀλυάττης. μακροτέρης δέ οἱ γινομένης τῆς νούσου, πέμπει ἐς Δελφοὺς θεοπρόπους, εἴτε δὴ συμβουλεύσαντός τευ, εἴτε καὶ αὐτῷ ἔδοξε πέμψαντα τὸν θεὸν ἐπείρεσθαι περὶ τῆς νούσου. τοῖσι δὲ ἡ Πυθίη ἀπι- 10

(ut supra etiam memoravi) sibi traditum, intente persecutus est. Quo in bello nulli e Ionibus sublevarunt Milesios, praeterquam Chii soli: hi autem, opem illis ferentes, vicem rependerunt; nam et Milesii antea Chiis, in bello cum Erythraeis, sociam praestiterant operam. (19.) Sed anno duodecimo, succensis ab exercitu segetibus, hoc rei accidit. Simulatque incensae segetes erant, valido coorto vento, Minervae templum cognomine Assesiae corripuit flamma, eoque incendio templum conflagravit. Quae res principio nullius momenti est habita; deinde vero, postquam Sardes rediisset exercitus, in morbum *Alyattes* incidit. Diuturnior quum esset morbus, Delphos misit qui Deum de valitudine consulerent, sive alieno consilio ad mittendum inductus, sive suo.

κομένοισι ἐς Δελφοὺς οὐκ ἔφη χρήσειν, πρὶν ἢ τὸν νηὸν τῆς Ἀθηναίης ἀνορθώσωσι, τὸν ἐνέπρησαν χώρης τῆς Μιλησίης ἐν Ἀσσησῷ. Δελφῶν οἶδα ἐγὼ οὕτω ἀκούσας γενέσθαι. Μιλήσιοι δὲ τάδε προστιθεῖσι τούτοισι· Περίανδρον τὸν Κυψέλου, ἐόντα Θρασυβούλῳ τῷ τότε Μιλήτου τυραννεύοντι ξεῖνον ἐς τὰ μάλιστα, πυθόμενον 5 τὸ χρηστήριον τὸ τῷ Ἀλυάττῃ γενόμενον, πέμψαντα ἄγγελον κατειπεῖν, ὅκως ἄν τι προειδὼς πρὸς τὸ παρεὸν βουλεύηται. Μιλήσιοι μέν νυν οὕτω λέγουσι γενέσθαι. (20)

Ἀλυάττης δὲ, ὥς οἱ ταῦτα ἐξαγγέλθη, αὐτίκα ἔπεμπε κήρυκα ἐς Μίλητον, βουλόμενος σπονδὰς ποιήσασθαι Θρασυβούλῳ τε καὶ Μιλησίοισι χρόνον ὅσον ἂν τὸν νηὸν οἰκοδομῇ. ὁ μὲν δὴ ἀπόστολος ἐς τὴν Μίλητον ἤϊε· 5 Θρασύβουλος δὲ σαφέως προπεπυσμένος πάντα λόγον. (21)

Hi quum Delphos venissent, negavit Pythia se responsum eis redditturam priusquam Minervae templum restituissent, quod Assesi in Milesiorum agro cremassent. (20.) Haec ita acta esse equidem ex Delphensibus audire memini: sed Milesii istis haec adiiciunt, Periandrum Cypseli filium, quum audisset oraculum Alyattae redditum, ea de re Thrasybulum, Milesiorum tunc temporis tyrannum, hospitio et amicitia sibi in primis coniunctum, misso nuncio fecisse certiorem; quo ille, re ante cognita, consilium aliquod ad rem pertinens caperet. Ita quidem Milesii rem gestam narrant. (21.) *Alyattes* vero, nunciato Pythiae responso, praeconem protinus Miletum misit, inducias cum Thrasybulo et Milesiis ad tempus pacturus dum templum aedificaret. Miletum dum se confert legatus, Thrasybulus de tota re

γειν, καὶ εἰδὼς τὰ Ἀλυάττης μέλλοι ποιήσειν, μηχανᾶται τοιάδε. ὅσος ἦν ἐν τῷ ἄστεϊ σῖτος καὶ ἑωυτοῦ καὶ ἰδιωτικὸς, τοῦτον πάντα συγκομίσας ἐς τὴν ἀγορὴν, προεῖπε Μιλησίοισι, ἐπεὰν αὐτὸς σημήνῃ, τότε πίνειν 22 τε πάντας καὶ κώμῳ χρέεσθαι ἐς ἀλλήλους. Ταῦτα δὲ ἐποίεέ τε καὶ προηγόρευε Θρασύβουλος τῶνδε εἵνεκεν, ὅκως ἂν δὴ ὁ κήρυξ ὁ Σαρδιηνὸς, ἰδών τε σωρὸν μέγαν σίτου κεχυμένον, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἐν εὐπαθείῃσι ἐόντας, ἀγγείλῃ Ἀλυάττῃ. τὰ δὴ καὶ ἐγένετο. ὡς γὰρ δὴ ἰδών τε ἐκεῖνα ὁ κήρυξ, καὶ εἴπας πρὸς Θρασύ- 5 βουλον τὰς ἐντολὰς τοῦ Λυδοῦ, ἀπῆλθε ἐς τὰς Σάρδις, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, δι' οὐδὲν ἄλλο ἐγένετο ἡ διαλλαγή. ἐλπίζων γὰρ ὁ Ἀλυάττης σιτοδηίην τε εἶναι ἰσχυρὴν ἐν τῇ Μιλήτῳ, καὶ τὸν λεὼν τετρῦσθαι ἐς τὸ ἔσχατον

liquido antea certior factus, nec ignarus quid moliretur *Alyattes*, haec machinatur. Quidquid frumenti in urbe erat, tam suum, quam privatorum, id omne in forum comportari iussit, praedixitque Milesiis, ut, ubi signum ipse dedisset, tunc compotationes comessationesque mutuas cuncti instituerent. (22.) Id fecit praedixitque Thrasybulus hoc consilio, ut Sardianus legatus, postquam ingentem frumenti acervum in foro profusum et homines vidisset oblectationibus vacantes, Alyattae rem renunciaret. Quod et factum: nam postquam ista vidit caduceator, expositisque Thrasybulo Lydi mandatis domum rediit, nullam aliam ob caussam (ut ego audio) pax composita est. Quum enim existimasset *Alyattes* vehementem frumenti penuriam Mileti esse, populumque ad extremum malorum esse redactum, audivit

10 κακοῦ, ἤκουε τοῦ κήρυκος νοστήσαντος ἐκ τῆς Μιλήτου τοὺς ἐναντίους λόγους ἢ ὡς αὐτὸς κατεδόκεε. μετὰ δὲ, ἥ τε διαλλαγή σφι ἐγένετο, ἐπ' ᾧ τε ξείνους ἀλλήλοισι εἶναι καὶ ξυμμάχους. καὶ δύο τε ἀντὶ ἑνὸς νηοὺς τῇ Ἀθηναίῃ οἰκοδόμησε ὁ Ἀλυάττης ἐν τῇ Ἀσ-
15 σησσῷ, αὐτός τε ἐκ τῆς νούσου ἀνέστη. κατὰ μὲν τὸν πρὸς Μιλησίους τε καὶ Θρασύβουλον πόλεμον Ἀλυάττῃ ὧδε ἔσχε.

Περίανδρος δὲ ἦν Κυψέλου παῖς, οὗτος ὁ τῷ 23 Θρασυβούλῳ τὸ χρηστήριον μηνύσας. ἐτυράννευε δὲ ὁ Περίανδρος Κορίνθου. τῷ δὴ λέγουσι Κορίνθιοι (ὁμολογέουσι δέ σφι Λέσβιοι) ἐν τῷ βίῳ θῶυμα μέγιστον
5 παραστῆναι· Ἀρίονα τὸν Μηθυμναῖον ἐπὶ δελφῖνος ἐξενειχθέντα ἐπὶ Ταίναρον, ἐόντα κιθαρῳδὸν τῶν τότε ἐόντων οὐδενὸς δεύτερον· καὶ διθύραμβον, πρῶτον ἀνθρώπων

ex caduceatore domum redeunte contraria eorum quae erat opinatus. Inde paullo post pax inter illos conciliata est hac lege, ut mutuo hospites essent sociique: et, pro uno Minervae templo ad Assesum, duo aedificavit Alyattes, ipseque e morbo convaluit. Haec igitur ratio exitusque belli fuit, quod *Alyattes* cum Milesiis et Thrasybulo gessit.

(23.) Periander vero, Cypseli filius, is qui Thrasybulum de edito oraculo certiorem fecit, Corinthi fuit tyrannus: cui maximum, quod umquam inter homines evenit, oblatum fuisse miraculum narrant Corinthii, hisque Lesbii adsentiuntur; scilicet *Arionem* Methymnaeum delphino insidenten ad Taenaron fuisse delatum. Citharoedus is erat, nulli suae aetatis secundus; primusque hominum, quos novimus, di-

τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, ποιήσαντά τε καὶ ὀνομάσαντα καὶ διδάξαντα ἐν Κορίνθῳ. 24 Τοῦτον τὸν Ἀρίονα λέγουσι, τὸν πολλὸν τοῦ χρόνου διατρίβοντα παρὰ Περιάνδρῳ, ἐπιθυμῆσαι πλῶσαι ἐς Ἰταλίην τε καὶ Σικελίην· ἐργασάμενον δὲ χρήματα μεγάλα, θελῆσαι ὀπίσω ἐς Κόρινθον ἀπικέσθαι. ὁρμᾶσθαι μὲν νυν ἐκ Τάραντος, πι- 5 στεύοντα δὲ οὐδαμοῖσι μᾶλλον ἢ Κορινθίοισι, μισθώσασθαι πλοῖον ἀνδρῶν Κορινθίων. τοὺς δὲ ἐν τῷ πελάγεϊ ἐπιβουλεύειν, τὸν Ἀρίονα ἐκβαλόντας, ἔχειν τὰ χρήματα. τὸν δὲ, συνέντα τοῦτο, λίσσεσθαι, χρήματα μέν σφι προϊέντα, ψυχὴν δὲ παραιτεόμενον. οὐκ ὦν δὴ 10 πείθειν αὐτὸν τούτοισι· ἀλλὰ κελεύειν τοὺς πορθμέας ἢ αὐτὸν διαχρᾶσθαί μιν, ὡς ἂν ταφῆς ἐν γῇ τύχῃ, ἢ ἐκπηδᾶν ἐς τὴν θάλασσαν τὴν ταχίστην. ἀπειληθέντα δὲ τὸν Ἀρίονα ἐς ἀπορίην, παραιτήσασθαι, ἐπειδή σφι

thyrambum et fecit et nominavit docuitque Corinthi. (24.) Hunc *Arionem* aiunt, postquam plurimum temporis apud *Periandrum* esset versatus, in Italiam Siciliamque cupivisse navigare; ingentique pecuniâ ibi comparatâ, voluisse Corinthum reverti. Igitur quum Tarento esset profecturus, nec ullis magis quam Corinthiis fidem haberet, navigium conduxisse hominum Corinthiorum: at hos, ubi altum tenuere, consilium agitasse de illo in mare proiiciendo, quo pecuniâ potirentur. Tum illum, quid ageretur intelligentem, ad preces confugisse; et, pecuniâ omni nautis oblatâ, vitam esse deprecatum: nautas vero, precibus viri nil commotos, iussisse ut aut sibi manus inferret, quo in terra sepulturam nancisceretur, aut ut illico in mare se proiiceret. Has in

15 οὕτω δοκέει, περιιδέειν αὐτὸν ἐν τῇ σκευῇ πάσῃ στάντα
ἐν τοῖσι ἑδωλίοισι, ἀεῖσαι· ἀείσας δὲ, ὑπεδέκετο ἑωυτὸν
κατεργάσασθαι. καὶ, τοῖσι ἐσελθεῖν γὰρ ἡδονὴν, εἰ μέλ-
λοιεν ἀκούσεσθαι τοῦ ἀρίστου ἀνθρώπων ἀοιδοῦ, ἀναχω-
ρῆσαι ἐκ τῆς πρύμνης ἐς μέσην νέα. τὸν δὲ, ἐνδύντα τε
20 πᾶσαν τὴν σκευὴν, καὶ λαβόντα τὴν κιθάρην, στάντα
ἐν τοῖσι ἑδωλίοισι, διεξελθεῖν νόμον τὸν ὄρθιον· τελευτῶν-
τος δὲ τοῦ νόμου, ῥῖψαί μιν ἐς τὴν θάλασσαν ἑωυτὸν,
ὡς εἶχε, σὺν τῇ σκευῇ πάσῃ. καὶ τοὺς μὲν ἀποπλέειν
ἐς Κόρινθον· τὸν δὲ, δελφῖνα λέγουσι ὑπολαβόντα ἐξε-
25 νεῖκαι ἐπὶ Ταίναρον. ἀποβάντα δὲ αὐτὸν χωρέειν ἐς
Κόρινθον σὺν τῇ σκευῇ, καὶ ἀπικόμενον ἀπηγέεσθαι
πᾶν τὸ γεγονός. Περίανδρον δὲ ὑπὸ ἀπιστίης Ἀρίονα
μὲν ἐν φυλακῇ ἔχειν, οὐδαμῇ μετιέντα, ἀνακῶς δὲ ἔχειν

angustias et consilii inopiam redactum *Arionem* orasse, ut, quandoquidem ita eis placitum esset, sinerent se omni ornatu suo indutum, in summo puppis foro stantem, canticum canere; quo facto pollicebatur sibi se manus inlaturum. Tunc nautas, cupidine captos audiendi praestantissimi omnium cantoris, e puppi mediam in navem concessisse; et illum, omni ornatu indutum, captâ citharâ, in summo navis foro stantem, carmen quod *orthion* vocatur peregisse; peractoque cantu, ita ut erat, cum omni ornatu in mare se coniecisse. Tum illos, continuato cursu, Corinthum navigasse: hunc vero, aiunt, a delphino exceptum dorso, Taenaron fuisse delatum; ubi quum in terram esset egressus, Corinthum inde eodem habitu perrexisse, ibique quid accidisset enarrasse. *Periandrum* vero, quum fidem non haberet,

τῶν πορθμέων· ὡς δὲ ἄρα παρεῖναι αὐτοὺς, κληθέντας ἱστορέεσθαι εἴ τι λέγοιεν περὶ Ἀρίονος. Φαμένων δὲ ἐκεί- 30 νων ὡς εἴη τε σῶς περὶ Ἰταλίην, καί μιν εὖ πρήσσοντα λίποιεν ἐν Τάραντι, ἐπιφανῆναί σφι τὸν Ἀρίονα, ὥσπερ ἔχων ἐξεπήδησε· καὶ τοὺς, ἐκπλαγέντας, οὐκ ἔχειν ἔτι ἐλεγχομένους ἀρνέεσθαι. Ταῦτα μέν νυν Κορίνθιοί τε καὶ Λέσβιοι λέγουσι. καὶ Ἀρίονός ἐστι ἀνάθημα 35 χάλκεον οὐ μέγα ἐπὶ Ταινάρῳ, ἐπὶ δελφῖνος ἐπεὼν ἄνθρωπος.

25 Ἀλυάττης δὲ ὁ Λυδὸς τὸν πρὸς Μιλησίους πόλεμον διενείκας, μετέπειτα τελευτᾷ, βασιλεύσας ἔτεα ἑπτὰ καὶ πεντήκοντα. ἀνέθηκε δὲ, ἐκφυγὼν τὴν νοῦσον, δεύτερος οὗτος τῆς οἰκίης ταύτης, ἐς Δελφοὺς κρητῆρά τε

XXIV. 36. οὐ μέγα. *Alii* μέγα, magnum, *absque particula negante; quod verum videtur.*

tenuisse Arionem in custodia, ne quo prodiret, caeterum curam intendisse in nautas. Nautae ut Corinthum advenerunt, accitos ad se percontatum esse Periandrum, ecquid de Arione memorarent: quibus dicentibus salvum illum in Italia esse, et fortunatum Tarenti a se relictum, adparuisse *Arionem* eodem cultu quo in mare prosiluerat; et illos, perterritos convictosque, non potuisse amplius ire inficias. Haec quidem et Corinthii narrant et Lesbii; et exstat Taenari donarium Arionis aeneum, non magnum illud quidem, homo insidens delphino.

(25.) *Alyattes* Lydus, confecto cum Milesiis bello, deinde, quum septem et quinquaginta annos regnasset, vita excessit. Dedicavit autem hic, secundus ex hac familia, postquam e morbo convaluerat, Delphis craterem argenteum ingentem, et basin cra-

5 ἀργύρεον μέγαν, καὶ ὑποκρητηρίδιον σιδήρεον κολλητὸν, θέης ἄξιον διὰ πάντων τῶν ἐν Δελφοῖσι ἀναθημάτων· Γλαύκου τοῦ Χίου ποίημα, ὃς μοῦνος δὴ πάντων ἀνθρώπων σιδήρου κόλλησιν ἐξεῦρε.

26 Τελευτήσαντος δὲ Ἀλυάττεω, ἐξεδέξατο τὴν βασιληίην ΚΡΟΙ͂ΣΟΣ ὁ Ἀλυάττεω, ἐτέων ἐὼν ἡλικίην πέντε καὶ τριήκοντα· ὃς δὴ Ἑλλήνων πρώτοισι ἐπεθήκατο Ἐφεσίοισι. ἔνθα δὴ οἱ Ἐφέσιοι πολιορκεόμενοι ὑπ' αὐτοῦ, 5 ἀνέθεσαν τὴν πόλιν τῇ Ἀρτέμιδι, ἐξάψαντες ἐκ τοῦ νηοῦ σχοινίον ἐς τὸ τεῖχος. ἔστι δὲ μεταξὺ τῆς τε παλαιῆς πόλιος, ἣ τότε ἐπολιορκέετο, καὶ τοῦ νηοῦ, ἑπτὰ στάδιοι. πρώτοισι μὲν δὴ τούτοισι ἐπεχείρησε ὁ Κροῖσος· μετὰ δὲ, ἐν μέρει ἑκάστοισι Ἰώνων τε καὶ Αἰολέων, ἄλ-10 λοισι ἄλλας αἰτίας ἐπιφέρων· τῶν μὲν ἐδύνατο μέζονας παρευρίσκειν, μέζονα ἐπαιτιώμενος, τοῖσι δὲ αὐτέων καὶ

teris ferream ferruminatam, spectatu dignam inter omnia quae sunt Delphis donaria; Glauci Chii opus, qui primus ferruminationem ferri invenit.

(26.) Mortuo Alyattae successit in regnum CROESUS, Alyattae filius, annos natus quinque et triginta: qui Graecorum primos Ephesios armis invasit. Ibi tunc Ephesii, quum ab eo obsiderentur, urbem suam Dianae dedicarunt, fune ex illius templo ad murum adligato: est autem inter veterem urbem, quae tunc obsidebatur, et Dianae templum, septem stadiorum intervallum. Hos igitur primos adgressus est Croesus; deinde vero, per vices, singulos quosque Ioniae et Aetoliae populos, aliis alias caussas inferens, graviora caussatus adversus hos in quibus graviores reperire caussas poterat, nonnullis etiam levia admo-

27 φαῦλα ἐπιφέρων. Ὡς δὲ ἄρα οἱ ἐν τῇ Ἀσίῃ Ἕλληνες κατεστράφατο ἐς φόρου ἀπαγωγὴν, τὸ ἐνθεῦτεν ἐπενόεε, νέας ποιησάμενος, ἐπιχειρέειν τοῖσι νησιώτῃσι. ἐόντων δέ οἱ πάντων ἑτοίμων ἐς τὴν ναυπηγίην, οἱ μὲν Βίαντα λέγουσι τὸν Πριηνέα ἀπικόμενον ἐς Σάρδις, οἱ δὲ Πιτ- 5 τακὸν τὸν Μιτυληναῖον, εἰρομένου Κροίσου εἴ τι εἴη νεώτερον περὶ τὴν Ἑλλάδα, εἰπόντα τάδε, καταπαῦσαι τὴν ναυπηγίην· „Ὦ βασιλεῦ, νησιῶται ἵππον συνω- „νέονται μυρίην, ἐς Σάρδις τε καὶ ἐπὶ σὲ ἔχοντες ἐν νῷ „στρατεύεσθαι.“ Κροῖσον δὲ, ἐλπίσαντα λέγειν ἐκεῖνον 10 ἀληθέα, εἰπεῖν· „Αἲ γὰρ τοῦτο θεοὶ ποιήσειαν ἐπὶ νόον „νησιώτῃσι, ἐλθεῖν ἐπὶ Λυδῶν παῖδας σὺν ἵπποισι.“ Τὸν δὲ, ὑπολαβόντα φάναι· „Ὦ βασιλεῦ, προθύμως „μοι φαίνεαι εὔξασθαι νησιώτας ἱππευομένους λαβεῖν

dum exprobrans. (27.) Deinde, postquam Asiam incolentes Graeci ad pendendum tributum erant subacti, constituit aedificatis navibus insulanos adgredi. Ad quas compingendas quum omnia ei essent parata, aiunt alii Biantem Prienensem, quum Sardes venisset, alii Pittacum Mitylenaeum, interrogatum a Croeso *ecquid maxime novi gereretur apud Graecos*, ea respondisse quae illum ne classem conficeret inhibuerunt. Dixisse enim: *Insulani, ô rex, decem millia equitum conducunt, expeditionem adversus Sardes atque te molientes.* Croesus autem, ratum vera eum dicere, respondisse: *Utinam dii hanc mentem dent insulanis, ut Lydorum filios cum equitatu invadere velint!* Tum illum excipientem dixisse: *Videris mihi, rex, cupide vota facere ut insulanos equis vectos deprehendas in continente, haud*

15 „ἐν ἠπείρῳ, οἰκότα ἐλπίζων· νησιώτας δὲ τί δοκέεις
„εὔχεσθαι ἄλλο, ἢ, ἐπεί τε τάχιστα ἐπύθοντό σε μέλ-
„λοντα ἐπὶ σφίσι ναυπηγέεσθαι νέας, λαβεῖν ἀειράμενοι
„Λυδοὺς ἐν θαλάσσῃ, ἵνα ὑπὲρ τῶν ἐν τῇ ἠπείρῳ οἰκη-
„μένων Ἑλλήνων τίσωνταί σε, τοὺς σὺ δουλώσας ἔχεις;"
20 Κάρτα τε ἡσθῆναι Κροῖσον τῷ ἐπιλόγῳ· καί οἱ (προσ-
φυέως γὰρ δόξαι λέγειν) πειθόμενον, παύσασθαι τῆς
ναυπηγίης. καὶ οὕτω τοῖσι τὰς νήσους οἰκημένοισι Ἴωσι
ξεινίην συνεθήκατο.

Χρόνου δὲ ἐπιγινομένου, καὶ κατεστραμμένων σχε- **28**
δὸν πάντων τῶν ἐντὸς Ἅλυος ποταμοῦ οἰκημένων· πλὴν
γὰρ Κιλίκων καὶ Λυκίων, τοὺς ἄλλους πάντας ὑπ'
ἑωυτῷ εἶχε καταστρεψάμενος ὁ Κροῖσος· εἰσὶ δὲ οἵδε,
5 Λυδοὶ, Φρύγες, Μυσοὶ, Μαριανδυνοὶ, Χάλυβες, Πα-

XXVII. 17. ἀειράμενοι *ex nostra coniect. Vulgo* ἀρώμενοι. *Nonnulli codd.* ἀρᾶσθαι.

absurda spe; insulanos vero quid putas, ex quo primum aedificare te contra se classem audiverunt, exoptare aliud, nisi ut, postquam vela dederint ventis, in mari deprehendant Lydos, teque pro Graecis continentem incolentibus, quos tu in servitute contines, ulciscantur? Cuius conclusione orationis admodum delectatum Croesum, paruisse illi, ut qui perapte ad rem locutus videretur, et a fabricanda classe destitisse. Atque ita cum Ionibus insulas incolentibus hospitium contraxit.

(28.) Insequente tempore, subactis fere omnibus populis intra Halyn fluvium incolentibus: (nam, exceptis Cilicibus ac Lyciis, caeteros omnes suae potestati subjectos *Croesus* tenebat; sunt autem populi hi, Lydi, Phryges, Mysi, Mariandyni, Chalybes,

27 φαῦλα ἐπιφέρων. Ὡς δὲ ἄρα οἱ ἐν τῇ Ἀσίῃ Ἕλληνες κατεστράφατο ἐς φόρου ἀπαγωγὴν, τὸ ἐνθεῦτεν ἐπενόεε, νέας ποιησάμενος, ἐπιχειρέειν τοῖσι νησιώτῃσι. ἐόντων δέ οἱ πάντων ἑτοίμων ἐς τὴν ναυπηγίην, οἱ μὲν Βίαντα λέγουσι τὸν Πριηνέα ἀπικόμενον ἐς Σάρδις, οἱ δὲ Πιτ- 5 τακὸν τὸν Μιτυληναῖον, εἰρομένου Κροίσου εἴ τι εἴη νεώτερον περὶ τὴν Ἑλλάδα, εἰπόντα τάδε, καταπαῦσαι τὴν ναυπηγίην· „Ὦ βασιλεῦ, νησιῶται ἵππον συνω-„νέονται μυρίην, ἐς Σάρδις τε καὶ ἐπὶ σὲ ἔχοντες ἐν νῷ „στρατεύεσθαι.“ Κροῖσον δὲ, ἐλπίσαντα λέγειν ἐκεῖνον 10 ἀληθέα, εἰπεῖν· „Αἲ γὰρ τοῦτο θεοὶ ποιήσειαν ἐπὶ νόον „νησιώτῃσι, ἐλθεῖν ἐπὶ Λυδῶν παῖδας σὺν ἵπποισι.“ Τὸν δὲ, ὑπολαβόντα φάναι· „Ὦ βασιλεῦ, προθύμως „μοι φαίνεαι εὔξασθαι νησιώτας ἱππευομένους λαβεῖν

dum exprobrans. (27.) Deinde, postquam Asiam incolentes Graeci ad pendendum tributum erant subacti, constituit aedificatis navibus insulanos adgredi. Ad quas compingendas quum omnia ei essent parata, aiunt alii Biantem Prienensem, quum Sardes venisset, alii Pittacum Mitylenaeum, interrogatum a Croeso *ecquid maxime novi gereretur apud Graecos*, ea respondisse quae illum ne classem conficeret inhibuerunt. Dixisse enim: *Insulani, ô rex, decem millia equitum conducunt, expeditionem adversus Sardes atque te molientes.* Croesus autem, ratum vera eum dicere, respondisse: *Utinam dii hanc mentem dent insulanis, ut Lydorum filios cum equitatu invadere velint!* Tum illum excipientem dixisse: *Videris mihi, rex, cupide vota facere ut insulanos equis vectos deprehendas in continente, haud*

15 „ἐν ἠπείρῳ, οἰκότα ἐλπίζων· νησιώτας δὲ τί δοκέεις
„εὔχεσθαι ἄλλο, ἢ, ἐπεί τε τάχιστα ἐπύθοντό σε μέλ-
„λοντα ἐπὶ σφίσι ναυπηγέεσθαι νέας, λαβεῖν ἀειράμενοι
„Λυδοὺς ἐν θαλάσσῃ, ἵνα ὑπὲρ τῶν ἐν τῇ ἠπείρῳ οἰκη-
„μένων Ἑλλήνων τίσωνταί σε, τοὺς σὺ δουλώσας ἔχεις;"
20 Κάρτα τε ἡσθῆναι Κροῖσον τῷ ἐπιλόγῳ· καί οἱ (προσ-
φυέως γὰρ δόξαι λέγειν) πειθόμενον, παύσασθαι τῆς
ναυπηγίης. καὶ οὕτω τοῖσι τὰς νήσους οἰκημένοισι Ἴωσι
ξεινίην συνεθήκατο.

28 Χρόνου δὲ ἐπιγινομένου, καὶ κατεστραμμένων σχε-
δὸν πάντων τῶν ἐντὸς Ἅλυος ποταμοῦ οἰκημένων· πλὴν
γὰρ Κιλίκων καὶ Λυκίων, τοὺς ἄλλους πάντας ὑπ'
ἑωυτῷ εἶχε καταστρεψάμενος ὁ Κροῖσος· εἰσὶ δὲ οἵδε,
5 Λυδοὶ, Φρύγες, Μυσοὶ, Μαριανδυνοὶ, Χάλυβες, Πα-

XXVII. 17. ἀειράμενοι *ex nostra coniect. Vulgo* ἀρώμενοι. *Nonnulli codd.* ἀρᾶσθαι.

absurda spe; insulanos vero quid putas, ex quo primum aedificare te contra se classem audiverunt, exoptare aliud, nisi ut, postquam vela dederint ventis, in mari deprehendant Lydos, teque pro Graecis continentem incolentibus, quos tu in servitute contines, ulciscantur? Cuius conclusione orationis admodum delectatum Croesum, paruisse illi, ut qui perapte ad rem locutus videretur, et a fabricanda classe destitisse. Atque ita cum Ionibus insulas incolentibus hospitium contraxit.

(28.) Insequente tempore, subactis fere omnibus populis intra Halyn fluvium incolentibus: (nam, exceptis Cilicibus ac Lyciis, caeteros omnes suae potestati subjectos *Croesus* tenebat; sunt autem populi hi, Lydi, Phryges, Mysi, Mariandyni, Chalybes,

Φλαγόνες, Θρήϊκες, οἱ Θυνοί τε καὶ Βιθυνοὶ, Κᾶρες,
29 Ἴωνες, Δωριέες, Αἰολέες, Πάμφυλοι· κατεστραμμένων δὲ τούτων, καὶ προσεπικτωμένου Κροίσου Λυδοῖσι, ἀπικνέονται ἐς Σάρδις ἀκμαζούσας πλούτῳ ἄλλοι τε οἱ πάντες ἐκ τῆς Ἑλλάδος σοφισταὶ, οἳ τοῦτον τὸν χρόνον ἐτύγχανον ἐόντες, ὡς ἕκαστος αὐτέων ἀπικνέοιτο· καὶ 5
δὴ καὶ Σόλων, ἀνὴρ Ἀθηναῖος, ὃς Ἀθηναίοισι νόμους κελεύσασι ποιήσας, ἀπεδήμησε ἔτεα δέκα, κατὰ θεωρίης πρόφασιν ἐκπλώσας, ἵνα δὴ μή τινα τῶν νόμων ἀναγκασθῇ λῦσαι τῶν ἔθετο. αὐτοὶ γὰρ οὐκ οἷοί τε ἦσαν αὐτὸ ποιῆσαι Ἀθηναῖοι· ὁρκίοισι γὰρ μεγάλοισι 10
κατείχοντο, δέκα ἔτεα χρήσεσθαι νόμοισι τοὺς ἄν σφι
30 Σόλων θῆται. Αὐτῶν δὴ ὦν τούτων καὶ τῆς θεωρίης ἐκ-

Paphlagones, Thraces quum Thyni, tum Bithyni, Cares, Iones, Dorienses, Aeolenses, Pamphyli:) (29.) hos igitur postquam sub potestatem suam *Croesus* redegisset, eaque accessione regnum Lydorum auxisset, adveniebant Sardes, urbem divitiis florentem, quum alii omnes e Graecia viri sapientiae laude clari, ut cuique commodum erat eo proficisci, tum vero etiam SOLON, Atheniensis: qui postquam Atheniensibus iussu ipsorum scripsisset leges, navi profectus, caussam interserens velle se alias spectare regiones, decem annos peregrinatus est; ne scilicet quampiam ex legibus, quas tulerat, mutare cogeretur. Nam ipsis Atheniensibus per se id facere nefas erat, quippe qui gravissimo iureiurando sese obstrinxerant, per decem annos eis legibus, quascumque ipsis *Solon* tulisset, esse usuros. (30.) Hanc ipsam igitur ob caussam, tum vero etiam spectandi

δημήσας ὁ Σόλων εἵνεκεν, ἐς Αἴγυπτον ἀπίκετο παρὰ
Ἄμασιν, καὶ δὴ καὶ ἐς Σάρδις παρὰ Κροῖσον. ἀπικό-
μενος δὲ, ἐξεινίζετο ἐν τοῖσι βασιληΐοισι ὑπὸ τοῦ Κροί-
5 σου· μετὰ δὲ, ἡμέρῃ τρίτῃ ἢ τετάρτῃ, κελεύσαντος
Κροίσου, τὸν Σόλωνα θεράποντες περιῆγον κατὰ τοὺς
θησαυροὺς, καὶ ἐπεδείκνυσαν πάντα ἐόντα μεγάλα τε
καὶ ὄλβια. θηησάμενον δέ μιν τὰ πάντα καὶ σκεψά-
μενον ὥς οἱ κατὰ καιρὸν ἦν, εἴρετο ὁ Κροῖσος τάδε·
10 „Ξεῖνε Ἀθηναῖε, παρ' ἡμέας γὰρ περὶ σέο λόγος ἀπῖ-
„κται πολλὸς, καὶ σοφίης εἵνεκεν τῆς σῆς καὶ πλάνης,
„ὡς φιλοσοφέων γῆν πολλὴν θεωρίης εἵνεκεν ἐπελήλυ-
„θας. νῦν ὦν ἵμερος ἐπείρεσθαί μοι ἐπῆλθε, εἴ τινα ἤδη
„πάντων εἶδες ὀλβιώτατον;" Ὁ μὲν, ἐλπίζων εἶναι ἀν-
15 θρώπων ὀλβιώτατος, ταῦτα ἐπειρώτα. Σόλων δὲ, οὐ-

gratia, peregre profectus Solon, in Aegyptum se contulit ad Amasin, atque etiam Sardes ad Croesum. Quo ut advenit, in regia hospitio acceptus est a Croeso. Tum tertio aut quarto post die, iussu Croesi, ministri regis circumduxerunt Solonem, thesauros omnes et quidquid inibi magni et opulenti inerat, ostentantes. Quae quum ille spectasset, et cuncta, ut ei commodum fuerat, esset contemplatus, tali modo eum percunctatus est Croesus: *Hospes Atheniensis*, inquit, *multa ad nos de te fama manavit, quum sapientiae tuae caussa, tum peregrinationis, ut qui sapientiae studio incumbens multas terras spectandi caussa obieris. Nunc igitur incessit me cupido ex te sciscitandi, ecquem tu adhuc videris omnium hominum beatissimum.* Nempe, quod se ipsum hominum beatissimum esse putaret, idcirco hanc illi quaestionem proposuit. At Solon, nulla usus adsenta-

δὲν ὑποθωπεύσας, ἀλλὰ τῷ ἐόντι χρησάμενος, λέγει·
„Ὦ βασιλεῦ, Τέλλον Ἀθηναῖον“ Ἀποθωμάσας δὲ
Κροῖσος τὸ λεχθὲν, εἴρετο ἐπιστρεφέως· „Κοίῃ δὴ κρί-
„νεις Τέλλον εἶναι ὀλβιώτατον;“ Ὁ δὲ εἶπε· „Τέλλῳ,
„τοῦτο μὲν, τῆς πόλιος εὖ ἡκούσης, παῖδες ἦσαν καλοί 20
„τε κἀγαθοὶ, καί σφι εἶδε ἅπασι τέκνα ἐκγενόμενα,
„καὶ πάντα παραμείναντα· τοῦτο δὲ, τοῦ βίου εὖ ἥκοντι,
„ὡς τὰ παρ' ἡμῖν, τελευτὴ τοῦ βίου λαμπροτάτη ἐπε-
„γένετο. γενομένης γὰρ Ἀθηναίοισι μάχης πρὸς τοὺς
„ἀστυγείτονας ἐν Ἐλευσῖνι, βοηθήσας, καὶ τροπὴν ποιή- 25
„σας τῶν πολεμίων, ἀπέθανε κάλλιστα. καί μιν Ἀθη-
„ναῖοι δημοσίῃ τε ἔθαψαν αὐτοῦ τῇπερ ἔπεσε, καὶ ἐτί-
„μησαν μεγάλως.“

31 Ὡς δὲ τὰ κατὰ τὸν Τέλλον προετρέψατο ὁ Σόλων

tione, sed ut res erat respondens, *Ego vero*, inquit, *beatissimum vidi Tellum Atheniensem.* Quod dictum miratus Croesus, concitate quaerit: *Qua tandem ratione Tellum beatissimum iudicas?* Cui ille: *Tellus*, inquit, *florente civitate, filios habuerat bonos viros honestosque, et illis cunctis prognatos viderat liberos, eosque omnes superstites: idemque, quum re familiari satis lauta, ut apud nos, usus esset, vitae finem habuit splendidissimum; nam in praelio, quod Athenienses cum finitimis ad Eleusinem commiserunt, postquam fortiter pugnavit, hostemque in fugam vertit, honestissima morte defunctus est; et eodem loco, quo cecidit, publice ab Atheniensibus sepultus est et magnifice honoratus.*

(31.) Hisce quum Solon, quae de Tello eiusque felicitate copiose exposuit, admonuisset Croesum,

τὸν Κροῖσον, εἴπας πολλά τε καὶ ὄλβια, ἐπειρώτα
τίνα δεύτερον μετ᾽ ἐκεῖνον ἴδοι, δοκέων πάγχυ δευτερεῖα
γῶν οἴσεσθαι. ὁ δὲ εἶπε· „ Κλέοβίν τε καὶ Βίτωνα. τού-
5 „ τοισι γὰρ, ἐοῦσι γένος Ἀργείοισι, βίος τε ἀρκέων
„ ὑπῆν, καὶ πρὸς τούτῳ, ῥώμη σώματος τοιήδε· ἀεθλο-
„ φόροι τε ἀμφότεροι ὁμοίως ἔσαν, καὶ δὴ καὶ λέγεται
„ ὅδε ὁ λόγος. ἐούσης ὁρτῆς τῇ Ἥρῃ τοῖσι Ἀργείοισι,
„ ἔδεε πάντως τὴν μητέρα αὐτῶν ζεύγεϊ κομισθῆναι ἐς
10 „ τὸ ἱρόν· οἱ δέ σφι βόες ἐκ τοῦ ἀγροῦ οὐ παρεγίνοντο
„ ἐν ὥρῃ· ἐκκληϊόμενοι δὲ τῇ ὥρῃ οἱ νεηνίαι, ὑποδύντες
„ αὐτοὶ ὑπὸ τὴν ζεύγλην, εἷλκον τὴν ἅμαξαν, ἐπὶ τῆς
„ ἁμάξης δέ σφι ὀχέετο ἡ μήτηρ. σταδίους δὲ πέντε
„ καὶ τεσσεράκοντα διακομίσαντες, ἀπίκοντο ἐς τὸ ἱρόν.
15 „ ταῦτα δέ σφι ποιήσασι, καὶ ὀφθεῖσι ὑπὸ τῆς πανη-
„ γύριος, τελευτὴ τοῦ βίου ἀρίστη ἐπεγένετο. διέδεξέ

interrogare hic instituit, *quemnam secundum ab illo vidisset beatissimum?* existimans utique secundas certe partes sese laturum. At ille, *Cleobin,* inquit, *et Bitonem. His enim, genere Argivis, et victus suppetebat probabilis, et robur corporis erat tale, ut et uterque pariter certaminum praemia abstulerit, et de eisdem haec etiam narretur historia. Quum festus dies ageretur Iunonis, oporteretque omnino matrem horum bigis in templum vehi, nec vero in tempore ex agro adessent boves; tunc iuvenes, urgente hora, iugum ipsi subeuntes, plaustrum traxerunt quo mater vehebatur, eoque per quadraginta quinque stadia tracto ad templum pervenerunt. Quo facto quum oculos universi coetus in se convertissent, optimus eisdem obtigit vi-*

„τε ἐν τούτοισι ὁ Θεὸς, ὡς ἄμεινον εἴη ἀνθρώπῳ τεθνά-
„ναι μᾶλλον ἢ ζώειν. Ἀργεῖοι μὲν γὰρ περιστάντες
„ἐμακάριζον τῶν νεηνιέων τὴν ῥάμην· αἱ δὲ Ἀργεῖαι,
„τὴν μητέρα αὐτῶν, οἵων τέκνων ἐκύρησε. ἡ δὲ μήτηρ 20
„περιχαρὴς ἐοῦσα τῷ τε ἔργῳ καὶ τῇ Φήμῃ, στᾶσα ἀν-
„τίον τοῦ ἀγάλματος, εὔχετο, Κλέοβί τε καὶ Βίτωνι,
„τοῖσι ἑωυτῆς τέκνοισι, οἵ μιν ἐτίμησαν μεγάλως, δοῦ-
„ναι τὴν Θεὸν τὸ ἀνθρώπῳ τυχεῖν ἄριστόν ἐστι. μετὰ
„ταύτην δὲ τὴν εὐχὴν, ὡς ἔθυσάν τε καὶ εὐωχήθησαν, 25
„κατακοιμηθέντες ἐν αὐτῷ τῷ ἰρῷ οἱ νεηνίαι, οὐκέτι ἀνέ-
„στησαν, ἀλλ' ἐν τέλει τούτῳ ἔσχοντο. Ἀργεῖοι δέ
„σφεων εἰκόνας ποιησάμενοι, ἀνέθεσαν ἐς ΔελΦοὺς, ὡς
„ἀνδρῶν ἀρίστων γενομένων."

32 Σόλων μὲν δὴ εὐδαιμονίης δευτερεῖα ἔνεμε τούτοισι.

XXXI. 19. ῥώμην. *Al.* γνώμην, consilium, animum.

tae exitus; ostenditque in his Deus, melius esse hominibus mori, quam vivere. Nam quum circumstantes Argivi laudarent iuvenum robur, mulieres vero felicem praedicarent matrem quod tales haberet filios; mater, et facto vehementer gavisa et omine, stans ante simulacrum precata est deam, ut Cleobi et Bitoni filiis suis, qui ipsam magnifice honorassent, id daret quod optimum esset contingere homini. Post hanc precationem, peracto sacrificio, laute epulati iuvenes, quum in ipso templo somno se dedissent, non amplius resurrexerunt, sed hoc vitae exitu sunt perfuncti. Eorumdem dein imagines, ut qui homines fuissent praestantissimi, fieri curarunt Argivi, Delphisque dedicarunt.

(32.) Istis igitur secundum felicitatis locum Solon

Κροῖσος δὲ σπερχθεὶς, εἶπε· „Ὦ ξεῖνε Ἀθηναῖε, ἡ δὲ
„ἡμετέρη εὐδαιμονίη οὕτω τοι ἀπέῤῥιπται ἐς τὸ μηδὲν,
„ὥστε οὐδὲ ἰδιωτέων ἀνδρῶν ἀξίους ἡμέας ἐποίησας;“
5 Ὁ δὲ εἶπε· „Ὦ Κροῖσε, ἐπιστάμενόν με τὸ θεῖον πᾶν
„ἐὸν φθονερόν τε καὶ ταραχῶδες, ἐπειρωτᾷς ἀνθρωπηίων
„πρηγμάτων πέρι; ἐν γὰρ τῷ μακρῷ χρόνῳ πολλὰ
„μέν ἐστι ἰδέειν τὰ μή τις ἐθέλει, πολλὰ δὲ καὶ πα-
„θέειν. ἐς γὰρ ἑβδομήκοντα ἔτεα οὖρον τῆς ζόης ἀν-
10 „θρώπῳ προτίθημι. οὗτοι ἐόντες ἐνιαυτοὶ ἑβδομήκοντα,
„παρέχονται ἡμέρας διηκοσίας καὶ πεντακισχιλίας καὶ
„δισμυρίας, ἐμβολίμου μηνὸς μὴ γινομένου. εἰ δὲ δὴ
„ἐθελήσει τοὔτερον τῶν ἐτέων μηνὶ μακρότερον γίνεσθαι,
„ἵνα δὴ αἱ ὧραι συμβαίνωσι παραγινόμεναι ἐς τὸ δέον,
15 „μῆνες μὲν παρὰ τὰ ἑβδομήκοντα ἔτεα οἱ ἐμβόλιμοι

XXXII. 11 *seq.* διηκοσ. καὶ πενταχ. *etc.* *rursusque l.* 19 *seq.* πεντηκ. καὶ διηκ. *etc.* *Erratum haud dubie in dierum numeris. Priori loco videntur numerari debuisse* 24500, *posteriori* 25550.

tribuebat. Tum vero subiratus Croesus: *Hospes Atheniensis,* ait; *nostra vero felicitas adeo abs te in nihilum proiicitur, ut ne privatis quidem hominibus aequiparandos nos existimes?* Cui ille: *Me, ô Croese,* inquit, *gnarum invidam omnino et turbulentam Fortunam esse, interrogas de rebus humanis? In diuturno tempore multa videre est quae quis nolit, atque etiam tolerare multa. Propono enim homini terminum vitae ad septuaginta annos. Hi septuaginta anni constant ex viginti quinque millibus ac ducentis diebus, mense intercalari non posito. Sin velis alternos ex illis annis interiecto mense fieri longiores, quo tempestatum vicissitudines iusto tempore redeant, men-*

„γίνονται τριήκοντα πέντε· ἡμέραι δὲ ἐκ τῶν μηνῶν
„τούτων, χίλιαι πεντήκοντα. τουτέων τῶν ἁπασέων
„ἡμερέων, τῶν ἐς τὰ ἑβδομήκοντα ἔτεα ἐουσέων πεν-
„τήκοντα καὶ διηκοσίων καὶ ἑξακισχιλιέων καὶ δισμυ-
„ριέων, ἡ ἑτέρη αὐτέων τῇ ἑτέρῃ ἡμέρῃ τὸ παράπαν 20
„οὐδὲν ὁμοῖον προσάγει πρῆγμα. οὕτω ὦν, ὦ Κροῖσε,
„πᾶν ἐστι ἄνθρωπος συμφορή. ἐμοὶ δὲ σὺ καὶ πλου-
„τέειν μὲν μέγα φαίνεαι, καὶ βασιλεὺς εἶναι πολ-
„λῶν ἀνθρώπων· ἐκεῖνο δὲ τὸ εἴρεό με, οὔκω σε ἐγὼ
„λέγω, πρὶν ἂν τελευτήσαντα καλῶς τὸν αἰῶνα πύ- 25
„θωμαι. οὐ γάρ τοι ὁ μέγα πλούσιος μᾶλλον τοῦ ἐπ'
„ἡμέρην ἔχοντος ὀλβιώτερός ἐστι· εἰ μή οἱ τύχη ἐπί-
„σποιτο, πάντα καλὰ ἔχοντα τελευτῆσαι εὖ τὸν βίον.
„πολλοὶ μὲν γὰρ ζάπλουτοι ἀνθρώπων, ἀνόλβιοί εἰσι·

ses intercalares per annos septuaginta conficientur triginta quinque, dies autem ex his mensibus mille et quinquaginta. Horum autem dierum omnium, qui in septuaginta annis sunt numero ducenti et quinquaginta supra viginti sex millia, nullus est qui rem prorsus similem, qualis ab alio adducta est, adducat. Itaque, Croese, homo quantus est, fortunae casibus est obnoxius. Iam te quidem ego et opulentum video, et multorum hominum regem; istud vero, quod ex me quaeris, de te nondum praedicabo priusquam te vitâ bene defunctum audiero. Neque enim beatior est magnis opibus praeditus, quam is cui in diem victus suppetit, nisi eidem omnibus bonis praedito fortuna concesserit vitâ bene defungi. Etenim multi homines perquam opulenti, non idcirco beati

30 „πολλοὶ δὲ μετρίως ἔχοντες βίου, εὐτυχέες. ὁ μὲν δὴ
„μέγα πλούσιος, ἀνόλβιος δὲ, δυοῖσι προέχει τοῦ εὐτυ-
„χέος μούνοισι· οὗτος δὲ, τοῦ πλουσίου καὶ ἀνολβίου
„πολλοῖσι. ὁ μὲν, ἐπιθυμίην ἐκτελέσαι, καὶ ἄτην με-
„γάλην προσπεσοῦσαν ἐνεῖκαι δυνατώτερος. ὁ δὲ, τοισίδε
35 „προέχει ἐκείνου· ἄτην μὲν καὶ ἐπιθυμίην οὐκ ὁμοίως δυ-
„νατὸς ἐκείνῳ ἐνεῖκαι, ταῦτα δὲ ἡ εὐτυχίη οἱ ἀπερύκει·
„ἄπηρος δὲ ἐστί, ἄνουσος, ἀπαθὴς κακῶν, εὔπαις, εὐει-
„δής. εἰ δὲ πρὸς τούτοισι ἔτι τελευτήσει τὸν βίον εὖ,
„οὗτος ἐκεῖνος τὸν σὺ ζητεῖς, ὄλβιος κεκλῆσθαι ἄξιός
40 „ἐστι. πρὶν δ' ἂν τελευτήσῃ, ἐπισχέειν, μηδὲ καλέειν
„κω ὄλβιον, ἀλλ' εὐτυχέα. τὰ πάντα μέν νυν ταῦτα
„συλλαβεῖν ἄνθρωπον ἐόντα ἀδύνατόν ἐστι, ὥσπερ χώρη

sunt: multi vero, quibus mediocris res familiaris est, felices. Iam qui admodum dives est, nec tamen beatus, is duabus tantum rebus antecellit felicem; hic vero divitem, multis rebus. Ille ad explendas cupiditates, et ad tolerandum magnum aliquod incidens damnum, validior est. Hic vero illum superat hisce rebus; damnum quidem et cupiditatem non similiter, atque ille, potest ferre, sed haec incommoda ab illo abigit felicitas; est vero membris integris, prospera fruens valitudine, malorum exsors, laetus liberis, formosus. Quod si praeterea diem quoque extremum feliciter obierit, hic ille est quem tu quaeris, dignus qui beatus praedicetur. Priusquam vero diem obierit, differendum est; nec dum b e a t u s *hic nominandus, sed* f e l i x. *Iam ista simul cuncta ut consequatur homo, id quidem fieri non potest; quem-*

„οὐδεμίη καταρκέει πάντα ἑωυτῇ παρέχουσα, ἀλλὰ
„ἄλλο μὲν ἔχει, ἑτέρου δὲ ἐπιδέεται· ἣ δὲ ἂν τὰ πλεῖ-
„στα ἔχῃ, ἀρίστη αὕτη. ὡς δὲ καὶ ἀνθρώπου σῶμα ἓν 45
„οὐδὲν αὔταρκές ἐστι· τὸ μὲν γὰρ ἔχει, ἄλλου δὲ ἐνδεές
„ἐστι. ὃς δ' ἂν αὐτέων πλεῖστα ἔχων διατελέῃ, καὶ ἔπει-
„τα τελευτήσῃ εὐχαρίστως τὸν βίον, οὗτος παρ' ἐμοὶ τὸ
„οὔνομα τοῦτο, ὦ βασιλεῦ, δίκαιός ἐστι φέρεσθαι. σκο-
„πέειν δὲ χρὴ παντὸς χρήματος τὴν τελευτὴν κῇ ἀπο- 50
„βήσεται. πολλοῖσι γὰρ δὴ ὑποδέξας ὄλβον ὁ θεὸς,
33 „προῤῥίζους ἀνέτρεψε." Ταῦτα λέγοντι Κροῖσος οὔ
κως οὔτε ἐχαρίζετο, οὔτε λόγου μιν ποιησάμενος οὐδενὸς,
ἀποπέμπεται· κάρτα δόξας ἀμαθέα εἶναι, ὃς τὰ πα-
ρεόντα ἀγαθὰ μετεὶς, τὴν τελευτὴν παντὸς χρήματος
ὁρᾷν ἐκέλευε.

XXXIII. 1. λέγοντι Κροῖσος. *Vulgo* λέγων τῷ Κροίσῳ. *Et dein* *l.* 3. ἀμαθὴς *ed. Wess. et seqq.*

admodum nulla est terra quae cuncta sibi suppeditet, sed aliud habet, alio indiget; quae vero plurima habet, ea optima est. Nempe eodem modo etiam hominum nemo est omnium, cui uni omnia cumulate adsint, sed alia habet, aliorum vero indiget: qui vero eorum plurima ad vitae usque exitum habuit, ac deinde placide finiit vitam, hic, ô rex, me judice, nomine isto praedicari dignus est. Denique in omni re respiciendus finis est, in quem sit res exitura: multos enim deus, postquam felicitatem illis ostendit, funditus dein evertit.
(33.) Haec dicentem Croesus nec munere ullo donavit, et nullam eius rationem habens a se dimisit; inscitum admodum esse hominem ratus, qui praesentia bona omittens, finem cuiusque rei iuberet respicere.

Μετὰ δὲ Σόλωνα οἰχόμενον, ἔλαβε ἐκ θεοῦ νέμεσις 34
μεγάλη Κροῖσον· ὡς εἰκάσαι, ὅτι ἐνόμισε ἑωυτὸν εἶναι
ἀνθρώπων ἁπάντων ὀλβιώτατον. αὐτίκα δέ οἱ εὕδοντι
ἐπέστη ὄνειρος, ὅς οἱ τὴν ἀληθηΐην ἔφαινε τῶν μελλόν-
5 των γενέσθαι κακῶν κατὰ τὸν παῖδα. ἦσαν δὲ τῷ Κροί-
σῳ δύο παῖδες· τῶν οὕτερος μὲν διέφθαρτο· ἦν γὰρ δὴ
κωφός· ὁ δὲ ἕτερος, τῶν ἡλίκων μακρῷ τὰ πάντα πρῶ-
τος· οὔνομα δέ οἱ ἦν Ἄτυς. τοῦτον δὴ ὦν τὸν Ἄτυν ση-
μαίνει τῷ Κροίσῳ ὁ ὄνειρος, ὡς ἀπολέει μιν αἰχμῇ σι-
10 δηρέῃ βληθέντα. ὁ δὲ ἐπεί τε ἐξεγέρθη, καὶ ἑωυτῷ λό-
γον ἔδωκε, καταῤῥωδήσας τὸν ὄνειρον, ἄγεται μὲν τῷ
παιδὶ γυναῖκα· ἐωθότα δὲ στρατηγέειν μιν τῶν Λυδῶν,
οὐδαμῇ ἔτι ἐπὶ τοιοῦτο πρῆγμα ἐξέπεμπε· ἀκόντια δὲ
καὶ δοράτια, καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα τοῖσι χρέωνται ἐς
15 πόλεμον ἄνθρωποι, ἐκ τῶν ἀνδρεώνων ἐκκομίσας, ἐς τοὺς

(34.) Post Solonis discessum, gravis divinitus vindicta Croesum excepit; hac caussa (ut coniicere licet): quod se ipsum hominum beatissimum iudicaret. Ac statim quidem per quietem oblatum ei somnium est, veritatem indicans malorum quae filio eius essent eventura. Erant enim Croeso filii duo; alter corporis vitio laborabat, erat enim mutus; alter inter aequales rebus omnibus primus, cui nomen erat Atys. Hunc Atyn, Croeso significat somnium, fore ut amittat ferreâ cuspide ictum. Expergefactus ille, re secum versata, pertimescens somnium, capit filio uxorem; eumque, quum solitus esset exercitum ducere Lydorum, nusquam porro ad tale munus emittit: iacula vero et hastas, et cuiusque generis tela quibus ad bellum utuntur homines, e virorum habitatione in-

θαλάμους συνένησε, μή τι οἱ κρεμάμενον τῷ παιδὶ ἐμ-
35 πέσῃ. Ἔχοντος δέ οἱ ἐν χερσὶ τοῦ παιδὸς τὸν γάμον,
ἀπικνέεται ἐς τὰς Σάρδις ἀνὴρ συμφορῇ ἐχόμενος, καὶ
οὐ καθαρὸς χεῖρας ἐών, Φρὺξ μὲν γενεῇ, γένεος δὲ τοῦ
βασιληΐου. παρελθὼν δὲ οὗτος ἐς τὰ Κροίσου οἰκία,
κατὰ νόμους τοὺς ἐπιχωρίους καθαρσίου ἐδέετο κυρῆσαι· 5
Κροῖσος δέ μιν ἐκάθηρε. ἔστι δὲ παραπλησίη ἡ κάθαρ-
σις τοῖσι Λυδοῖσι καὶ τοῖσι Ἕλλησι. ἐπεί τε δὲ τὰ νο-
μιζόμενα ἐποίησε ὁ Κροῖσος, ἐπυνθάνετο ὁκόθεν τε καὶ
τίς εἴη, λέγων τάδε· „Ὤνθρωπε, τίς τε ἐὼν, καὶ κό-
„θεν τῆς Φρυγίης ἥκων, ἐπίστιος ἐμοὶ ἐγένεο; τίνα τε 10
„ἀνδρῶν ἢ γυναικῶν ἐφόνευσας;“ Ὁ δὲ ἀμείβετο·
„Ὦ βασιλεῦ, Γορδίεω μὲν τοῦ Μίδεω εἰμὶ παῖς, ὀνο-
„μάζομαι δὲ Ἄδρηστος· φονεύσας δὲ ἀδελφεὸν ἐμεωυ-

interiora conclavia congeri iubet, ne quid suspensum in filium suum incidat. (35.) Interim, dum nuptias filii parat Croesus, advenit Sardes vir calamitate obstrictus, cui manus non erant purae, natione Phryx, regio de genere. Qui quum ad aedes Croesi venisset, orassetque ut ritu patrio expiari sibi contingeret, expiavit eum Croesus: est autem modus expiandi apud Lydos similis ei quo Graeci utuntur. Peractis legitimis, percontatur Croesus hominem, unde veniret, quisve esset, his usus verbis: *Quis tu es, homo, et quonam e Phrygiae loco veniens, ad meos lares supplex te recepisti? et quem virum, quamve foeminam occidisti?* Cui ille respondit: *O rex, Gordiae sum filius, Midae nepos; est autem nomen mihi Adrasto. Fratrem meum occidi invitus; unde eiectus a patre adsum, et rebus omnibus destitutus.*

„τοῦ ἑκὼν, πάρειμι ἐξεληλαμένος τε ὑπὸ τοῦ πατρὸς
15 „καὶ ἐστερημένος πάντων.“ Κροῖσος δέ μιν ἀμείβετο
τοῖσδε· „Ἀνδρῶν τε φίλων τυγχάνεις ἔκγονος ἐὼν, καὶ
„ἐλήλυθας ἐς φίλους· ἔνθα ἀμηχανήσεις χρήματος
„οὐδενὸς, μένων ἐν ἡμετέρου. συμφορὴν δὲ ταύτην ὡς
„κουφότατα φέρων, κερδανέεις πλεῖστον.“ Ὁ μὲν δὴ
20 δίαιταν εἶχε ἐν Κροίσου.

Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ χρόνῳ τούτῳ, ἐν τῷ Μυσίῳ Οὐλύμ- 36
πῳ συὸς χρῆμα γίνεται μέγα· ὁρμεώμενος δὲ οὗτος ἐκ
τοῦ οὔρεος τούτου, τὰ τῶν Μυσῶν ἔργα διαφθείρεσκε.
πολλάκις δὲ οἱ Μυσοὶ ἐπ᾽ αὐτὸν ἐξελθόντες, ποιέεσκον
5 μὲν οὐδὲν κακὸν, ἔπασχον δὲ πρὸς αὐτοῦ. τέλος δὲ,
ἀπικόμενοι παρὰ τὸν Κροῖσον τῶν Μυσῶν ἄγγελοι,
ἔλεγον τάδε· „Ὦ βασιλεῦ, ὑὸς χρῆμα μέγιστον ἀνε-
„φάνη ἡμῖν ἐν τῇ χώρῃ, ὃς τὰ ἔργα διαφθείρει. τοῦ-
„τον προθυμεόμενοι ἑλέειν, οὐ δυνάμεθα. νῦν ὦν προσδεό-

Tum Croesus: *Ex viris amicis*, inquit, *oriundus es, et ad amicos venisti, ubi nullius rei indigebis quoad apud nos manseris. Istam autem calamitatem quam poteris levissime ferendo, plurimum lucri feceris.* Ita ille in Croesi aedibus vitam agebat.

(36.) Per idem tempus in Olympo Mysio aper exstitit mira magnitudine, qui ex illo monte irruens Mysorum arva vastabat; contra quem quum saepe egressi essent Mysi, nihil ei mali inflixerant, sed male ab illo fuerant accepti. Ad extremum venere ad Croesum Mysorum legati, haec dicentes: *Adparuit, ô rex, in regione nostra immani magnitudine aper, qui agrestia corrumpit opera; cuius ut potiamur studiosi operam dantes, nihil profi-*

„μεθά σευ, τὸν παῖδα καὶ λογάδας νεηνίας καὶ κύνας 10
„συμπέμψαι ἡμῖν, ὡς ἄν μιν ἐξέλωμεν ἐκ τῆς χώρης.“
Οἱ μὲν δὴ τούτων ἐδέοντο. Κροῖσος δὲ, μνημονεύων τοῦ
ὀνείρου τὰ ἔπεα, ἔλεγέ σφι τάδε· „Παιδὸς μὲν πέρι
„τοῦ ἐμοῦ μὴ μνησθῆτε ἔτι· οὐ γὰρ ἂν ὑμῖν συμπέμ-
„ψαιμι· νεόγαμός τε γάρ ἐστι, καὶ ταῦτά οἱ νῦν μέλει. 15
„Λυδῶν μέντοι λογάδας καὶ τὸ κυνηγέσιον πᾶν συμ-
„πέμψω· καὶ διακελεύσομαι τοῖσι ἰοῦσι, εἶναι ὡς προ-
„θυμοτάτοισι συνεξελέειν ὑμῖν τὸ θηρίον ἐκ τῆς χώρης.“
37 Ταῦτα ἀμείψατο. ἀποχρεωμένων δὲ τούτοισι τῶν Μυ-
σῶν, ἐπεισέρχεται ὁ τοῦ Κροίσου παῖς, ἀκηκοὼς τῶν
ἐδέοντο οἱ Μυσοί. οὐ φαμένου δὲ τοῦ Κροίσου τόν γε
παῖδά σφι συμπέμψειν, λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ νεηνίης
τάδε· „Ὦ πάτερ, τὰ κάλλιστα πρότερόν κοτε καὶ 5

cimus. Itaque te nunc oramus, filium tuum et selectos iuvenes canesque nobiscum emittas, quo belluam e terra nostra tollamus. Haec illis precantibus Croesus, recordatus eorum quae per somnum ipsi praedicta erant, ita respondit: *Filii quidem mei nolite amplius facere mentionem: nec enim illum emittere vobiscum possum, est enim novus nuptus, et haec res ei nunc curae est. Lydorum autem selectam manum et venaticum omne ministerium una mittam; hortaborque exeuntes, ut quam promtissime vobiscum belluam e terra submoveant.* (37.) Haec Croesus respondit; quibus quum contenti essent Mysi, intervenit filius, auditis quae Mysi precarentur. Pernegante vero Croeso, se filium cum illis missurum, haec inquit ad eum adolescens: *At antehac, ô pater, hoc mihi honestissimum et no-*

„γενναιότατα ἡμῖν ἦν, ἔς τε πολέμους καὶ ἐς ἄγρας
„φοιτέοντας εὐδοκιμέειν· νῦν δὲ ἀμφοτέρων με τούτων
„ἀποκληίσας ἔχεις, οὔτε τινὰ δειλίην μοι παριδὼν, οὔτε
„ἀθυμίην. νῦν τε τέοισί με χρὴ ὄμμασι ἔς τε ἀγορὴν
10 „καὶ ἐξ ἀγορῆς φοιτέοντα φαίνεσθαι; κοῖος μέν τις
„τοῖσι πολιήτῃσι δόξω εἶναι; κοῖος δέ τις τῇ νεογάμῳ
„γυναικί; κοίῳ δὲ ἐκείνη δόξει ἀνδρὶ συνοικέειν; ἐμὲ ὦν
„σὺ ἢ μέθες ἰέναι ἐπὶ τὴν θήρην, ἢ λόγῳ ἀνάπεισον
„ὅκως μοι ἀμείνω ἐστὶ ταῦτα οὕτω ποιεόμενα.“ Ἀμεί- 38
βεται Κροῖσος τοῖσδε· „Ὦ παῖ, οὔτε δειλίην, οὔτε
„ἄλλο οὐδὲν ἄχαρι παριδών τοι, ποιέω ταῦτα· ἀλλά
„μοι ὄψις ὀνείρου ἐν τῷ ὕπνῳ ἐπιστᾶσα ἔφη σε ὀλι-
5 „γοχρόνιον ἔσεσθαι, ὑπὸ γὰρ αἰχμῆς σιδηρέης ἀπο-
„λέεσθαι. πρὸς ὦν τὴν ὄψιν ταύτην, τόν τε γάμον τοι

bilissimum fuit, in bella et in venationes exeundo gloriam parare: nunc vero utroque horum exclusum me tenes, nullâ in me cognitâ ignaviâ aut animi deiectione. Nunc ergo quibus oculis me conspici oportet euntem in forum, aut ex foro redeuntem? quis tandem esse videbor civibus? qualis videbor novae nuptae? cui illa viro putabit se connubio esse iunctam? Proinde me tu aut sinas venatum exire, aut ratione mihi persuadeas, melius mihi hoc esse quod tu ita facis. (38.) Cui respondens Croesus, *Non quod ignaviam,* inquit, *ô fili, aut aliud quidquam parum mihi gratum in te cognoverim, hoc facio; sed quod mihi somnii species per quietem oblata dixit brevi aevi te futurum, quippe ferrea periturum cuspide. Cuius visi caussa et has tuas nuptias maturavi, nec ad ea quae nunc*

„τοῦτον ἔσπευσα, καὶ ἐπὶ τὰ παραλαμβανόμενα οὐκ „ἀποπέμπω, φυλακὴν ἔχων εἴ κως δυναίμην ἐπὶ τῆς „ἐμῆς σε ζόης διακλέψαι. εἷς γάρ μοι μοῦνος τυγ-„χάνεις ἐὼν παῖς· τὸν γὰρ δὴ ἕτερον, διεφθαρμένον „τὴν ἀκοὴν, οὐκ εἶναί μοι λογίζομαι.“

39 Ἀμείβεται ὁ νεηνίης τοῖσδε· „Συγγνώμη μὲν, ὦ πάτερ, τοὶ, „ἰδόντι γε ὄψιν τοιαύτην, περὶ ἐμὲ φυλακὴν ἔχειν· τὸ „δὲ οὐ μανθάνεις, ἀλλὰ λέληθέ σε τὸ ὄνειρον, ἐμέ „τοι δίκαιόν ἐστι φράζειν. φῄς τοι τὸ ὄνειρον ὑπὸ „αἰχμῆς σιδηρέης φάναι ἐμὲ τελευτήσειν· ὑὸς δὲ κοῖαι „μέν εἰσι χεῖρες, κοίη δὲ αἰχμὴ σιδηρέη, ἣν σὺ φο-„βέαι; εἰ μὲν γὰρ ὑπὸ ὀδόντος τοι εἶπε τελευτήσειν με, „ἢ ἄλλου τευ ὅ τι τούτῳ ἔοικε, χρῆν δή σε ποιέειν τὰ „ποιέεις· νῦν δὲ ὑπὸ αἰχμῆς. ἐπεί τε ὦν οὐ πρὸς ἄν-„δρας ἡμῖν γίνεται ἡ μάχη, μέθες με.“

40 Ἀμείβεται

XXXVIII. 11. *τὴν ἀκοὴν suspecta verba viris doctis.*

suscipiuntur te emitto; et custodio te, si quo pacto, dum vivo, periculo te queam subducere. Es enim unicus mihi filius; nam alterum [*auribus captum*] *pro nullo existimo.* (39.) Ibi rursus adolescens: *Ignosco quidem tibi*, inquit, *pater, quod, quum tale tibi oblatum sit visum, custodiam mei agas: sed, quod tu parum animadvertis, quodve oblitus es in hoc insomnio, id me te monere fas est. Somnium ais tibi dixisse, ferrea cuspide me periturum: at apro quaenam sunt manus, quaeve ferrea cuspis, quam tu timeas? Quod si enim a dente me periturum dixisset, aut ab alia re simili, tum hoc, quod agis, agere te oporteret; nunc vero a cuspide dixit. Quare, quum non sit nobis cum viris proposita pugna, abire me patere.* (40.) Tum

Κροῖσος· „Ὦ παῖ, ἔστι τῇ με νικᾷς, γνώμην ἀπο-
„φαίνων περὶ τοῦ ἐνυπνίου. ὡς ὦν νενικημένος ὑπὸ σέο,
„μεταγινώσκω, μετίημί τε σε ἰέναι ἐπὶ τὴν ἄγρην."

Εἴπας δὲ ταῦτα ὁ Κροῖσος, μεταπέμπεται τὸν Φρύ- 41
γα Ἄδρηστον, ἀπικομένῳ δέ οἱ λέγει τάδε· „Ἄδρηστε,
„ἐγώ σε συμφορῇ πεπληγμένον ἀχάρι, τήν τοι οὐκ ὀνει-
„δίζω, ἐκάθηρα, καὶ οἰκίοισι ὑποδεξάμενος ἔχω, πα-
5 „ρέχων πᾶσαν δαπάνην· νῦν ὦν (ὀφείλεις γάρ, ἐμεῦ
„προποιήσαντος χρηστὰ ἐς σὲ, χρηστοῖσί με ἀμείβε-
„σθαι) φύλακα παιδός σε τοῦ ἐμοῦ χρηΐζω γενέσθαι,
„ἐς ἄγρην ὁρμεομένου· μή τινες κατ' ὁδὸν κλῶπες κα-
„κοῦργοι ἐπὶ δηλήσει φανέωσι ὑμῖν. πρὸς δὲ τούτῳ,
10 „καὶ σέ τοι χρεών ἐστι ἰέναι ἔνθα ἀπολαμπρυνέαι τοῖσι
„ἔργοισι· πατρώϊόν τε γάρ τοι ἐστὶ, καὶ προσέτι ῥώμη

Croesus: *Fili*, ait, *aliquatenus me vincis, sententiam insomnii declarans. Itaque, tamquam a te victus, sententiam muto, et veniam tibi do venatum exeundi.*

(41.) Quibus dictis, Adrastum Phrygem iubet vocari; eumque, ubi adfuit, sic est adlocutus: *Adraste, ego te funesta calamitate obstrictum, quam tibi non exprobro, expiavi, et domum meam recepi, in qua etiam nunc omnium rerum sumtum tibi suppedito. Nunc ergo (debes enim de me, prius de te bene merito, in vicem bene mereri) rogo te ut custos sis filii mei venatum exeuntis, ne qui in itinere cooriantur malefici grassatores qui illum interimant. Ad haec, tuâ etiam ipsius interest ut eas ubi splendorem ex rebus gestis possis parare; nam et patrium hoc est tibi, et praeterea robur inest.*

42 „ὑπάρχει." Ἀμείβεται ὁ Ἄδρηστος· „Ὦ βασιλεῦ, „ἄλλως μὲν ἔγωγε ἂν οὐκ ἤϊα ἐς ἄεθλον τοιόνδε· οὔτε „γὰρ συμφορῇ τοιῇδε κεχρημένον οἰκός ἐστι ἐς ὁμήλι„κας εὖ πρήσσοντας ἰέναι, οὔτε τὸ βούλεσθαι πάρα· „πολλαχῇ τε ἀπίσχον ἐμεωυτόν. νῦν δὲ, ἐπεί τε σὺ „σπεύδεις, καὶ δεῖ τοι χαρίζεσθαι, (ὀφείλω γάρ σε „ἀμείβεσθαι χρηστοῖσι,) ποιέειν εἰμὶ ἑτοῖμος ταῦτα. „παῖδά τε σὸν, τὸν διακελεύεαι φυλάσσειν, ἀπήμονα „τοῦ φυλάσσοντος εἵνεκεν προσδόκα τοι ἀπονοστήσειν."

43 Τοιούτοισι ἐπεί τε οὗτος ἀμείψατο Κροῖσον, ἤϊσαν μετὰ ταῦτα ἐξηρτυμένοι λογάσι τε νεηνίῃσι καὶ κυσί. ἀπικόμενοι δὲ ἐς τὸν Οὔλυμπον τὸ ὄρος, ἐζήτεον τὸ θηρίον· εὑρόντες δὲ, καὶ περιστάντες αὐτὸ κύκλῳ, ἐσηκόντιζον. ἔνθα δὴ ὁ ξεῖνος, οὗτος δὴ ὁ καθαρθεὶς τὸν φόνον, καλεόμενος δὲ Ἄδρηστος, ἀκοντίζων τὸν σῦν, τοῦ μὲν

(42.) Cui Adrastus: *Alioquin*, inquit, *rex, in istud certamen non eram proditurus; neque enim tali adfectum calamitate fas est aequalibus se immiscere fortunatis, neque id ego cupio; atque etiam aliâs saepe me continui. Nunc vero, quoniam tibi hoc cordi est, cui gratum facere debeo, paratus sum exsequi mandatum: tuque filium tuum, quem custodire me iubes, rediturum esse incolumem, quod quidem penes custodem fuerit, exspecta.*

(43) Haec postquam Croeso ille respondisset, proficiscuntur deinde selectis iuvenibus stipati canibusque. Ubi ad Olympum pervenerunt, indagant belluam, et inventam circumfusi iaculis incessunt. Ibi tum hospes, idem ille qui a caede fuerat purgatus, cui Adrasto nomen, vibrato in aprum iaculo, ab illo aber-

ἁμαρτάνει, τυγχάνει δὲ τοῦ Κροίσου παιδός. ὁ μὲν
δὴ βληθεὶς τῇ αἰχμῇ, ἐξέπλησε τοῦ ὀνείρου τὴν φήμην.
ἔθεε δέ τις ἀγγελέων τῷ Κροίσῳ τὸ γεγονός· ἀπικόμε-
10 νος δὲ ἐς τὰς Σάρδις, τήν τε μάχην καὶ τὸν τοῦ παιδὸς
μόρον ἐσήμηνέ οἱ. Ὁ δὲ Κροῖσος, τῷ θανάτῳ τοῦ 44
παιδὸς συντεταραγμένος, μᾶλλόν τι ἐδεινολογέετο, ὅτι
μιν ἀπέκτεινε τὸν αὐτὸς φόνου ἐκάθηρε. περιημεκτέων
δὲ τῇ συμφορῇ δεινῶς, ἐκάλεε μὲν Δία Καθάρσιον,
5 μαρτυρόμενος τὰ ὑπὸ τοῦ ξείνου πεπονθὼς εἴη· ἐκάλεε
δὲ Ἐπίστιόν τε καὶ Ἑταιρήϊον, τὸν αὐτὸν τοῦτον ὀνομά-
ζων θεόν· τὸν μὲν Ἐπίστιον καλέων, διότι δὴ οἰκίοισι
ὑποδεξάμενος τὸν ξεῖνον, φονέα τοῦ παιδὸς ἐλάνθανε βό-
σκων· τὸν δὲ Ἑταιρήϊον, ὡς φύλακα συμπέμψας αὐτὸν,
εὑρήκοι πολεμιώτατον. Παρῆσαν δὲ μετὰ τοῦτο οἱ Λυ- 45
δοὶ φέροντες τὸν νεκρόν· ὄπισθε δὲ εἵπετό οἱ ὁ φονεύς.

rans, Croesi filium feriit: atque ita ille, cuspide ictus, somnii effatum explevit. Quod factum nunciaturus aliquis Croeso cucurrit, veniensque Sardes et pugnam ei et fatum filii indicavit. (44.) Croesus, morte filii consternatus, tanto gravius eam tulit, quod is eum occidisset quem ipse expiaverat a caede. Et calamitatem eam gravissime lamentans, *Iovem Expiatorem* invocavit, testificans quae ab hospite esset passus; et *Larem* quoque et *Sodalitium* invocavit, eumdem deum adpellans. Nempe *Larem* (sive *Focorum praesidem*) vocavit, quod, quem hospitem domi suae receperat, eumdem inprudens interfectorem filii sui aluisset: *Sodalitium* vero, quod, quem custodem adiunxisset filio suo, eumdem inimicissimum deprehendisset. (45.) Post haec Lydi venerunt cadaver ferentes, quos

στὰς δὲ οὗτος πρὸ τοῦ νεκροῦ, παρεδίδου ἑωυτὸν Κροίσῳ, προτείνων τὰς χεῖρας, ἐπικατασφάξαι μιν κελεύων τῷ νεκρῷ· λέγων τήν τε προτέρην ἑωυτοῦ συμφορὴν, καὶ ὡς 5 ἐπ' ἐκείνῃ τὸν καθήραντα ἀπολωλεκὼς εἴη, οὐδέ οἱ εἴη βιώσιμον. Κροῖσος δὲ τούτων ἀκούσας, τόν τε Ἄδρηστον κατοικτείρει, καίπερ ἐὼν ἐν κακῷ οἰκηΐῳ τοσούτῳ, καὶ λέγει πρὸς αὐτόν· „Ἔχω, ὦ ξεῖνε, παρὰ σεῦ „πᾶσαν τὴν δίκην, ἐπειδὴ σεωυτοῦ καταδικάζεις θά- 10 „νατον. εἷς δὲ οὐ σύ μοι τοῦδε τοῦ κακοῦ αἴτιος, εἰ „μὴ ὅσον ἀέκων ἐξεργάσαο· ἀλλὰ θεῶν κού τις, ὅς „μοι καὶ πάλαι προεσήμαινε τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι.“ Κροῖσος μέν νυν ἔθαψε ὡς οἰκὸς ἦν τὸν ἑωυτοῦ παῖδα. Ἄδρηστος δὲ ὁ Γορδίεω τοῦ Μίδεω, οὗτος δὴ ὁ φονεὺς 15 μὲν τοῦ ἑωυτοῦ ἀδελφεοῦ γενόμενος, φονεὺς δὲ τοῦ καθήραντος, ἐπεί τε ἡσυχίη τῶν ἀνθρώπων ἐγένετο περὶ

pone sequebatur interfector. Et hic quidem, ubi adfuit, stans ante cadaver tradidit sese Crocso, manus protendens, oransque ut se super cadavere mactaret; *non esse sibi vivendum*, dicens, *qui, post superiorem calamitatem, expiatorem etiam suum perdidisset*. Quibus auditis Croesus, tanto licet domestico in luctu, commiseratus tamen Adrastum, dixit illi: *Habeo abs te, hospes, omnem vindictam, quoniam te ipse morte condemnas; nec tu mihi huius mali auctor es, nisi quatenus invitus illud fecisti, sed deorum nescio quis; qui mihi iampridem hoc futurum ante significavit.* Croesus igitur filium prout iustum erat sepeliendum curavit. Adrastus vero, Gordiae filius, Midae nepos, hic idem qui et fratris sui fuerat interfector, et sui expiatoris, ubi silentium fuit

τὸ σῆμα, συγγινωσκόμενος ἀνθρώπων εἶναι τῶν αὐτὸς ᾔδεε βαρυσυμφορώτατος, ἑωυτὸν ἐπικατασφάζει τῷ
20 τύμβῳ. Κροῖσος δὲ ἐπὶ δύο ἔτεα ἐν πένθεϊ μεγάλῳ κατῆστο, τοῦ παιδὸς ἐστερημένος.

Μετὰ δὲ, ἡ Ἀστυάγεος τοῦ Κυαξάρεω ἡγεμονίη κα- 46 ταιρεθεῖσα ὑπὸ Κύρου τοῦ Καμβύσεω, καὶ τὰ τῶν Περσέων πρήγματα αὐξανόμενα, πένθεος μὲν Κροῖσον ἀπέπαυσε· ἐνέβησε δὲ ἐς φροντίδα, εἴ κως δύναιτο,
5 πρὶν μεγάλους γενέσθαι τοὺς Πέρσας, καταλαβεῖν αὐτῶν αὐξανομένην τὴν δύναμιν. Μετὰ ὦν τὴν διάνοιαν ταύτην αὐτίκα ἀπεπειρᾶτο τῶν μαντηίων τῶν τε ἐν Ἕλλησι, καὶ τοῦ ἐν Λιβύῃ· διαπέμψας ἄλλους ἄλλῃ, τοὺς μὲν ἐς Δελφοὺς ἰέναι, τοὺς δὲ ἐς Ἄβας τὰς Φω-
10 κέων, τοὺς δὲ ἐς Δωδώνην· οἱ δέ τινες ἐπέμποντο παρά τε Ἀμφιάρεων καὶ παρὰ Τροφώνιον· οἱ δὲ, τῆς Μιλη-

hominum circa sepulcrum, agnoscens se esse hominum quos ipse novisset calamitosissimum, super busto se ipse iugulavit. Croesus vero, filio orbatus, duos annos ingenti in luctu desedit.

(46.) Sed posthac imperium Astyagis, Cyaxarae filii, a *Cyro* Cambysis filio eversum, resque Persarum crescentes, luctui *Croesi* finem fecerunt, curamque iniecerunt et cogitationem, si qua ratione posset crescentem Persarum potentiam, priusquam nimium invalesceret, coërcere. Ab hac igitur cogitatione statim tentare oracula coepit, tum quae apud Graecos erant, tum id quod in Libya: aliosque alio dimisit, quorum alii Delphos irent, alii Abas, Phocensium oppidum, alii Dodonam. Alii item ad Amphiaraum mittebantur, et ad Trophonium; alii ad Branchidas

σίης ἐς Βραγχίδας. ταῦτα μέν νυν τὰ Ἑλληνικὰ μαντήϊα, ἐς τὰ ἀπέπεμψε μαντευσόμενος Κροῖσος. Λιβύης δὲ παρὰ Ἄμμωνα ἀπέστειλε ἄλλους χρησομένους. διέπεμπε δὲ πειρεώμενος τῶν μαντηΐων ὅ τι φρονέοιεν· ὡς, εἰ φρονέοντα τὴν ἀληθηΐην εὑρεθείη, ἐπείρηταί σφεα δεύτερα πέμπων, εἰ ἐπιχειρέοι ἐπὶ Πέρσας στρατεύεσθαι. 15

47 Ἐντειλάμενος δὲ τοῖσι Λυδοῖσι τάδε, ἀπέπεμπε ἐς τὴν διάπειραν τῶν χρηστηρίων· ἀπ' ἧς ἂν ἡμέρης ὁρμηθέωσι ἐκ Σαρδίων, ἀπὸ ταύτης ἡμερολογέοντας τὸν λοιπὸν χρόνον, ἑκατοστῇ ἡμέρῃ χρῆσθαι τοῖσι χρηστηρίοισι, ἐπειρωτέοντας ὅ τι ποιέων τυγχάνοι ὁ Λυδῶν βασιλεὺς Κροῖσος ὁ Ἀλυάττεω. ἅσσα δ' ἂν ἕκαστα τῶν χρηστηρίων θεσπίσῃ, συγγραψαμένους ἀναφέρειν παρ' ἑωυτόν. Ὅ τι μέν νυν τὰ λοιπὰ τῶν χρηστηρίων ἐθέσπισε, οὐ λέγεται πρὸς οὐδαμῶν· ἐν δὲ 5

ditionis Milesiae. Haec graeca sunt oracula, ad quae Croesus misit consulenda: in Libyam vero ad Hammonem alios misit, qui ab illo responsa peterent. Misit autem tentaturus oracula quid saperent; ut, si illa reperisset verum nosse, tum iterum mitteret qui ex illis quaererent, *an expeditionem adversus Persas deberet suscipere.* (47.) Ad tentanda igitur oracula hisce cum mandatis Lydos emisit, ut ab eo die, quo Sardibus essent profecti, centum consequentes numerarent dies, et centesimo die oracula adirent, ex eisque quaererent, *quid esset quod illo die ageret rex Lydorum Croesus, Alyattae filius;* et quidquid a quoque oraculo responsum fuisset, id scripto mandarent, ad seque deferrent. Iam, quid fuerit quod caetera responderint oracula, a nemine memoriae

10 Δελφοῖσι ὡς ἐσῆλθον τάχιστα ἐς τὸ μέγαρον οἱ Λυδοὶ χρησόμενοι τῷ θεῷ, καὶ ἐπειρώτεον τὸ ἐντεταλμένον, ἡ Πυθίη ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ λέγει τάδε·

Οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμὸν, καὶ μέτρα θαλάσσης,
καὶ κωφοῦ συνίημι, καὶ οὐ φωνεῦντος ἀκούω.
15 Ὀδμή μ' ἐς φρένας ἦλθε κραταιρίνοιο χελώνης
ἑψομένης ἐν χαλκῷ ἅμ' ἀρνείοισι κρέεσσι,
ᾗ χαλκὸς μὲν ὑπέστρωται, χαλκὸν δ' ἐπιέσται.

48 Ταῦτα οἱ Λυδοὶ θεσπισάσης τῆς Πυθίης συγγραψάμενοι, οἴχοντο ἀπιόντες ἐς τὰς Σάρδις. ὡς δὲ καὶ ὡλλοι οἱ περιπεμφθέντες παρῆσαν φέροντες τοὺς χρησμοὺς, ἐνθαῦτα ὁ Κροῖσος ἕκαστα ἀναπτύσσων ἐπώρα τῶν συγ-5 γραμμάτων. τῶν μὲν δὴ οὐδὲν προσίετό μιν· ὁ δὲ, ὡς τὸ ἐκ Δελφῶν ἤκουσε, αὐτίκα προσεύχετό τε καὶ προσε-

proditum est: Delphis autem, simul atque Lydi, Deum consulturi, penetrale templi intrassent, et quod ipsis mandatum erat interrogassent, Pythia hexametro tenore haec respondit:

Aequoris est spatium et numerus mihi notus arenae,
mutum percipio, fantis nihil audio vocem.
Venit ad hos sensus nidor testudinis durae,
quae simul agnina coquitur cum carne lebete,
aere infra strato, et stratum cui desuper aes est.

(48.) Hoc Pythiae responsum quum scripto mandassent Lydi, Sardes sunt reversi. Postquam vero caeteri quoque, quos circum miserat Croesus, rediere vaticinia ferentes, singula scripta evolvens Croesus inspexit. Ac horum quidem nullum advertebat eius animum, praeter id quod Delphis erat adlatum: quod

δέξατο, νομίσας μοῦνον εἶναι μαντήϊον τὸ ἐν Δελφοῖσι, ὅτι οἱ ἐξευρήκεε τὰ αὐτὸς ἐποίησε. ἐπεί τε γὰρ δὴ διέπεμψε παρὰ τὰ χρηστήρια τοὺς θεοπρόπους, φυλάξας τὴν κυρίην τῶν ἡμερέων, ἐμηχανήσατο τοιάδε· ἐπινοήσας 10 τὰ ἦν ἀμήχανον ἐξευρεῖν τε καὶ ἐπιφράσασθαι· χελώνην καὶ ἄρνα κατακόψας, ὁμοῦ ἕψεε αὐτὸς ἐν λέβητι 49 χαλκέῳ, χάλκεον ἐπίθημα ἐπιθείς. Τὰ μὲν δὴ ἐκ Δελφῶν οὕτω τῷ Κροίσῳ ἐχρήσθη· κατὰ δὲ τὴν Ἀμφιάρεω τοῦ μαντηΐου ἀπόκρισιν, οὐκ ἔχω εἶπαι ὅ τι τοῖσι Λυδοῖσι ἔχρησε ποιήσασι περὶ τὸ ἱρὸν τὰ νομιζόμενα. οὐ γὰρ ὦν οὐδὲ τοῦτο λέγεται ἄλλο γε, ἢ ὅτι 5 καὶ τοῦτο ἐνόμισε μαντήϊον ἀψευδὲς ἐκτῆσθαι.

50 Μετὰ δὲ ταῦτα θυσίῃσι μεγάλῃσι τὸν ἐν Δελφοῖσι θεὸν ἱλάσκετο. κτήνεά τε γὰρ τὰ θύσιμα πάντα τρισ-

simul atque cognovit, adoravit probavitque, unum existimans esse oraculum illud Delphicum, quippe cui compertum fuisset, quid ipse fecisset. Postquam enim emisisset homines qui oracula consulerent, statutum diem observans, tale quidpiam machinatus erat, ea commentus quae nemo cognoscere aut hariolari posset: testudinem et agnum in frusta concîdit, et unâ coxit ipse aeneo in lebete, aeneo imposito operculo. (49.) Hoc igitur Delphis responsum accepit Croesus: quid sit vero quod ab Amphiarai oraculo Lydis fuerit responsum, postquam in illius templo legitimis caerimoniis essent perfuncti, non habeo dicere: nec enim de hoc aliud quidquam memoratur, nisi quod hoc etiam oraculum Croesus verax se esse nactum existimaverit.

(50.) Post haec autem ingentibus sacrificiis Delphi-

χίλια ἔθυσε, κλίνας τε ἐπιχρύσους καὶ ἐπαργύρους, καὶ φιάλας χρυσέας, καὶ εἵματα πορφύρεα, καὶ κι-
5 θῶνας, νήσας πυρὴν μεγάλην, κατέκαιε· ἐλπίζων τὸν θεὸν μᾶλλόν τι τούτοισι ἀνακτήσεσθαι· Λυδοῖσί τε πᾶσι προεῖπε, θύειν πάντα τινὰ αὐτῶν τούτῳ ὅ τι ἔχοι ἕκαστος. ὡς δὲ ἐκ τῆς θυσίης ἐγένετο, καταχεάμενος χρυσὸν ἄπλετον, ἡμιπλίνθια ἐξ αὐτοῦ ἐξήλαυνε· ἐπὶ
10 μὲν τὰ μακρότερα, ποιέων ἑξαπάλαιστα· ἐπὶ δὲ τὰ βραχύτερα, τριπάλαιστα· ὕψος δὲ, παλαιστιαῖα· ἀριθμὸν δὲ, ἑπτακαίδεκα καὶ ἑκατόν· καὶ τουτέων, ἀπέφθου χρυσοῦ τέσσαρα, τρίτον ἡμιτάλαντον ἕκαστον ἕλκοντα· τὰ δὲ ἄλλα ἡμιπλίνθια, λευκοῦ χρυσοῦ,
15 σταθμὸν διτάλαντα. ἐποιέετο δὲ καὶ λέοντος εἰκόνα

Cap. L. lin. 13. τρίτον ἡμιτάλαντον. *Vulgo omnes* τρία ἡμιτάλαντα, *id est*, unius talenti cum dimidio.

eum deum propitium sibi reddere instituit. Lectas enim victimas ter millenas de quoque genere immolavit; praeterea lectulos auro argentove obductos, et phialas aureas, et purpureas vestes tunicasque, in ingenti pyrâ exstructâ, concremavit, hisce sperans Deum magis sibi se conciliaturum; Lydisque cunctis edixit, ut de suo, quidquid quisque haberet, eidem deo sacrificaret. Tum peractis sacrificiis, conflatâ immensâ vi auri, dimidiatos lateres ex eo procudi iussit, palmarum sex in longitudinem, trium palmarum in latitudinem, crassitie palmari, numero centum et septemdecim. Horum quatuor ex purissimo auro erant, singuli pondo duorum talentorum cum dimidio; reliqui semilateres ex albido auro, pondo binorum talentorum. Fecit etiam leonis effigiem ex auro

δέξατο, νομίσας μοῦνον εἶναι μαντήϊον τὸ ἐν Δελφοῖσι, ὅτι οἱ ἐξευρήκεε τὰ αὐτὸς ἐποίησε. ἐπεί τε γὰρ δὴ διέπεμψε παρὰ τὰ χρηστήρια τοὺς θεοπρόπους, φυλάξας τὴν κυρίην τῶν ἡμερέων, ἐμηχανήσατο τοιάδε· ἐπινοήσας 10 τὰ ἦν ἀμήχανον ἐξευρεῖν τε καὶ ἐπιφράσασθαι· χελώνην καὶ ἄρνα κατακόψας, ὁμοῦ ἕψεε αὐτὸς ἐν λέβητι 49 χαλκέῳ, χάλκεον ἐπίθημα ἐπιθείς. Τὰ μὲν δὴ ἐκ Δελφῶν οὕτω τῷ Κροίσῳ ἐχρήσθη· κατὰ δὲ τὴν Ἀμφιάρεω τοῦ μαντηΐου ἀπόκρισιν, οὐκ ἔχω εἶπαι ὅ τι τοῖσι Λυδοῖσι ἔχρησε ποιήσασι περὶ τὸ ἱρὸν τὰ νομιζόμενα. οὐ γὰρ ὦν οὐδὲ τοῦτο λέγεται ἄλλο γε, ἢ ὅτι 5 καὶ τοῦτο ἐνόμισε μαντήϊον ἀψευδὲς ἐκτῆσθαι.

50 Μετὰ δὲ ταῦτα θυσίῃσι μεγάλῃσι τὸν ἐν Δελφοῖσι θεὸν ἱλάσκετο. κτήνεά τε γὰρ τὰ θύσιμα πάντα τρισ-

simul atque cognovit, adoravit probavitque, unum existimans esse oraculum illud Delphicum, quippe cui compertum fuisset, quid ipse fecisset. Postquam enim emisisset homines qui oracula consulerent, statutum diem observans, tale quidpiam machinatus erat, ea commentus quae nemo cognoscere aut hariolari posset: testudinem et agnum in frusta concîdit, et unâ coxit ipse aeneo in lebete, aeneo imposito operculo. (49.) Hoc igitur Delphis responsum accepit Croesus: quid sit vero quod ab Amphiarai oraculo Lydis fuerit responsum, postquam in illius templo legitimis caerimoniis essent perfuncti, non habeo dicere: nec enim de hoc aliud quidquam memoratur, nisi quod hoc etiam oraculum Croesus verax se esse nactum existimaverit.

(50.) Post haec autem ingentibus sacrificiis Delphi-

χίλια ἔθυσε, κλίνας τε ἐπιχρύσους καὶ ἐπαργύρους, καὶ φιάλας χρυσέας, καὶ εἵματα πορφύρεα, καὶ κι-
5 θῶνας, νήσας πυρὴν μεγάλην, κατέκαιε· ἐλπίζων τὸν θεὸν μᾶλλόν τι τούτοισι ἀνακτήσεσθαι· Λυδοῖσί τε πᾶσι προεῖπε, θύειν πάντα τινὰ αὐτῶν τούτῳ ὅ τι ἔχοι ἕκαστος. ὡς δὲ ἐκ τῆς θυσίης ἐγένετο, καταχεάμενος χρυσὸν ἄπλετον, ἡμιπλίνθια ἐξ αὐτοῦ ἐξήλαυνε· ἐπὶ
10 μὲν τὰ μακρότερα, ποιέων ἑξαπάλαιστα· ἐπὶ δὲ τὰ βραχύτερα, τριπάλαιστα· ὕψος δὲ, παλαιστιαῖα· ἀριθμὸν δὲ, ἑπτακαίδεκα καὶ ἑκατόν· καὶ τουτέων, ἀπέφθου χρυσοῦ τέσσαρα, τρίτον ἡμιτάλαντον ἕκαστον ἕλκοντα· τὰ δὲ ἄλλα ἡμιπλίνθια, λευκοῦ χρυσοῦ,
15 σταθμὸν διτάλαντα. ἐποιέετο δὲ καὶ λέοντος εἰκόνα

Cap. L. lin. 13. τρίτον ἡμιτάλαντον. *Vulgo omnes* τρία ἡμιτάλαντα, *id est*, unius talenti cum dimidio.

eum deum propitium sibi reddere instituit. Lectas enim victimas ter millenas de quoque genere immolavit; praeterea lectulos auro argentove obductos, et phialas aureas, et purpureas vestes tunicasque, in ingenti pyrâ exstructâ, concremavit, hisce sperans Deum magis sibi se conciliaturum; Lydisque cunctis edixit, ut de suo, quidquid quisque haberet, eidem deo sacrificaret. Tum peractis sacrificiis, conflatâ immensâ vi auri, dimidiatos lateres ex eo procudi iussit, palmarum sex in longitudinem, trium palmarum in latitudinem, crassitie palmari, numero centum et septemdecim. Horum quatuor ex purissimo auro erant, singuli pondo duorum talentorum cum dimidio; reliqui semilateres ex albido auro, pondo binorum talentorum. Fecit etiam leonis effigiem ex auro

χρυσοῦ ἀπέφθου, ἕλκουσαν σταθμὸν τάλαντα δέκα. οὗτος ὁ λέων, ἐπεί τε κατεκαίετο ὁ ἐν Δελφοῖσι νηὸς, κατέπεσε ἀπὸ τῶν ἡμιπλινθίων· ἐπὶ γὰρ τούτοισι ἵδρυτο· καὶ νῦν κεῖται ἐν τῷ Κορινθίων Θησαυρῷ, ἕλκων σταθμὸν ἕβδομον ἡμιτάλαντον. ἀπετάκη γὰρ αὐτοῦ τέταρ- 20
51 τον ἡμιτάλαντον. Ἐπιτελέσας δὲ ὁ Κροῖσος ταῦτα ἀπέπεμπε ἐς Δελφούς· καὶ τάδε ἄλλα ἅμα τοῖσι· κρητῆρας δύο μεγάθεϊ μεγάλους, χρύσεον καὶ ἀργύρεον· τῶν ὁ μὲν χρύσεος ἐκέετο ἐπὶ δεξιὰ ἐσιόντι ἐς τὸν νηὸν, ὁ δὲ ἀργύρεος ἐπ' ἀριστερά. μετεκινήθησαν δὲ καὶ οὗτοι 5 ὑπὸ τὸν νηὸν κατακαέντα· καὶ ὁ μὲν χρύσεος κεῖται ἐν τῷ Κλαζομενίων Θησαυρῷ, ἕλκων σταθμὸν ἔννατον ἡμιτάλαντον καὶ ἔτι δυώδεκα μνέας· ὁ δὲ ἀργύρεος, ἐπὶ τοῦ προνηΐου τῆς γωνίης, χωρέων ἀμφορέας ἑξακοσίους.

purissimo, cuius pondus decem talenta colligebat. Hic leo, quo tempore deflagravit Delphicum templum, de semilateribus decidit, (super illis enim erat collocatus) et nunc in Corinthiorum thesauro est repositus, pondusque eius sex talentorum est cum dimidio; periere enim liquefacta talenta tria cum dimidio. (51.) Haec Croesus postquam confecta habuit, Delphos misit, cum eisque simul haecce: crateres duos ingenti magnitudine, alterum aureum, argenteum alterum; quorum aureus ad dextram positus erat intrantibus templum, argenteus ad sinistram. Sed et hi, quo tempore conflagravit templum, loco moti sunt: et aureus quidem, cuius pondus octo talenta cum dimidio colligit duodecimque insuper libras, in Clazomeniorum thesauro positus est; argenteus vero in atrii angulo, capiens amphoras sexcentas; miscetur enim

10 ἐπικίρναται γὰρ ὑπὸ Δελφῶν Θεοφανίοισι. φασὶ δέ μιν Δελφοὶ Θεοδώρου τοῦ Σαμίου ἔργον εἶναι· καὶ ἐγὼ δοκέω, οὐ γὰρ τὸ συντυχὸν φαίνεταί μοι ἔργον εἶναι. καὶ πίθους τε ἀργυρέους τέσσαρας ἀπέπεμψε, οἳ ἐν τῷ Κορινθίων θησαυρῷ ἑστᾶσι· καὶ περιρραντήρια δύο ἀνέ-
15 θηκε; χρύσεόν τε καὶ ἀργύρεον· τῶν τῷ χρυσέῳ ἐπιγέγραπται, ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ, φαμένων εἶναι ἀνάθημα· οὐκ ὀρθῶς λέγοντες. ἔστι γὰρ καὶ τοῦτο Κροίσου. ἐπέγραψε δὲ τῶν τις Δελφῶν, Λακεδαιμονίοισι βουλόμενος χαρίσασθαι· τοῦ ἐπιστάμενος τὸ οὔνομα, οὐκ
20 ἐπιμνήσομαι. ἀλλ᾽ ὁ μὲν παῖς, δι᾽ οὗ τῆς χειρὸς ῥέει τὸ ὕδωρ, Λακεδαιμονίων ἐστί· οὐ μέντοι τῶν γε περιρραντηρίων οὐδέτερον. ἄλλα τε ἀναθήματα οὐκ ἐπίσημα πολλὰ ἀπέπεμψε ἅμα τούτοισι ὁ Κροῖσος, καὶ χεύματα ἀργύρεα κυκλοτερέα· καὶ δὴ καὶ γυναικὸς εἴδωλον χρύ-

in eo vinum a Delphensibus festo Theophaniorum die. Aiunt autem Delphenses, esse opus Theodori Samii; quod etiam ego existimo, esse enim fabricam haud vulgarem adparet. Praeterea quatuor dolia misit argentea, quae in Corinthiorum thesauro reposita sunt. Duas item urnas lustrales dedicavit, auream alteram, alteram argenteam: quarum illa, quae ex auro est, titulum praefert LACEDAEMONIORUM, dicuntque Lacedaemonii suum esse donarium, falso; nam et hoc Croesi est, titulum autem inscripsit Delphensium non nemo, Lacedaemoniis gratificaturus; cuius nomen, bene mihi cognitum, edere nolo. Sed puer quidem, cuius per manum effluit aqua, Lacedaemoniorum donarium est, at urnarum neutra. Alia denique multa donaria nullo titulo signata simul cum istis misit

στεον τρίπηχυ, τὸ Δελφοὶ τῆς ἀρτοκόπου τῆς Κροίσου εἰκόνα λέγουσι εἶναι. πρὸς δὲ, καὶ τῆς ἑωυτοῦ γυναικὸς τὰ ἀπὸ τῆς δειρῆς ἀνέθηκε ὁ Κροῖσος, καὶ τὰς ζώνας. 25

52 Ταῦτα μὲν ἐς Δελφοὺς ἀπέπεμψε. τῷ δὲ Ἀμφιάρεῳ, πυθόμενος αὐτοῦ τήν τε ἀρετὴν καὶ τὴν πάθην, ἀνέθηκε σάκος τε χρύσεον πᾶν, ὁμοίως καὶ αἰχμὴν στερεὴν πᾶσαν χρυσέην, τὸ ξυστὸν τῇσι λόγχῃσι ἐὸν ὁμοίως χρύσεον· τὰ ἔτι καὶ ἀμφότερα ἐς ἐμὲ ἦν κείμενα ἐν Θήβῃσι, 5 καὶ Θηβαίων ἐν τῷ νηῷ τοῦ Ἰσμηνίου Ἀπόλλωνος.

53 Τοῖσι δὲ ἄγειν μέλλουσι τῶν Λυδῶν ταῦτα τὰ δῶρα ἐς τὰ ἱρὰ ἐνετέλλετο ὁ Κροῖσος ἐπειρωτᾶν τὰ χρηστήρια, εἰ στρατεύηται ἐπὶ Πέρσας Κροῖσος, καὶ εἴ τινα στρατὸν ἀνδρῶν προσθέοιτο φίλον; Ὡς δὲ ἀπικόμενοι ἐς τὰ ἀπεπέμφθησαν οἱ Λυδοὶ ἀνέθεσαν τὰ ἀναθήματα, ἐχρέωντο τοῖσι χρηστηρίοισι, λέγοντες· „Κροῖσος, 5 „ὁ Λυδῶν τε καὶ ἄλλων ἐθνέων βασιλεὺς, νομίσας τάδε

Croesus: in his guttos argenteos orbiculatâ formâ; et praesertim mulieris simulacrum aureum tricubitale, quam Delphenses aiunt effigiem esse pistricis Croesi. Ad haec uxoris etiam suae collare dedicavit, eiusdemque cingula. (52.) Ista igitur dona Delphos Croesus misit. Amphiarao vero, cuius et virtutem et calamitatem fando audierat, clypeum dedicavit totum ex auro; item hastam ex solido auro totam, hastile pariter aureum atque spiculum: quae donaria ad meam usque aetatem Thebis reposita sunt, nempe Thebanorum in templo Ismenii Apollinis.

(53.) Haec dona ad deorum templa delaturis Lydis iniunxit Croesus, ut interrogarent oracula, *An adversus Persas expeditionem susciperet Croesus,*

„μαντήϊα εἶναι μοῦνα ἐν ἀνθρώποισι, ὑμῖν τε ἄξια δῶ-
„ρα ἔδωκε τῶν ἐξευρημάτων, καὶ νῦν ὑμέας ἐπειρωτᾷ,
10 „εἰ στρατεύηται ἐπὶ Πέρσας, καὶ εἴ τινα στρατὸν ἀν-
„δρῶν προσθέοιτο σύμμαχον;" Οἱ μὲν ταῦτα ἐπει-
ρώτεον. τῶν δὲ μαντηΐων ἀμφοτέρων ἐς τὠυτὸ αἱ γνῶμαι
συνέδραμον, προλέγουσαι Κροίσῳ, ἢν στρατεύηται ἐπὶ
Πέρσας, μεγάλην ἀρχήν μιν καταλῦσαι. τοὺς δὲ Ἑλ-
15 λήνων δυνατωτάτους συνεβούλευόν οἱ ἐξευρόντα φίλους
προσθέσθαι. Ἐπεί τε δὲ ἀνενειχθέντα τὰ θεοπρόπια 54
ἐπύθετο ὁ Κροῖσος, ὑπερήσθη τε τοῖσι χρηστηρίοισι· πάγ-
χυ τε ἐλπίσας καταλύσειν τὴν Κύρου βασιληΐην, πέμ-
ψας αὖτις ἐς Πυθὼ, Δελφοὺς δωρέεται, πυθόμενος
5 αὐτῶν τὸ πλῆθος, κατ' ἄνδρα δύο στατῆρσι ἕκαστον

et an copiarum auxiliarium manum sibi adiungeret? Qui ut eo quo missi erant pervenere, dedicatis donariis, oracula consuluerunt his verbis: *Croesus, Lydorum rex aliorumque populorum, existimans haec sola vera esse oracula hominibus, dona vobis misit digna vestris inventis, et nunc e vobis quaerit, an adversus Persas suscipere expeditionem, tum ecquem exercitum socium armorum debeat sibi adiungere?* Quae quum illi interrogassent, utriusque oraculi responsa ad eamdem sententiam collinearunt; nempe praedicebant Croeso, *si bellum inferret Persis, eversurum eum esse magnum imperium*; simulque ei consulebant, ut *Graecorum exquireret potentissimos, eosque sibi socios adiungeret.* (54.) Ea oracula postquam ad se relata Croesus cognovit, responsis istis vehementer est gavisus: prorsusque existimans se Cyri regnum esse eversurum, missis

χρυσοῦ. Δελφοὶ δὲ ἀντὶ τούτων ἔδοσαν Κροίσῳ καὶ Λυδοῖσι προμαντηίην καὶ ἀτελείην καὶ προεδρίην, καὶ ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ αὐτέων γενέσθαι Δελφὸν ἐς τὸν
55 ἀεὶ χρόνον. Δωρησάμενος δὲ τοὺς Δελφοὺς ὁ Κροῖσος, ἐχρηστηριάζετο τὸ τρίτον. ἐπεί τε γὰρ δὴ παρέλαβε τοῦ μαντηίου ἀληθηίην, ἐνεφορέετο αὐτοῦ. ἐπειρώτα δὲ τάδε χρηστηριαζόμενος, εἴ οἱ πολυχρόνιος ἔσται ἡ μουναρχίη. ἡ δὲ Πυθίη οἱ χρᾷ τάδε·

Ἀλλ' ὅταν ἡμίονος βασιλεὺς Μήδοισι γένηται,
καὶ τότε, Λυδὲ ποδαβρὲ, πολυψήφιδα παρ' Ἕρμον
φεύγειν, μηδὲ μένειν, μηδ' αἰδεῖσθαι κακὸς εἶναι. 5

56 Τούτοισι ἐλθοῦσι τοῖσι ἔπεσι ὁ Κροῖσος πολλόν τι μά-

rursus Delphos legatis, Delphensium singulos, numerum illorum percontatus, viritim duobus stateribus auri donavit. Vicissimque Delphenses Croeso Lydisque in omne futurum temqus primas detulerunt in consulendo oraculo partes, immunitatemque, et primum in consessibus locum, denique ius civitatis cuique qui numero Delphensium voluisset adscribi. (55.) Caeterum donis istis Delphenses prosecutus Croesus, tertio oraculum consuluit; quippe veracitatem eius expertus, largiter sibi in eo consulendo indulgebat. Interrogavit autem oraculum, *an diuiturnum sibi futurum esset imperium?* Cui Pythia haec respondit:

Regis apud Medos mulo iam sede potito,
Lyde, fugam mollis scruposum corripe ad Hermon,
neve mane; ignavus posito sis, Lyde, pudore!

(56.) Quibus verbis ad Croesum perlatis, longe

λιστα πάντων ἥσθη, ἐλπίζων ἡμίονον οὐδαμᾶ ἀντ' ἀνδρὸς βασιλεύσειν Μήδων· οὐδ' ὦν αὐτὸς, οὐδὲ οἱ ἐξ αὐτοῦ, παύσεσθαί κοτε τῆς ἀρχῆς. Μετὰ δὲ ταῦτα
5 ἐφρόντιζε ἱστορέων, τοὺς ἂν Ἑλλήνων δυνατωτάτους ἐόντας προσκτήσαιτο φίλους. ἱστορέων δὲ, εὕρισκε Λακεδαιμονίους καὶ Ἀθηναίους προέχοντας, τοὺς μὲν τοῦ Δωρικοῦ γένεος, τοὺς δὲ τοῦ Ἰωνικοῦ. ταῦτα γὰρ ἦν τὰ προκεκριμένα ἐόντα τὲ ἀρχαῖον· τὸ μὲν, Πελασγι-
10 κόν· τὸ δὲ, Ἑλληνικὸν ἔθνος. καὶ τὸ μὲν, οὐδαμῆ κω ἐξεχώρησε· τὸ δὲ, πουλυπλάνητον κάρτα. ἐπὶ μὲν γὰρ Δευκαλίωνος βασιλῆος οἴκεε γῆν τὴν Φθιῶτιν· ἐπὶ δὲ Δώρου τοῦ Ἕλληνος, τὴν ὑπὸ τὴν Ὄσσαν τε καὶ τὸν Οὔλυμπον χώρην, καλεομένην δὲ Ἱστιαιῶτιν· ἐκ δὲ τῆς
15 Ἱστιαιώτιδος ὡς ἐξανέστη ὑπὸ Καδμείων, οἴκεε ἐν Πίν-

omnium maxime gavisus est, ratus nunquam apud Medos mulum pro viro esse regnaturum, adeoque nec ipsum, nec suos posteros, umquam privatum iri imperio. Deinde curam suam eo convertit, ut inquireret quinam essent Graecorum potentissimi, quos socios sibi adiungeret. Sciscitatus igitur reperit, *Lacedaemonios* et *Athenienses* praeter caeteros eminere, illos quidem *Dorico* in genere, hos vero in *Ionico*. Hi enim duo populi antiquitus praecipui habebantur; alter, *Pelasgius* populus; alter *Hellenicus*: et alter quidem numquam solo suo excesserat, alter vero valde multumque erat vagatus; nam sub Deucalione rege Phthiotin terram habitaverat; sub Doro vero, Hellenis filio, regionem Ossae et Olympo subiectam occupavit, quae Histiaeotis vocatur; tum ex Histaeotide eiectus a Cadmeis, Pindum incoluit, et Maced-

δν, Μακεδνὸν καλεόμενον. ἐνθεῦτεν δὲ αὖτις ἐς τὴν Δρυοπίδα μετέβη, καί ἐκ τῆς Δρυοπίδος οὕτως ἐς Πελοπόννησον ἐλθὸν, Δωρικὸν ἐκλήθη.

57 Ἣν τινα δὲ γλῶσσαν ἵεσαν οἱ Πελασγοὶ, οὐκ ἔχω ἀτρεκέως εἶπαι. εἰ δὲ χρεών ἐστι τεκμαιρόμενον λέγειν τοῖσι νῦν ἔτι ἐοῦσι Πελασγῶν, τῶν ὑπὲρ Τυρσηνῶν Κρηστῶνα πόλιν οἰκεόντων, οἳ ὅμουροί κοτε ἦσαν τοῖσι νῦν 5 Δωριεῦσι καλεομένοισι, οἴκεον δὲ τηνικαῦτα γῆν τὴν νῦν Θεσσαλιῶτιν καλεομένην· καὶ τὴν Πλακίην τε καὶ Σκυλάκην Πελασγῶν οἰκισάντων ἐν Ἑλλησπόντῳ, οἳ σύνοικοι ἐγένοντο Ἀθηναίοισι· καὶ ὅσα ἄλλα Πελασγικὰ ἐόντα πολίσματα τὸ οὔνομα μετέβαλε· εἰ τούτοισι 10 τεκμαιρόμενον δεῖ λέγειν, ἦσαν οἱ Πελασγοὶ βάρβαρον γλῶσσαν ἱέντες. εἰ τοίνυν ἦν καὶ πᾶν τοιοῦτο τὸ Πελασγικὸν, τὸ Ἀττικὸν ἔθνος, ἐὸν Πελασγικὸν, ἅμα τῇ με-

nus populus est nominatus; inde rursus in Dryopidem transiit; et ex Dryopide denique in Peloponnesum venit, et Doricus est adpellatus.

(57.) Iam *Pelasgi* quanam lingua usi sint, pro certo adfirmare non possum. Sed si fas est coniecturam capere ex his qui etiam nunc supersunt Pelasgi, qui supra Tyrrhenos Crestonem oppidum incolunt, qui eam terram olim, quae nunc Thessalia vocatur, habitaverant, finitimique per id tempus fuerant eorum qui *Dorienses* hodie nominantur; item ex illis Pelasgis qui Placiam et Scylacen in Hellesponto condiderunt, qui cum Atheniensibus unà habitaverant; sive quae sunt alia oppida, quae nomen mutarunt: ex his si coniecturam capere fas est, barbarâ linguâ usi sunt Pelasgi. Quod si igitur eadem ratio fuit universi Pelasgici generis, statuen-

ταβολῇ τῇ ἐς Ἕλληνας καὶ τὴν γλῶσσαν μετέμαθε.
καὶ γὰρ δὴ οὔτε οἱ Κρηστωνιῆται οὐδαμοῖσι τῶν νῦν
15 σφεας περιοικεόντων εἰσὶ ὁμόγλωσσοι, οὔτε οἱ Πλακιηνοί· σφίσι δὲ, ὁμόγλωσσοι. δηλοῦσί τε, ὅτι, τὸν ἠνείκαντο γλώσσης χαρακτῆρα μεταβαίνοντες ἐς ταῦτα τὰ χωρία, τοῦτον ἔχουσι ἐν φυλακῇ. Τὸ δὲ Ἑλληνικὸν 58
γλώσσῃ μὲν, ἐπεί τε ἐγένετο, αἰεί κοτε τῇ αὐτῇ διαχρέεται, ὡς ἐμοὶ καταφαίνεται εἶναι. ἀποσχισθὲν μέντοι ἀπὸ τοῦ Πελασγικοῦ, ἐὸν ἀσθενὲς, ἀπὸ σμικροῦ
5 τεο τὴν ἀρχὴν ὁρμεώμενον, αὔξηται ἐς πλῆθος τῶν ἐθνέων πολλῶν, μάλιστα προσκεχωρηκότων αὐτῷ καὶ ἄλλων ἐθνέων βαρβάρων συχνῶν. ὡς δὴ ὦν ἐμοί τε δοκέει οὐδὲ

LVIII. 7. ὡς δὴ etc. Alii πρὸς δή.

dum fuerit *Atticum* populum, cum sit Pelasgici generis, ex quo in Hellenum nomen transiit, simul linguam suam dedidicisse et cum Hellenum lingua permutasse. Etenim neque Crestoniatarum lingua cum ullis eorum, qui nunc circum habitant, consentit, neque Placianorum; inter ipsos autem convenit: et satis adparet, servasse utrosque eamdem sermonis formam, quam secum adtulerant quum in has, quas nunc incolunt, regiones immigrarunt. (58.) *Hellenicum* vero genus, ex quo ortum cepit, linguâ quidem semper utitur eâdem, ut mihi quidem prorsus videtur: sed discretum a Pelasgico genere, quum esset infirmum et ab exiguis profectum initiis, in hanc tamen populorum multitudinem adcrevit; compluribus maxime populis, atque etiam barbaris haud paucis, sese illi adiungentibus. Quo nimirum, ut mihi etiam videtur,

ἔθνος, Μακεδνὸν καλεόμενον. ἐνθεῦτεν δὲ αὖτις ἐς τὴν Δρυοπίδα μετέβη, καί ἐκ τῆς Δρυοπίδος οὕτως ἐς Πελοπόννησον ἐλθὸν, Δωρικὸν ἐκλήθη.

57 Ἥν τινα δὲ γλῶσσαν ἵεσαν οἱ Πελασγοὶ, οὐκ ἔχω ἀτρεκέως εἶπαι. εἰ δὲ χρεὼν ἐστι τεκμαιρόμενον λέγειν τοῖσι νῦν ἔτι ἐοῦσι Πελασγῶν, τῶν ὑπὲρ Τυρσηνῶν Κρηστῶνα πόλιν οἰκεόντων, οἳ ὅμουροί κοτε ἦσαν τοῖσι νῦν 5 Δωριεῦσι καλεομένοισι, οἴκεον δὲ τηνικαῦτα γῆν τὴν νῦν Θεσσαλιῶτιν καλεομένην· καὶ τὴν Πλακίην τε καὶ Σκυλάκην Πελασγῶν οἰκισάντων ἐν Ἑλλησπόντῳ, οἳ σύνοικοι ἐγένοντο Ἀθηναίοισι· καὶ ὅσα ἄλλα Πελασγικὰ ἐόντα πολίσματα τὸ οὔνομα μετέβαλε· εἰ τούτοισι 10 τεκμαιρόμενον δεῖ λέγειν, ἦσαν οἱ Πελασγοὶ βάρβαρον γλῶσσαν ἱέντες. εἰ τοίνυν ἦν καὶ πᾶν τοιοῦτο τὸ Πελασγικὸν, τὸ Ἀττικὸν ἔθνος, ἐὸν Πελασγικὸν, ἅμα τῇ με-

nus populus est nominatus; inde rursus in Dryopidem transiit; et ex Dryopide denique in Peloponnesum venit, et Doricus est adpellatus.

(57.) Iam *Pelasgi* quanam lingua usi sint, pro certo adfirmare non possum. Sed si fas est coniecturam capere ex his qui etiam nunc supersunt Pelasgi, qui supra Tyrrhenos Crestonem oppidum incolunt, qui eam terram olim, quae nunc Thessalia vocatur, habitaverant, finitimique per id tempus fuerant eorum qui *Dorienses* hodie nominantur; item ex illis Pelasgis qui Placiam et Scylacen in Hellesponto condiderunt, qui cum Atheniensibus unà habitaverant; sive quae sunt alia oppida, quae nomen mutarunt: ex his si coniecturam capere fas est, barbarâ linguâ usi sunt Pelasgi. Quod si igitur eadem ratio fuit universi Pelasgici generis, statuen-

ταβολῇ τῇ ἐς Ἕλληνας καὶ τὴν γλῶσσαν μετέμαθε. καὶ γὰρ δὴ οὔτε οἱ Κρηστωνιῆται οὐδαμοῖσι τῶν νῦν
15 σφεας περιοικεόντων εἰσὶ ὁμόγλωσσοι, οὔτε οἱ Πλακιηνοί· σφίσι δὲ, ὁμόγλωσσοι. δηλοῦσί τε, ὅτι, τὸν ἠνείκαντο γλώσσης χαρακτῆρα μεταβαίνοντες ἐς ταῦτα τὰ χωρία, τοῦτον ἔχουσι ἐν φυλακῇ. Τὸ δὲ Ἑλληνικὸν 58 γλώσσῃ μὲν, ἐπεί τε ἐγένετο, αἰεί κοτε τῇ αὐτῇ διαχρέεται, ὡς ἐμοὶ καταφαίνεται εἶναι. ἀποσχισθὲν μέντοι ἀπὸ τοῦ Πελασγικοῦ, ἐὸν ἀσθενὲς, ἀπὸ σμικροῦ
5 τεο τὴν ἀρχὴν ὁρμεώμενον, αὔξηται ἐς πλῆθος τῶν ἐθνέων πολλῶν, μάλιστα προσκεχωρηκότων αὐτῷ καὶ ἄλλων ἐθνέων βαρβάρων συχνῶν. ὡς δὴ ὦν ἐμοί τε δοκέει οὐδὲ

LVIII. 7. ὡς δὴ etc. Alii πρὸς δή.

dum fuerit *Atticum* populum, cum sit Pelasgici generis, ex quo in Hellenum nomen transiit, simul linguam suam dedidicisse et cum Hellenum lingua permutasse. Etenim neque Crestoniatarum lingua cum ullis eorum, qui nunc circum habitant, consentit, neque Placianorum; inter ipsos autem convenit: et satis adparet, servasse utrosque eamdem sermonis formam, quam secum adtulerant quum in has, quas nunc incolunt, regiones immigrarunt. (58.) *Hellenicum* vero genus, ex quo ortum cepit, linguâ quidem semper utitur eâdem, ut mihi quidem prorsus videtur: sed discretum a Pelasgico genere, quum esset infirmum et ab exiguis profectum initiis, in hanc tamen populorum multitudinem adcrevit; compluribus maxime populis, atque etiam barbaris haud paucis, sese illi adiungentibus. Quo nimirum, ut mihi etiam videtur,

τὸ Πελασγικὸν ἔθνος, ἐὸν βάρβαρον, οὐδαμᾶ μεγάλως αὐξηθῆναι.

59 Τούτων δὴ ὦν τῶν ἐθνέων τὸ μὲν Ἀττικὸν κατεχόμενόν τε καὶ διεσπασμένον ἐπυνθάνετο ὁ Κροῖσος ὑπὸ Πεισιστράτου τοῦ Ἱπποκράτεος, τοῦτον τὸν χρόνον τυραννεύοντος Ἀθηναίων. Ἱπποκράτεϊ γὰρ, ἐόντι ἰδιώτῃ, καὶ θεωρέοντι τὰ Ὀλύμπια, τέρας ἐγένετο μέγα. θύσαντος γὰρ αὐτοῦ τὰ ἱρὰ, οἱ λέβητες ἐπεστεῶτες, καὶ κρεῶν τε ἐόντες ἔμπλεοι καὶ ὕδατος, ἄνευ πυρὸς ἔζεσαν, καὶ ὑπερέβαλον. Χίλων δὲ ὁ Λακεδαιμόνιος παρατυχὼν, καὶ θεησάμενος τὸ τέρας, συνεβούλευε Ἱπποκράτεϊ, πρῶτα μὲν γυναῖκα τεκνοποιὸν μὴ ἄγεσθαι ἐς τὰ οἰκία· εἰ δὲ τυγχάνει ἔχων, δεύτερα τὴν γυναῖκα ἐκπέμπειν· καὶ εἴ τίς οἱ τυγχάνει ἐὼν παῖς, τοῦτον ἀπείπασθαι. οὔκων, ταῦτα παραινέσαντος Χίλωνος, πείθε-

factum est, ut Pelasgicum genus, barbarum quum esset, numquam magnos fecerit profectus.

(59.) Horum igitur populorum *Atticum* quidem rescivit Croesus occupatum distractumque teneri a Pisistrato, Hippocratis filio, qui ea tempestate tyrannus erat Atheniensium. Hippocrati enim, quum esset privatus spectaretque Olympia, ingens oblatum prodigium fuerat. Sacra quum fecisset, in propinquo stantes lebetes, carnibus et aquâ repleti, absque igne fervere coeperant et exundare. Itaque Chilon Lacedaemonius, qui forte aderat prodigiumque erat conspicatus, suasit Hippocrati, primum quidem, *ne domum duceret uxorem ex qua liberos procrearet: sin iam haberet,* secundo loco, *ut repudiaret uxorem; filiumque, si forte ei iam natus esset, abdicaret.*

σθαι θέλειν τὸν Ἱπποκράτεα. γενέσθαι οἱ μετὰ ταῦτα
15 τὸν Πεισίστρατον τοῦτον, ὃς, στασιαζόντων τῶν παρά-
λων καὶ τῶν ἐκ τοῦ πεδίου Ἀθηναίων, καὶ τῶν μὲν προε-
στεῶτος Μεγακλέος τοῦ Ἀλκμαίωνος, τῶν δὲ ἐκ τοῦ
πεδίου Λυκούργου Ἀριστολαΐδεω, καταφρονήσας τὴν
τυραννίδα, ἤγειρε τρίτην στάσιν. συλλέξας δὲ στασιώ-
20 τας, καὶ τῷ λόγῳ τῶν ὑπερακρίων προστὰς, μηχανᾶ-
ται τοιάδε. τρωματίσας ἑωυτόν τε καὶ ἡμιόνους, ἤλασε
ἐς τὴν ἀγορὴν τὸ ζεῦγος, ὡς ἐκπεφευγὼς τοὺς ἐχθροὺς,
οἵ μιν ἐλαύνοντα ἐς ἀγρὸν ἠθέλησαν ἀπολέσαι δῆθεν·
ἐδέετό τε τοῦ δήμου φυλακῆς τινος πρὸς αὐτοῦ κυρῆσαι,
25 πρότερον εὐδοκιμήσας ἐν τῇ πρὸς Μεγαρέας γενομένῃ
στρατηγίῃ, Νίσαιάν τε ἑλὼν, καὶ ἄλλα ἀποδεξάμενος
μεγάλα ἔργα. Ὁ δὲ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων ἐξαπατηθεὶς,

Cuius consilio parere nolenti Hippocrati natus posthac est hic Pisistratus; qui in seditione litoralium Atheniensium, quibus praeerat Megacles, Alcmaeonis filius, et campestrium, quibus Lycurgus praeerat Aristolaidae filius, tertiam concitavit factionem, tyrannidem adfectans. Contractis enim seditiosis qui secum facerent, per caussam tutandi montanos, huiuscemodi rem machinatus est. Se ipsum ac mulos quum vulnerasset, agitavit iumenta in forum, quasi elapsus esset ex inimicorum manibus, qui ipsum rus proficiscentem interimere nimirum voluissent; precatusque est populum, ut aliquid custodiae ab illo obtineret: iam enim prius in existimatione apud populum fuerat, quod in bello adversus Megarenses, ipsius ductu gesto, cepisset Nisaeam, et alia praeclare facta edidisset. Sic deceptus populus Atheniensium adiunxit ei

ἔδωκέ οἱ τῶν ἀστῶν καταλέξας ἄνδρας τούτους, οἳ δορυφόροι μὲν οὐκ ἐγένοντο Πεισιστράτου, κορυνηφόροι δέ. ξύλων γὰρ κορύνας ἔχοντες εἵποντό οἱ ὄπισθε. συνεπα- 30 ναστάντες δὲ οὗτοι ἅμα Πεισιστράτῳ, ἔσχον τὴν ἀκρόπολιν. ἔνθα δὴ ὁ Πεισίστρατος ἦρχε Ἀθηναίων, οὔτε τιμὰς τὰς ἐούσας συνταράξας, οὔτε θέσμια μεταλλάξας· ἐπί τε τοῖσι κατεστεῶσι ἔνεμε τὴν πόλιν, κοσμέων 60 καλῶς τε καὶ εὖ. Μετὰ δὲ οὐ πολλὸν χρόνον τὠυτὸ φρονήσαντες οἵ τε τοῦ Μεγακλέους στασιῶται καὶ οἱ τοῦ Λυκούργου, ἐξελαύνουσί μιν. οὕτω μὲν Πεισίστρατος ἔσχε τὸ πρῶτον Ἀθήνας, καὶ τὴν τυραννίδα οὔκω κάρτα ἐῤῥιζωμένην ἔχων, ἀπέβαλε. οἱ δὲ ἐξελάσαντες 5 Πεισίστρατον, αὖτις ἐκ νέης ἐπ' ἀλλήλοισι ἐστασίασαν. περιελαυνόμενος δὲ τῇ στάσει ὁ Μεγακλέης, ἐπεκηρυκεύετο Πεισιστράτῳ, εἰ βούλοιτό οἱ τὴν θυγατέρα ἔχειν

delectos viros, qui ut satellites non quidem hastis eum stipabant, sed clavis: ligneas enim clavas gestantes, a tergo eum sequebantur. Iidem vero simul cum Pisistrato insurgentes, arcem occuparunt. Inde igitur imperio Atheniensium potitus *Pisistratus,* nullis qui tunc erant magistratibus perturbatis, neque legibus mutatis, sed priore statu integro, administravit civitatem, ac bene recteque ordinavit. (60.) Sed haud multo post Megaclis factio, et factio Lycurgi, factâ consensione, eum eiecerunt. Ita Pisistratus, postquam primum Athenas obtinuerat, mox tyrannidem nondum satis firmatam rursus amisit. Sed, qui eum eiecerant, mox denuo inter se dissidium fecerunt. Fatigatus autem seditione Megacles, misso ad Pisistratum caduceatore, sciscitatus est *velletne filiam*

γυναῖκα ἐπὶ τῇ τυραννίδι. ἐνδεξαμένου δὲ τὸν λόγον καὶ
10 ὁμολογήσαντος ἐπὶ τούτοισι Πεισιστράτου, μηχανῶνται
δὴ ἐπὶ τῇ κατόδῳ πρῆγμα εὐηθέστατον, ὡς ἐγὼ εὑρίσκω,
μακρῷ· ἐπεί γε ἀπεκρίθη ἐκ παλαιτέρου τοῦ βαρβάρου
ἔθνεος τὸ Ἑλληνικὸν, ἐὸν καὶ δεξιώτερον, καὶ
εὐηθίης ἠλιθίου ἀπηλλαγμένον μᾶλλον· εἰ καὶ τότε γε
15 οὗτοι ἐν Ἀθηναίοισι, τοῖσι πρώτοισι λεγομένοισι εἶναι
Ἑλλήνων σοφίην, μηχανῶνται τοιάδε. Ἐν τῷ δήμῳ τῷ
Παιανιέϊ ἦν γυνὴ, τῇ οὔνομα ἦν Φύη, μέγαθος ἀπὸ
τεσσέρων πηχέων ἀπολείπουσα τρεῖς δακτύλους, καὶ
ἄλλως εὐειδής. ταύτην τὴν γυναῖκα σκευάσαντες πανοπλίῃ,
20 ἐς ἅρμα ἐσβιβάσαντες, καὶ προδέξαντες σχῆμα
οἷόν τι ἔμελλε εὐπρεπέστατον φανέεσθαι ἔχουσα, ἤλαυνον
ἐς τὸ ἄστυ, προδρόμους κήρυκας προπέμψαντες, οἳ

suam ducere uxorem, tyrannidis praemio. Quem sermonem ubi admisit *Pisistratus*, eaque conditione pactionem cum Megacle iniit, machinantur hi ad illum reducendum rem, ut mihi quidem plane videtur, longe stultissimam. Quandoquidem enim iam a priscis inde temporibus a barbarico genere distinctum Graecum fuit, utpote dexterius et a stolida fatuitate magis abhorrens, stultum utique debet videri, usos illos esse tali invento apud Athenienses, qui inter Graecos feruntur sapientiâ principes. Erat in pago Paeaniensi mulier, nomine *Phya*, quatuor cubitorum staturâ minus tribus digitis, et alioqui formosa. Hanc mulierem quum universâ instruxissent armaturâ, in currumque sustulissent edoctam prius eum adsumere vultus corporisque habitum quo maxime decora esset adparitura, in urbem agunt, praemissis

τὰ ἐντεταλμένα ἠγόρευον ἐς τὸ ἄστυ ἀπικόμενοι, λέγοντες τοιάδε· „Ὦ Ἀθηναῖοι, δέκεσθε ἀγαθῷ νόῳ Πει„σίστρατον, τὸν αὐτὴ ἡ Ἀθηναίη τιμήσασα ἀνθρώπων 25
„μάλιστα, κατάγει ἐς τὴν ἑωυτῆς ἀκρόπολιν." Οἱ μὲν δὴ ταῦτα διαφοιτέοντες ἔλεγον· αὐτίκα δὲ ἔς τε τοὺς δήμους Φάτις ἀπίκετο, ὡς Ἀθηναίη Πεισίστρατον κατάγει· καὶ οἱ ἐν τῷ ἄστεϊ πειθόμενοι τὴν γυναῖκα εἶναι αὐτὴν τὴν Θεὸν, προσεύχοντό τε τὴν ἄνθρωπον, καὶ ἐδέ- 30
κοντο τὸν Πεισίστρατον.

61 Ἀπολαβὼν δὲ τὴν τυραννίδα τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ ὁ Πεισίστρατος, κατὰ τὴν ὁμολογίην τὴν πρὸς Μεγακλέα γενομένην γαμέει τοῦ Μεγακλέους τὴν θυγατέρα. οἷα δὲ παίδων τέ οἱ ὑπαρχόντων νεηνιέων, καὶ λεγομένων ἐναγέων εἶναι τῶν Ἀλκμαιωνιδέων, οὐ βουλόμενός οἱ γε- 5
νέσθαι ἐκ τῆς νεογάμου γυναικὸς τέκνα, ἐμίσγετό οἱ οὐ

qui praecurrerent praeconibus, qui ubi in urbem venissent haec mandata edicerent: *Athenienses, bono animo excipite Pisistratum, quem Minerva ipsa praecipuo inter homines honore prosecuta, in suam reducit arcem!* Hi igitur passim circumeuntes haec praedicaverunt: statimque rumor per pagos manavit, Pisistratum a Minerva reduci; et qui in urbe erant, persuasi hanc mulierem esse ipsam Minervam, adorarunt eam, Pisistratumque receperunt.

(61.) Hunc igitur in modum, quem diximus, recuperatâ tyrannide, *Pisistratus* ex pacto cum Megacle inito filiam Megaclis duxit uxorem. Verum quum et filii essent ei adolescentes, et Alcmaeonidae dicerentur obnoxii esse piaculo, nolens ex novo coniugio liberos suscipere, non uti fas est coibat cum

κατὰ νόμον. τὰ μέν νυν πρῶτα ἔκρυπτε ταῦτα ἡ γυνή·
μετὰ δὲ, εἴτε ἱστορεύσῃ, εἴτε καὶ οὔ, φράζει τῇ ἑωυτῆς
μητρί· ἡ δὲ, τῷ ἀνδρί. τὸν δὲ δεινόν τι ἔσχε, ἀτιμάζε-
10 σθαι πρὸς Πεισιστράτου. ὀργῇ δὲ, ὡς εἶχε, καταλλάσ-
σετο τὴν ἔχθρην τοῖσι στασιώτῃσι. μαθὼν δὲ ὁ Πεισί-
στρατος τὰ ποιεύμενα ἐπ' ἑωυτῷ, ἀπαλλάσσετο ἐκ τῆς
χώρης τὸ παράπαν. ἀπικόμενος δὲ ἐς Ἐρέτριαν, ἐβου-
λεύετο ἅμα τοῖσι παισί. Ἱππίεω δὲ γνώμην νικήσαντος,
15 ἀνακτᾶσθαι ὀπίσω τὴν τυραννίδα, ἐνθαῦτα ἤγειρον δω-
τίνας ἐκ τῶν πολίων, αἵ τινές σφι προηδέατό κού τι.
πολλῶν δὲ μεγάλα παρασχόντων χρήματα, Θηβαῖοι
ὑπερεβάλοντο τῇ δόσει τῶν χρημάτων. μετὰ δὲ, οὐ πολ-
λῷ λόγῳ εἰπεῖν, χρόνος διέφυ, καὶ πάντα σφι ἐξήρτυτο
20 ἐς τὴν κάτοδον. καὶ γὰρ Ἀργεῖοι μισθωτοὶ ἀπίκοντο ἐκ

uxore. Atque id quidem primum celavit mulier: deinde vero, sive interrogata a matre, sive minus, matri suae adperuit, atque illa cum marito rem communicavit. Megacles vero inique ferens se a Pisistrato ludibrio haberi, per iram e vestigio cum adversae factionis hominibus, positis inimicitiis, in gratiam rediit. Tum Pisistratus, ubi quid contra se ageretur rescivit, prorsus e terrâ Atticâ discessit: et Eretriam profectus, ibi cum filiis de rebus suis deliberavit. Ubi vincente Hippiae sententiâ, *tyrannidem postliminio occupandam* censentis, munera colligebant ex eis civitatibus, quae illos superiori tempore observantia quadem erant prosecuti. Quarum quum multae magnas conferrent pecunias, Thebani prae caeteris liberalitate eminuere. Posthaec, ut brevi sermone absolvam, interiecto tempore, omnia ad reditum

Πελοποννήσου· καὶ Νάξιός σφι ἀνὴρ ἀπιγμένος ἐθελοντὴς, τῷ οὔνομα ἦν Λύγδαμις, προθυμίην πλείστην παρείχετο, κομίσας καὶ χρήματα καὶ ἄνδρας. 62 Ἐξ Ἐρετρίης δὲ ὁρμηθέντες, διὰ ἑνδεκάτου ἔτεος ἀπίκοντο ὀπίσω. καὶ πρῶτον τῆς Ἀττικῆς ἴσχουσι Μαραθῶνα. ἐν δὲ τούτῳ τῷ χώρῳ σφι στρατοπεδευομένοισι, οἵ τε ἐκ τοῦ ἄστεος στασιῶται ἀπίκοντο, ἄλλοι τε ἐκ τῶν δήμων 5 προσέῤῥεον, οἷσι ἡ τυραννὶς πρὸ ἐλευθερίης ἦν ἀσπαστότερον. οὗτοι μὲν δὴ συνηλίζοντο. Ἀθηναίων δὲ οἱ ἐκ τοῦ ἄστεος, ἕως μὲν Πεισίστρατος τὰ χρήματα ἤγειρε, καὶ μεταῦτις ὡς ἔσχε Μαραθῶνα, λόγον οὐδένα εἶχον. ἐπεί τε δὲ ἐπύθοντο ἐκ τοῦ Μαραθῶνος αὐτὸν πορεύεσθαι ἐπὶ 10 τὸ ἄστυ, οὕτω δὴ βοηθέουσι ἐπ' αὐτόν. καὶ οὗτοί τε

eis parata fuere: nam et Argivi mercenarii advenerant ex Peloponneso, et Naxius vir, cui Lygdamis nomen, ultro eos convenerat, et quum pecuniis collatis, tum adductis militibus, propensam inprimis animi voluntatem probaverat. (62.) Itaque Eretriâ profecti, undecimo anno in patriam redierunt, et primum in Atticâ terrâ Marathonem occuparunt. Quo loco quum castra posuissent, mox partim ex urbe qui cum illis sentiebant ad eos conveniebant, partim e pagis alii confluebant; quibus regnum libertate erat optabilius. Atque ita hi quidem congregabantur. Athenienses vero in urbe, quam diu Pisistratus pecuniam cogebat, ac deinde rursus quum Marathonem teneret, nullam eius rationem habuerant: sed ubi resciverunt, Marathone eum urbem versus movere, tum vero ei occurrendum statuerunt. Hi igitur cum omnibus copiis adversus redeuntes egressi sunt:

πανστρατιῇ ἤϊσαν ἐπὶ τοὺς κατιόντας· καὶ οἱ ἀμφὶ Πεισίστρατον, ὡς ὁρμηθέντες ἐκ Μαραθῶνος ἤϊσαν ἐπὶ τὸ ἄστυ, ἐς τὠυτὸ συνιόντες ἀπικνέονται ἐπὶ Παλληνίδος
15 Ἀθηναίης ἱρὸν, καὶ ἀντία ἔθεντο τὰ ὅπλα. ἐνθαῦτα θείῃ πομπῇ χρεώμενος παρίσταται Πεισιστράτῳ Ἀμφίλυτος ὁ Ἀκαρνὰν, χρησμολόγος ἀνὴρ, ὅς οἱ προσιὼν χρᾷ ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ, τάδε λέγων·

Ἔῤῥιπται δ' ὁ βόλος, τὸ δὲ δίκτυον ἐκπεπέτασται·
20 θῦνοι δ' οἰμήσουσι σεληναίης διὰ νυκτός.

Ὁ μὲν δή οἱ ἐνθεάζων χρᾷ τάδε· Πεισίστρατος δὲ, συλ- 63 λαβὼν τὸ χρηστήριον, καὶ φὰς δέκεσθαι τὸ χρησθὲν, ἐπῆγε τὴν στρατιήν. Ἀθηναῖοι δὲ οἱ ἐκ τοῦ ἄστεος πρὸς ἄριστον τετραμμένοι ἦσαν δὴ τηνικαῦτα· καὶ μετὰ τὸ
5 ἄριστον μετεξέτεροι αὐτῶν, οἱ μὲν, πρὸς κύβους, οἱ δὲ,

LXII. 17. Ἀκαρνὰν) *Rectius* Ἀχαρνεὺς, Acharnensis.

simulque Pisistratus et qui cum eo erant, ut Marathone profecti contra urbem ivere, illis occurrentes ad templum pervenerunt Pallenidos Minervae, ibique castra ex adverso posuerunt. Ibi tum divinitus missus adstitit Pisistrato Amphilytus Acarnan, [*sive potius* Acharnensis,] vir vaticinia edere doctus; qui illum adiens, hexametro tenore vaticinium edidit his verbis:

Iactum est verriculum nunc, est tibi rete repansum:
nocte aderunt thynni claro sub sidere lunae.

(63.) Sic ille divino adflatu concitatus cecinit: *Pisistratus* vero, percepto oraculo, *accipere se omen* dicens, exercitum in hostes duxit. Athenienses autem urbani per id tempus ad prandium se converterant, et a prandio alii ad tesserarum ludum, alii ad som-

πρὸς ὕπνον. οἱ δὲ ἀμφὶ Πεισίστρατον ἐσπεσόντες, τοὺς Ἀθηναίους τρέπουσι. Φευγόντων δὲ τούτων, βουλὴν ἐνθαῦτα σοφωτάτην Πεισίστρατος ἐπιτεχνᾶται, ὅκως μήτε ἁλισθεῖεν ἔτι οἱ Ἀθηναῖοι, διεσκεδασμένοι τε εἶεν. ἀναβιβάσας τοὺς παῖδας ἐπὶ ἵππους, προέπεμπε· οἱ 10 δὲ καταλαμβάνοντες τοὺς φεύγοντας, ἔλεγον τὰ ἐντεταλμένα ὑπὸ Πεισιστράτου, θαρσέειν τε κελεύοντες, 64 καὶ ἀπιέναι ἕκαστος ἐπὶ τὰ ἑωυτοῦ. Πειθομένων δὲ τῶν Ἀθηναίων, οὕτω δὴ Πεισίστρατος τὸ τρίτον σχὼν Ἀθήνας, ἐῤῥίζωσε τὴν τυραννίδα ἐπικούροισί τε πολλοῖσι, καὶ χρημάτων συνόδοισι, τῶν μὲν, αὐτόθεν, τῶν δὲ, ἀπὸ Στρυμόνος ποταμοῦ συνιόντων· ὁμήρους τε τῶν παρα- 5 μεινάντων Ἀθηναίων καὶ μὴ αὐτίκα φυγόντων παῖδας λαβὼν, καὶ καταστήσας ἐς Νάξον· (καὶ γὰρ ταύτην ὁ Πεισίστρατος κατεστρέψατο πολέμῳ, καὶ ἐπέτρεψε

num. Hos igitur Pisistratus cum suis, facto impetu, in fugam vertit. Qui dum profugiunt, ibi tum prudentissimo consilio usus est Pisistratus, quo minus ordines redintegrarent Athenienses, sed dispersi manerent. Filios suos equis impositos praemisit; qui consecuti fugientes, Pisistrati verbis *bono animo esse* iuberent, *et ad sua quemque abire*. (64.) Ita, dicto parentibus Atheniensibus, *Pisistratus* tertio potitus Athenis, tyrannidem firmavit quum auxiliaribus multis, tum pecuniarum reditibus, quae partim ex ipsa regione, partim a Strymone fluvio cogebantur. Filios quoque eorum Atheniensium, qui restiterant, nec e vestigio fugam capessiverant, obsidum loco captos Naxum transtulit: nam etiam hanc Pisistratus bello subegerat, et Lygdamidi tradiderat administrandam.

Λυγδάμι·) πρός γε ἔτι τούτοισι, τὴν νῆσον Δῆλον κα-
10 θήρας ἐκ τῶν λογίων. καθήρας δὲ ὧδε. ἐπ' ὅσον ἔπο-
ψις τοῦ ἱροῦ εἶχε, ἐκ τούτου τοῦ χώρου παντὸς ἐξορύξας
τοὺς νεκροὺς, μετεφόρεε ἐς ἄλλον χῶρον τῆς Δήλου.
καὶ Πεισίστρατος μὲν ἐτυράννευε Ἀθηναίων· Ἀθηναίων
δὲ οἱ μὲν ἐν τῇ μάχῃ ἐπεπτώκεσαν, οἱ δὲ αὐτῶν μετὰ
15 Ἀλκμαιωνίδεω ἔφευγον ἐκ τῆς οἰκηΐης.

Τοὺς μέν νυν Ἀθηναίους τοιαῦτα τὸν χρόνον τοῦτον 65
ἐπυνθάνετο ὁ Κροῖσος κατέχοντα· τοὺς δὲ Λακεδαιμο-
νίους ἐκ κακῶν τε μεγάλων πεφευγότας, καὶ ἐόντας
ἤδη τῷ πολέμῳ κατυπερτέρους Τεγεητέων. ἐπὶ γὰρ
5 Λέοντος βασιλεύοντος καὶ Ἡγησικλέος ἐν Σπάρτῃ, τοὺς
ἄλλους πολέμους εὐτυχέοντες οἱ Λακεδαιμόνιοι, πρὸς
Τεγεήτας μούνους προσέπταιον. τὸ δὲ ἔτι πρότερον τού-
των, καὶ κακονομώτατοι ἦσαν σχεδὸν πάντων Ἑλλήνων,

Ad haec Delum insulam ex oraculi responso expiavit. Expiavit autem hoc modo: quousque prospectus templi pertinet, ex tota ea regione effodienda cadavera curavit, et in alium insulae locum transferenda. Ita *Pisistratus* Athenis regnabat: Atheniensium autem alii in praelio ceciderant, alii cum Alcmaeonida e patria terra profugerunt.

(65.) Talem igitur rerum statum per id tempus apud Athenienses obtinere audiverat Croesus. *Lacedaemonios* vero rescivit, magnis malis defunctos, bello iam superiores esse Tegeatis. Quippe, regnantibus Spartae Leone et Hegesicle, quum caeteris in bellis feliciter rem gessissent Lacedaemonii, a Tegeatis solis cladem acceperant. Ac superioribus quidem temporibus et inter se invicem legibus usi erant pes-

κατά τε σφέας αὐτοὺς, καὶ ξείνοισι ἀπρόσμικτοι. μετέβαλον δὲ ὧδε ἐς εὐνομίην. Λυκούργου, τῶν Σπαρ- 10
τιητέων δοκίμου ἀνδρὸς, ἐλθόντος ἐς Δελφοὺς ἐπὶ τὸ χρηστήριον, ὡς ἐσήϊε ἐς τὸ μέγαρον, εὐθὺς ἡ Πυθίη λέγει τάδε·

Ἥκεις, ὦ Λυκόοργε, ἐμὸν ποτὶ πίονα νηὸν,
Ζηνὶ φίλος, καὶ πᾶσιν Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσι. 15
διζῶ ἤ σε θεὸν μαντεύσομαι, ἢ ἄνθρωπον.
ἀλλ' ἔτι καὶ μᾶλλον θεὸν ἔλπομαι, ὦ Λυκόοργε.

Οἱ μὲν δή τινες πρὸς τούτοισι λέγουσι καὶ φράσαι αὐτῷ τὴν Πυθίην τὸν νῦν κατεστεῶτα κόσμον Σπαρτιήτῃσι. ὡς δ' αὐτοὶ Λακεδαιμόνιοι λέγουσι, Λυκοῦργον ἐπιτρο- 20
πεύσαντα Λεωβώτεω, ἀδελφιδέου μὲν ἑωυτοῦ, βασιλεύοντος δὲ Σπαρτιητέων, ἐκ Κρήτης ἀγαγέσθαι ταῦ-

simis fere omnium Graecorum, et cum aliis populis nullum habuerant commercium. Sed leges eorum in melius mutatae sunt hoc modo. *Lycurgo*, viro inter Spartanos probato, Delphos ad oraculum profecto, simulatque penetrale ingressus est, protinus Pythia haecce profatur:

Ad mea venisti praepinguia templa, Lycurge,
grate Iovi et cunctis qui tecta tuentur Olympi.
Ambigo, te-ne deum iam nunc, hominemve, salutem:
sed multo magis esse deum te credo, Lycurge.

Nonnulli praeter haec aiunt Pythiam eidem leges etiam et instituta ea tradidisse, quae nunc apud Spartanos obtinent. At Lacedaemonii ipsi narrant, Lycurgum, quum fuisset tutor filii fratris sui Leobotae, Spartanorum regis, e Creta haec adtulisse. Simulat-

τα. ὡς γὰρ ἐπετρόπευσε τάχιστα, μετέστησε τὰ νόμιμα πάντα, καὶ ἐφύλαξε ταῦτα μὴ παραβαίνειν. μετὰ
25 δὲ, τὰ ἐς πόλεμον ἔχοντα, ἐνωμοτίας καὶ τριηκάδας καὶ συσσίτια, πρός τε τούτοισι τοὺς ἐφόρους καὶ γέροντας ἔστησε Λυκοῦργος. Οὕτω μὲν μεταβαλόντες εὐνομήθησαν. 66 τῷ δὲ Λυκούργῳ τελευτήσαντι ἱρὸν εἰσάμενοι, σέβονται μεγάλως. οἷα δὲ ἔν τε χώρῃ ἀγαθῇ, καὶ πλήθεϊ οὐκ ὀλίγων ἀνδρῶν, ἀνά τε ἔδραμον αὐτίκα, καὶ
5 εὐθηνήθησαν. καὶ δή σφι οὐκέτι ἀπέχρα ἡσυχίην ἄγειν, ἀλλὰ καταφρονήσαντες Ἀρκάδων κρέσσονες εἶναι, ἐχρηστηριάζοντο ἐν Δελφοῖσι ἐπὶ πάσῃ τῇ Ἀρκάδων χώρῃ. ἡ δὲ Πυθίη σφι χρᾷ τάδε·

Ἀρκαδίην μ' αἰτεῖς; μέγα μ' αἰτεῖς· οὔ τοι δώσω.
10 πολλοὶ ἐν Ἀρκαδίῃ βαλανηφάγοι ἄνδρες ἔασι,

que enim tutor factus est, omnia iura immutavit, operamque dedit ne quis ea quae ab ipso constituta essent transgrederetur. Deinde quae ad bellum pertinent ordinavit, enomotias, triacadas et syssitia: ad haec ephoros et senatores instituit Lycurgus. (66.) Ita igitur legibus institutisque in melius mutatis usi sunt Lacedaemonii: vita autem functo Lycurgo templum statuerunt, et magnopere eumdem colunt. Tum vero bonitate soli et cultorum frequentiâ factum est, ut brevi incrementum caperent, opibusque augerentur. Iamque quietem agere non contenti, quum Arcadibus praestantiores esse arbitrarentur, de universâ Arcadum regione oraculum Delphis consuluerunt. Quibus Pythia haecce respondit:

Me petis Arcadiam? Magnum petis: haud tibi tradam.
Multi apud Arcadiam vescentes glande viri sunt,

οἵ σ' ἀποκωλύσουσιν. ἐγώ δέ τοι οὔ τι μεγαίρω·
δώσω τοι Τεγέην ποσσίκροτον ὀρχήσασθαι,
καὶ καλὸν πεδίον σχοίνῳ διαμετρήσασθαι.

Ταῦτα ὡς ἀπενειχθέντα ἤκουσαν οἱ Λακεδαιμόνιοι, Ἀρκάδων μὲν τῶν ἄλλων ἀπείχοντο· οἱ δὲ, πέδας φερόμενοι, ἐπὶ Τεγεήτας ἐστρατεύοντο, χρησμῷ κιβδήλῳ πίσυνοι, ὡς δὴ ἐξανδραποδιούμενοι τοὺς Τεγεήτας. ἑσσωθέντες δὲ τῇ συμβολῇ, ὅσοι αὐτέων ἐζωγρήθησαν, πέδας τε ἔχοντες τὰς ἐφέροντο αὐτοὶ, καὶ σχοίνῳ διαμετρησάμενοι τὸ πεδίον τὸ Τεγεητέων, ἐργάζοντο. αἱ δὲ πέδαι αὗται, ἐν τῇσι ἐδεδέατο, ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἦσαν σῶαι ἐν Τεγέῃ, περὶ τὸν νηὸν τῆς Ἀλέης Ἀθηναίης κρεμάμεναι. 15 20

67 Κατὰ μὲν δὴ τὸν πρότερον πόλεμον συνεχέως αἰεὶ

qui te reiicient. Nec vero invidero prorsus:
saltandam Tegeam plantâ plaudente daturus,
utque queas campum metiri fune feracem.

Quod responsum ubi accepere Lacedaemonii, a caeteris quidem abstinuerunt Arcadibus, Tegeatis vero bellum intulerunt, compedes secum ferentes; videlicet captioso oraculo freti, tamquam redacturi Tegeatas in servitutem. Verum praelio victi, quicumque eorum vivi sunt capti, hi eisdem compedibus vincti, quas ipsi secum adtulerant, campumque Tegeatarum fune metientes, opus facere sunt coacti. Compedes autem illae, quibus hi vincti erant, ad meam usque aetatem Tegeae servatae sunt, circa Minervae Aleae templum suspensae.

(67.) Ita quidem priore bello infeliciter semper

κακῶς ἀέθλεον πρὸς τοὺς Τεγεήτας. κατὰ δὲ τὸν κατὰ
Κροῖσον χρόνον, καὶ τὴν Ἀναξανδρίδεώ τε καὶ Ἀρίστω-
νος βασιληΐην ἐν Λακεδαίμονι, ἤδη οἱ Σπαρτιῆται κα-
5 τυπέρτεροι τῷ πολέμῳ ἐγεγόνεσαν, τρόπῳ τοιῷδε γε-
νόμενοι. ἐπειδὴ αἰεὶ τῷ πολέμῳ ἑσσοῦντο ὑπὸ Τεγεη-
τέων, πέμψαντες θεοπρόπους ἐς Δελφοὺς, ἐπειρώτεον,
τίνα ἂν θεῶν ἱλασάμενοι, κατύπερθε τῷ πολέμῳ Τε-
γεητέων γενοίατο. ἡ δὲ Πυθίη σφι ἔχρησε, τὰ Ὀρέ-
10 στεω τοῦ Ἀγαμέμνονος ὀστέα ἐπαγαγομένους. ὡς δὲ
ἀνευρεῖν οὐκ οἷοί τε ἐγινέατο τὴν θήκην τοῦ Ὀρέστεω,
ἔπεμπον αὖτις τὴν ἐς θεὸν ἐπειρησομένους τὸν χῶρον ἐν
τῷ κέοιτο ὁ Ὀρέστης. εἰρωτῶσι δὲ ταῦτα τοῖσι θεοπρό-
ποισι λέγει ἡ Πυθίη τάδε·
15 Ἔστι τις Ἀρκαδίης Τεγέη λευρῷ ἐνὶ χώρῳ,
ἔνθ᾽ ἄνεμοι πνείουσι δύο κρατερῆς ὑπ᾽ ἀνάγκης,

pugnaverant cum Tegeatis: sed Croesi aetate, regnum Lacedaemone tenentibus Anaxandrida et Aristone, superiores iam bello fuerant Spartani, idque tali ratione erant consecuti. Quum in bello numquam non superarentur a Tegeatis, missis Delphos consultoribus sciscitati sunt oraculum, *quemnam deorum placarent, ut bello superiores Tegeatis essent futuri.* His Pythia respondit, *tum futuros, quum ossa Orestis, filii Agamemnonis, Spartam adtulissent.* At loculum Orestis postquam reperire nullo pacto potuerunt, rursus ad Deum mittunt sciscitaturos, *quonam loco situs Orestes esset?* Id interrogantibus haec respondit Pythia:

Est quaedam Arcadiae Tegea in regione patenti:
hic duo flant venti, vi pervehemente citati;

οἵ σ' ἀποκωλύσουσιν. ἐγὼ δέ τοι οὔ τι μεγαίρω·
δώσω τοι Τεγέην ποσσίκροτον ὀρχήσασθαι,
καὶ καλὸν πεδίον σχοίνῳ διαμετρήσασθαι.

Ταῦτα ὡς ἀπενειχθέντα ἤκουσαν οἱ Λακεδαιμόνιοι, Ἀρκάδων μὲν τῶν ἄλλων ἀπείχοντο· οἱ δὲ, πέδας φερό- 15 μενοι, ἐπὶ Τεγεήτας ἐστρατεύοντο, χρησμῷ κιβδήλῳ πίσυνοι, ὡς δὴ ἐξανδραποδιούμενοι τοὺς Τεγεήτας. ἑσσωθέντες δὲ τῇ συμβολῇ, ὅσοι αὐτέων ἐζωγρήθησαν, πέδας τε ἔχοντες τὰς ἐφέροντο αὐτοὶ, καὶ σχοίνῳ διαμετρησάμενοι τὸ πεδίον τὸ Τεγεητέων, ἐργάζοντο. αἱ δὲ 20 πέδαι αὗται, ἐν τῇσι ἐδεδέατο, ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἦσαν σῶαι ἐν Τεγέῃ, περὶ τὸν νηὸν τῆς Ἀλέης Ἀθηναίης κρεμάμεναι.

67 Κατὰ μὲν δὴ τὸν πρότερον πόλεμον συνεχέως αἰεὶ

qui te reiicient. Nec vero invidero prorsus:
saltandam Tegeam plantâ plaudente daturus,
utque queas campum metiri fune feracem.

Quod responsum ubi accepere Lacedaemonii, a caeteris quidem abstinuerunt Arcadibus, Tegeatis vero bellum intulerunt, compedes secum ferentes; videlicet captioso oraculo freti, tamquam redacturi Tegeatas in servitutem. Verum praelio victi, quicumque eorum vivi sunt capti, hi eisdem compedibus vincti, quas ipsi secum adtulerant, campumque Tegeatarum fune metientes, opus facere sunt coacti. Compedes autem illae, quibus hi vincti erant, ad meam usque aetatem Tegeae servatae sunt, circa Minervae Aleae templum suspensae.

(67.) Ita quidem priore bello infeliciter semper

κακῶς ἀέθλεον πρὸς τοὺς Τεγεήτας. κατὰ δὲ τὸν κατὰ
Κροῖσον χρόνον, καὶ τὴν Ἀναξανδρίδεώ τε καὶ Ἀρίστω-
νος βασιληΐην ἐν Λακεδαίμονι, ἤδη οἱ Σπαρτιῆται κα-
5 τυπέρτεροι τῷ πολέμῳ ἐγεγόνεσαν, τρόπῳ τοιῷδε γε-
νόμενοι. ἐπειδὴ αἰεὶ τῷ πολέμῳ ἑσσοῦντο ὑπὸ Τεγεη-
τέων, πέμψαντες θεοπρόπους ἐς Δελφοὺς, ἐπειρώτεον,
τίνα ἂν θεῶν ἱλασάμενοι, κατύπερθε τῷ πολέμῳ Τε-
γεητέων γενοίατο. ἡ δὲ Πυθίη σφι ἔχρησε, τὰ Ὀρέ-
10 στεω τοῦ Ἀγαμέμνονος ὀστέα ἐπαγαγομένους. ὡς δὲ
ἀνευρεῖν οὐκ οἷοί τε ἐγινέατο τὴν θήκην τοῦ Ὀρέστεω,
ἔπεμπον αὖτις τὴν ἐς θεὸν ἐπειρησομένους τὸν χῶρον ἐν
τῷ κέοιτο ὁ Ὀρέστης. εἰρωτῶσι δὲ ταῦτα τοῖσι θεοπρό-
ποισι λέγει ἡ Πυθίη τάδε·

15 Ἔστι τις Ἀρκαδίης Τεγέη λευρῷ ἐνὶ χώρῳ,
ἔνθ' ἄνεμοι πνείουσι δύο κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης,

pugnaverant cum Tegeatis: sed Croesi aetate, regnum Lacedaemone tenentibus Anaxandrida et Aristone, superiores iam bello fuerant Spartani, idque tali ratione erant consecuti. Quum in bello numquam non superarentur a Tegeatis, missis Delphos consultoribus sciscitati sunt oraculum, *quemnam deorum placarent, ut bello superiores Tegeatis essent futuri.* His Pythia respondit, *tum futuros, quum ossa Orestis, filii Agamemnonis, Spartam adtulissent.* At loculum Orestis postquam reperire nullo pacto potuerunt, rursus ad Deum mittunt sciscitaturos, *quonam loco situs Orestes esset?* Id interrogantibus haec respondit Pythia:

Est quaedam Arcadiae Tegea in regione patenti:
hic duo flant venti, vi pervehemente citati;

καὶ τύπος ἀντίτυπος, καὶ πῆμ' ἐπὶ πήματι κεῖται.
ἔνθ' Ἀγαμεμνονίδην κατέχει φυσίζοος αἶα·
τὸν σὺ κομισσάμενος, Τεγέης ἐπιτάῤῥοθος ἔσσῃ.

Ὡς δὲ καὶ ταῦτα ἤκουσαν οἱ Λακεδαιμόνιοι, ἀπεῖχον 20 *τῆς ἐξευρέσιος οὐδὲν ἔλασσον, πάντα διζήμενοι· ἐς οὗ δὴ Λίχης, τῶν ἀγαθοεργῶν καλεομένων Σπαρτιητέων, ἀνεῦρε. οἱ δὲ ἀγαθοεργοὶ εἰσὶ τῶν ἀστῶν, ἐξιόντες ἐκ τῶν ἱππέων αἰεὶ οἱ πρεσβύτατοι, πέντε ἔτεος ἑκάστου· τοὺς δεῖ τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν, τὸν ἂν ἐξίωσι ἐκ τῶν ἱππέων,* 25 *Σπαρτιητέων τῷ κοινῷ διαπεμπομένους, μὴ ἐλινύειν,* 68 *ἄλλους ἄλλῃ. Τουτέων ὦν τῶν ἀνδρῶν Λίχης ἀνεῦρε ἐν Τεγέῃ, καὶ συντυχίῃ χρησάμενος καὶ σοφίῃ. ἐούσης γὰρ τοῦτον τὸν χρόνον ἐπιμιξίης πρὸς τοὺς Τεγεήτας, ἐλθὼν ἐς χαλκήϊον, ἐθηεῖτο σίδηρον ἐξελαυνόμενον· καὶ*

forma hostis formae, et noxae superindita noxa.
Hic Agamemnonides terrâ omniparente tenetur;
quo tu sublato, Tegeae sperabere victor.

Ubi haec quoque audierunt Lacedaemonii, nihilo magis reperire potuerunt, omnia licet disquirentes: donec tandem Lichas, unus ex iis Spartanis qui *benemeriti* (*Agathoërgi* graece) vocantur, invenit. Sunt autem *Benemeriti*, cives e militiâ equestri egressi, aetate semper maximi, quinque quotannis: qui eo anno, quo ex equitibus exeunt, non debent otium agere, sed rei publicae caussâ Spartanorum alius alio dimittuntur. (68.) Ex horum igitur hominum numero Lichas id quod quaerebatur invenit Tegeae, quum fortunâ usus, tum solertiâ. Nam quum eo tempore ius commercii esset Lacedaemoniis cum Tegeatis, intrans ille Tegeae in ferrariam officinam, specta-

5 ἐν ϑώματι ἦν, ὁρέων τὸ ποιεόμενον. μαθὼν δέ μιν ὁ
χαλκεὺς ἀποθωμάζοντα, εἶπε παυσάμενος τοῦ ἔργου·
„Ἦ κου ἂν, ὦ ξεῖνε Λάκων, εἴ περ εἶδές τό περ ἐγὼ,
„κάρτα ἂν ἐθώμαζες, ὅκου νῦν οὕτω τυγχάνεις ϑῶμα
„ποιεύμενος τὴν ἐργασίην τοῦ σιδήρου. ἐγὼ γὰρ ἐν τῇδε
10 „ϑέλων τῇ αὐλῇ φρέαρ ποιήσασθαι, ὀρύσσων ἐπέτυχον
„σορῷ ἑπταπήχεϊ· ὑπὸ δὲ ἀπιστίης μὴ μὲν γενέσθαι
„μηδαμὰ μέζονας ἀνθρώπους τῶν νῦν, ἄνῳξα αὐτὴν, καὶ
„εἶδον τὸν νεκρὸν μήκεϊ ἴσον ἐόντα τῇ σορῷ. μετρήσας
„δὲ, συνέχωσα ὀπίσω." Ὁ μὲν δή οἱ ἔλεγε τά περ
15 ὀπώπεε· ὁ δὲ, ἐννώσας τὰ λεγόμενα, συνεβάλλετο τὸν
Ὀρέστεα κατὰ τὸ ϑεοπρόπιον τοῦτον εἶναι, τῇδε συμ-
βαλλεόμενος· τοῦ χαλκέος δύο ὁρέων φύσας, τοὺς ἀνέ-
μους εὑρίσκε ἐόντας· τὸν δὲ ἄκμονα καὶ τὴν σφύραν, τὸν

bat ibi procudendi ferri rationem, mirabaturque id quod fieri videbat. Cuius admirationem animadvertens faber, cessans ab opere ait: *Profecto magis quodammodo, hospes Lacon, miratus fuisses, si id quod ego vidi, tu vidisses, qui nunc fabricationem ferri ita admiraris. Hac ipsa enim in aula puteum quum facere voluissem, fodiendo incidi in loculum septem cubitorum. Ego vero, quum persuadere omnino mihi non potuissem, fuisse umquam maiores quam nunc sunt homines, aperui loculum, et vidi cadaver eâdem cum loculo longitudine: cuius postquam mensuram cepi, rursus terrâ loculum obrui.* Haec illo quae viderat referente, Lichas narrata animo volvens, coniectabat esse hunc *Orestem*, quem oraculum dixisset. Coniectabat autem hac ratione. Duos videns fabri ferrarii folles, hos esse ventos illos

τε τύπον καὶ τὸν ἀντίτυπον· τὸν δὲ ἐξελαυνόμενον σίδηρον, τὸ πῆμα ἐπὶ πήματι κείμενον· κατὰ τοιόνδε τι εἰκάζων, 20 ὡς ἐπὶ κακῷ ἀνθρώπου σίδηρος ἀνεύρηται. Συμβαλλεόμενος δὲ ταῦτα, καὶ ἀπελθὼν ἐς Σπάρτην, ἔφραζε Λακεδαιμονίοισι πᾶν τὸ πρῆγμα. οἱ δὲ, ἐκ λόγου πλαστοῦ ἐπενείκαντές οἱ αἰτίην, ἐδίωξαν. ὁ δὲ, ἀπικόμενος ἐς Τεγέην, καὶ φράζων τὴν ἑωυτοῦ συμφορὴν πρὸς τὸν 25 χαλκέα, ἐμισθοῦτο παρ' οὐκ ἐκδιδόντος τὴν αὐλήν. χρόνῳ δὲ ὡς ἀνέγνωσε, ἐνοικίσθη. ἀνορύξας δὲ τὸν τάφον, καὶ τὰ ὀστέα συλλέξας, οἴχετο φέρων ἐς Σπάρτην. καὶ ἀπὸ τούτου τοῦ χρόνου, ὅκως ἐπιπειρῴατο ἀλλήλων, πολλῷ κατυπέρτεροι τῷ πολέμῳ ἐγίνοντο οἱ Λακεδαι- 30 μόνιοι· ἤδη δέ σφι καὶ ἡ πολλὴ τῆς Πελοποννήσου ἦν κατεστραμμένη.

repericbat: incudem vero et malleum, formam (*sive* ictum) et formae (*sive* ictus) repercussionem: procusum vero ferrum, noxam superinditam noxae; quod quidem ex ea coniectabat ratione, quod in noxam hominis inventum esset ferrum. Quae quum ita ille coniectasset, Spartam abiit, totamque rem Lacedaemoniis exposuit. Tum illi ex composito fictum crimen homini inferentes, exilio eumdem mulctant. Qui Tegeam profectus, calamitatem suam retulit fabro, cum eoque egit ut aulam sibi elocaret: cui diu quidem reluctanti quum ad extremum persuasisset, inibi habitavit; moxque effosso sepulcro ossa collegit, Spartamque remigrans transportavit. Quo ex tempore, quoties vires suas invicem tentarunt, semper superiores bello excessere Lacedaemonii: eisdemque iam maior etiam pars Peloponnesi erat subiecta.

ΤΑΥΤΑ δὴ ὦν πάντα πυνθανόμενος ὁ Κροῖσος, 69
ἔπεμπε ἐς Σπάρτην ἀγγέλους δῶρά τε φέροντας, καὶ
δεησομένους συμμαχίης, ἐντειλάμενός τε τὰ λέγειν χρῆν.
οἱ δὲ, ἐλθόντες ἔλεγον· „Ἔπεμψε ἡμέας Κροῖσος ὁ
5 „Λυδῶν τε καὶ ἄλλων ἐθνέων βασιλεὺς, λέγων τάδε·
„Ὦ Λακεδαιμόνιοι, χρήσαντος τοῦ θεοῦ τὸν Ἕλληνα
„φίλον προσθέσθαι, ὑμέας γὰρ πυνθάνομαι προεστά-
„ναι τῆς Ἑλλάδος, ὑμέας ὦν κατὰ τὸ χρηστήριον
„προσκαλέομαι, φίλος τε θέλων γενέσθαι καὶ σύμ-
10 „μαχος ἄνευ τε δόλου καὶ ἀπάτης." Κροῖσος μὲν δὴ
ταῦτα δι' ἀγγέλων ἐπεκηρυκεύετο. Λακεδαιμόνιοι δὲ,
ἀκηκοότες καὶ αὐτοὶ τὸ θεοπρόπιον τὸ Κροίσῳ γενόμενον,
ἥσθησάν τε τῇ ἀφίξει τῶν Λυδῶν, καὶ ἐποιήσαντο ὅρ-
κια ξεινίης πέρι καὶ ξυμμαχίης· καὶ γάρ τινες αὐτοὺς
15 εὐεργεσίαι εἶχον ἐκ Κροίσου πρότερον ἔτι γεγονυῖαι. πέμ-

(69.) Haec igitur cuncta quum *Croesus* comperisset, legatos Spartam misit dona ferentes, societatemque petentes, quibus quae dicerent mandavit. Qui ubi advenere, his usi sunt verbis: *Misit nos Croesus, Lydorum rex aliorumque populorum, haec dicens: O Lacedaemonii, quoniam deus me per oraculum monuit, ut Graecum adsciscerem socium, vosque audio principatum tenere Graeciae, vos idcirco ex oraculi mandato invito, amicus esse cupiens et socius absque dolo et fraude.* Haec Croesus per legatos nunciavit. Quorum aduentu gavisi Lacedaemonii, qui et ipsi oraculum Croeso editum cognoverant, hospitium et societatem pacto foedere cum eo contraxeruut; nam et antea iam beneficia nonnulla Croesi in illos exstiterant. Sardes enim

ψαντες γὰρ οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐς Σάρδις, χρυσὸν ὠνέοντο, ἐς ἄγαλμα βουλόμενοι χρήσασθαι, τοῦτο τὸ νῦν τῆς Λακωνικῆς ἐν Θόρνακι ἵδρυται Ἀπόλλωνος· Κροῖσος δέ
70 σφι ὠνεομένοισι ἔδωκε δωτίνην. Τουτέων τε ὦν εἵνεκεν οἱ Λακεδαιμόνιοι τὴν συμμαχίην ἐδέξαντο, καὶ ὅτι ἐκ πάντων σφέας προκρίνας Ἑλλήνων, αἱρέετο φίλους. καὶ τοῦτο μὲν, αὐτοὶ ἔσαν ἑτοῖμοι ἐπαγγείλαντι· τοῦτο δὲ, ποιησάμενοι κρητῆρα χάλκεον, ζωδίων τε ἔξωθεν πλή- 5 σαντες περὶ τὸ χεῖλος, καὶ μεγάθεϊ τριηκοσίους ἀμφορέας χωρέοντα ἄγον, δῶρον βουλόμενοι ἀντιδοῦναι Κροίσῳ. οὗτος ὁ κρητὴρ οὐκ ἀπίκετο ἐς Σάρδις, δι' αἰτίας διφασίας λεγομένας τάσδε· οἱ μὲν Λακεδαιμόνιοι λέγουσι, ὡς ἐπεί τε ἀγόμενος ἐς τὰς Σάρδις ὁ κρητὴρ ἐγί- 10 νετο κατὰ τὴν Σαμίην, πυθόμενοι Σάμιοι ἀπελοίατο αὐτὸν, νηυσὶ μακρῇσι ἐπιπλώσαντες. αὐτοὶ δὲ Σάμιοι

quum misissent Lacedaemonii ad emendum aurum, quo usuri erant in statuam, hanc quae Apollini posita nunc est in Thornace Laconiae, Croesus illud emturis dono dederat. (70.) Quum hanc igitur ob caussam, tum quod ipsos reliquis omnibus praeferens Graecis selegisset amicos, societatem admiserunt Lacedaemonii. Ac non modo parati erant denuncianti mittere auxilia, verum etiam craterem aeneum fabricandum curarunt, multis imagunculis circa exterius labium ornatum, ea magnitudine ut trecentas caperet amphoras, quem ad Croesum miserunt, dono hoc illum remuneraturi. Hic vero crater Sardes non pervenit, cuius rei caussa dupliciter narratur. Lacedaemonii quidem aiunt, quum Sardes veheretur crater et prope Samum esset, Samios, re cognita, na-

λέγουσι, ὡς ἐπεί τε ὑστέρησαν οἱ ἄγοντες τῶν Λακεδαιμονίων τὸν κρητῆρα, ἐπυνθάνοντο δὲ Σάρδις τε καὶ Κροῖ-
15 σον ἡλωκέναι, ἀπέδοντο τὸν κρητῆρα ἐν Σάμῳ, ἰδιώτας δὲ ἄνδρας πριαμένους ἀναθεῖναί μιν ἐς τὸ Ἡραῖον· τάχα δὲ ἂν καὶ οἱ ἀποδόμενοι λέγοιεν, ἀπικόμενοι ἐς Σπάρτην, ὡς ἀπαιρεθείησαν ὑπὸ Σαμίων. κατὰ μέν νυν τὸν κρητῆρα οὕτως ἔσχε.

Κροῖσος δὲ ἁμαρτὼν τοῦ χρησμοῦ, ἐποιέετο στρατηΐην 71 ἐς Καππαδοκίην, ἐλπίσας καταιρήσειν Κῦρόν τε καὶ τὴν Περσέων δύναμιν. παρασκευαζομένου δὲ Κροίσου στρατεύεσθαι ἐπὶ Πέρσας, τῶν τις Λυδῶν, νομιζόμε-
5 νος καὶ πρόσθεν εἶναι σοφὸς, ἀπὸ δὲ ταύτης τῆς γνώμης καὶ τὸ κάρτα οὔνομα ἐν Λυδοῖσι ἔχων, συνεβούλευσε Κροίσῳ τάδε· (οὔνομά οἱ ἦν Σάνδανις·) „Ὦ βασιλεῦ,

vibus longis advectos, eum intercepisse. Ipsi vero Samii aiunt, Lacedaemonios craterem advehentes, quum sero venissent, et Sardes expugnatas regemque captum esse comperissent, craterem in Samo insula vendidisse, privatosque homines suo aere emtum in Iunonis templo consecrasse: fortasse autem hos, qui eum vendiderant, Spartam reversos, dixisse fuisse illum a Samiis vi ablatum. Ac de cratere quidem ita res se habet.

(71.) Croesus vero, quum ab oraculi sententia aberrasset, Cappadociam bello invasit, Cyrum et Persarum potentiam eversurum se sperans. Dum vero bellum adversus Persas Croesus parabat, Lydorum aliquis, qui et iam ante habitus erat sapiens, et ab hac, quam tunc dixit, sententiâ vel maxime etiam nomen est adeptus, (Sandanis homini nomen erat) his ver-

„ἐπ' ἄνδρας τοιούτους στρατεύεσθαι παρασκευάζεαι, οἳ
„σκυτίνας μὲν ἀναξυρίδας, σκυτίνην δὲ τὴν ἄλλην ἐσθῆ-
„τα φορέουσι· σιτέονται δὲ οὐκ ὅσα ἐθέλουσι, ἀλλ' 10
„ὅσα ἔχουσι, χώρην ἔχοντες τρηχέην. πρὸς δὲ, οὐκ
„οἴνῳ διαχρέωνται, ἀλλὰ ὑδροποτέουσι· οὐ σῦκα δὲ
„ἔχουσι τρώγειν, οὐκ ἄλλο ἀγαθὸν οὐδέν. τοῦτο μὲν
„δὴ, εἰ νικήσεις, τί σφεας ἀπαιρήσεαι, τοῖσί γε μή ἐστι
„μηδέν; τοῦτο δὲ, ἢν νικηθῇς, μάθε ὅσα ἀγαθὰ ἀπο- 15
„βαλέεις. γευσάμενοι γὰρ τῶν ἡμετέρων ἀγαθῶν, πε-
„ριέξονται, οὐδὲ ἀπωστοὶ ἔσονται. ἐγὼ μέν νυν θεοῖσι
„ἔχω χάριν, οἳ οὐκ ἐπὶ νόον ποιέουσι Πέρσῃσι στρα-
„τεύεσθαι ἐπὶ Λυδούς." Ταῦτα λέγων, οὐκ ἔπειθε
τὸν Κροῖσον. Πέρσῃσι γὰρ, πρὶν Λυδοὺς καταστρέψα- 20
72 σθαι, ἦν οὔτε ἁβρὸν, οὔτε ἀγαθὸν οὐδέν. Οἱ δὲ Καπ-

bis Croesum admonuit: *O rex,* inquit, *tales adversus homines tu bellum paras, qui coriaceā subligacula et ex corio reliquam vestem gestant: qui comedunt non quantum volunt, sed quantum habent, aspero solo utentes: adhaec non vino utuntur, sed aquam bibunt: non ficos habent quas comedant, nec aliud bonum ullum. Hos igitur sive viceris, quid eis auferes, nihil habentibus? sin victus fueris, vide quot quantaque bona sis amissurus. Nostra enim bona postquam degustaverint, nolent ea e manibus dimittere, neque se abigi patientur. Equidem nunc diis habeo gratias, quod Persis non in animum inducunt bello invadere Lydos.* Haec ille dicens, Croeso non persuasit: [quamvis vere dicta:] etenim Persis, priusquam Lydos subegissent, nihil delicati, nihil boni fuerat. (72.) Cappadoces

παδόκαι ὑπὸ Ἑλλήνων Σύριοι ὀνομάζονται· ἔσαν δὲ οἱ Σύριοι οὗτοι, τὸ μὲν πρότερον ἢ Πέρσας ἄρξαι, Μήδων κατήκοοι, τότε δὲ Κύρου. ὁ γὰρ οὖρος ἦν τῆς τε 5 Μηδικῆς ἀρχῆς καὶ τῆς Λυδικῆς ὁ Ἅλυς ποταμός· ὃς ῥέει ἐξ Ἀρμενίου οὔρεος διὰ Κιλίκων· μετὰ δὲ, Ματιηνοὺς μὲν ἐν δεξιῇ ἔχει ῥέων, ἐκ δὲ τοῦ ἑτέρου Φρύγας· παραμειβόμενος δὲ τούτους, καὶ ῥέων ἄνω πρὸς βορέην ἄνεμον, ἔνθεν μὲν Συρίους Καππαδόκας ἀπέργει, 10 ἐξ εὐωνύμου δὲ Παφλαγόνας. οὕτω ὁ Ἅλυς ποταμὸς ἀποτάμνει σχεδὸν πάντα τῆς Ἀσίης τὰ κάτω ἐκ θαλάσσης τῆς ἀντίον Κύπρου ἐς τὸν Εὔξεινον πόντον. ἔστι δὲ αὐχὴν οὗτος τῆς χώρης ταύτης ἁπάσης· μῆκος ὁδοῦ, εὐζώνῳ ἀνδρὶ πέντε ἡμέραι ἀναισιμοῦνται.

73 Ἐστρατεύετο δὲ ὁ Κροῖσος ἐπὶ τὴν Καππαδοκίην τῶνδε εἵνεκα· καὶ γῆς ἱμέρῳ, προσκτήσασθαι πρὸς τὴν

illi a Graecis Syrii nominantur. Fuerant autem hi Syrii, priusquam Persae obtinuissent imperium, Medorum potestati subiecti: tunc vero Cyro parebant. Limes enim Medici imperii et Lydici fluvius Halys erat; qui ex Armenio monte ortus per Ciliciam fluit, deinde a dextra Matienos habet, a sinistra Phrygas; quos praeterlapsus versus boream sursum fluens, ab altera parte Syrios Cappadocas, a laeva vero Paphlagonas disiungit. Ita Halys fluvius omnem fere inferiorem disterminat Asiam, a mari quod Cypro oppositum est ad Pontum usque Euxinum; estque haec cervix totius huius regionis: longitudinem quod adtinet itineris, expedito viro quinque dies insumuntur.

(73.) Bellum autem *Croesus* Cappadociae intulit his de caussis: partim quidem potiundae regionis

ἑωυτοῦ μοίρην βουλόμενος· καὶ μάλιστα, τῷ χρηστηρίῳ πίσυνος ἐών, καὶ τίσασθαι θέλων ὑπὲρ Ἀστυάγεος Κῦρον. Ἀστυάγεα γάρ, τὸν Κυαξάρεω, ἐόντα Κροίσου μὲν γαμβρόν, Μήδων δὲ βασιλῆα, Κῦρος ὁ Καμβύσεω καταστρεψάμενος εἶχε, γενόμενον γαμβρὸν Κροίσῳ ὧδε. Σκυθέων τῶν νομάδων εἴλη ἀνδρῶν στασιάσασα, ὑπεξῆλθε ἐς γῆν τὴν Μηδικήν. ἐτυράννευε δὲ τὸν χρόνον τοῦτον Μήδων Κυαξάρης, ὁ Φραόρτεω, τοῦ Δηϊόκεω· ὃς τοὺς Σκύθας τούτους τὸ μὲν πρῶτον περιεῖπε εὖ, ὡς ἐόντας ἱκέτας· ὥς τε δὲ περὶ πολλοῦ ποιεύμενος αὐτούς, παῖδάς σφι παρέδωκε τὴν γλῶσσάν τε ἐκμαθεῖν καὶ τὴν τέχνην τῶν τόξων. χρόνου δὲ γενομένου, καὶ αἰεὶ φοιτεόντων τῶν Σκυθέων ἐπ' ἄγρην, καὶ αἰεί τι φερόντων, καί κοτε συνήνεικε ἑλεῖν σφεας μηδέν· νοστήσαντας δὲ αὐτοὺς κεινῇσι χερσὶ ὁ Κυαξάρης (ἦν γάρ, ὡς

illius desiderio, quam suae adiicere ditioni cupiebat; maxime vero, quod oraculo confisus ultionem capere de Cyro vellet Astyagis caussa. Astyagem enim, Cyaxaris filium, Croesi adfinem, Mediae regem, *Cyrus* Cambysis filius bello victum captumque tenebat. Adfinis autem Croesi factus erat *Astyages* hac ratione. Scytharum nomadum turma per seditionem in terram Medicam secesserat, quo tempore Medis imperabat *Cyaxares*, Phraortae filius, Deiocis nepos, qui Scythas istos, ut supplices advenientes, benigne exceperat. Idem, quum eos magni faceret, pueros eisdem tradidit, qui et linguam eorum et sagittandi artem addiscerent. Interiecto tempore, quum venatum semper exirent Scythae, et numquam non aliquid adferrent, accidit aliquando ut nihil caperent: quos vacuis

ὀργὴν ἄκρος) τρηχέως κάρτα περιέσπε ἀεικείῃ.
οἱ δὲ ταῦτα πρὸς Κυαξάρεω παθόντες, ὥς τε ἀνάξια
20 σφέων αὐτῶν πεπονθότες, ἐβούλευσαν τῶν παρὰ σφίσι
διδασκομένων παίδων ἕνα κατακόψαι· σκευάσαντες δὲ
αὐτὸν ὥσπερ ἐώθεσαν καὶ τὰ θηρία σκευάζειν, Κυα-
ξάρεϊ δοῦναι φέροντες ὡς ἄγρην δῆθεν· δόντες δὲ, τὴν
ταχίστην κομίζεσθαι παρὰ Ἀλυάττεα τὸν Σαδυάττεω
25 ἐς Σάρδις. ταῦτα καὶ δὴ ἐγίνετο. καὶ γὰρ Κυαξάρης
καὶ οἱ παρεόντες δαιτυμόνες τῶν κρεῶν τουτέων ἐπάσαν-
το· καὶ οἱ Σκύθαι ταῦτα ποιήσαντες, Ἀλυάττεω ἱκέ-
ται ἐγένοντο. Μετὰ δὲ ταῦτα (οὐ γὰρ δὴ ὁ Ἀλυάτ- 74
της ἐξεδίδου τοὺς Σκύθας ἐξαιτέοντι Κυαξάρεϊ) πόλε-
μος τοῖσι Λυδοῖσι καὶ τοῖσι Μήδοισι ἐγεγόνεε ἐπ' ἔτεα
πέντε· ἐν τοῖσι πολλάκις μὲν οἱ Μῆδοι τοὺς Λυδοὺς

LXXIII. 18. ὀργὴν ἄκρος. *Alii* ὀργὴν οὐκ ἄκρος, pusillo ingenio.

manibus reversos Cyaxares, vir (ut tum ostendit) ad iram praeceps, aspere admodum et contumeliose accepit. Tum illi, indigne secum actum aegerrime ferentes, consilio habito decreverunt unum ex eis pueris, qui in ipsorum disciplinam dati essent, in frusta concidere, et eodem modo paratum quo ferinam parare consuevissent, Cyaxari tamquam feram a se captam adferre, protinusque inde ad Alyatten, Sadyattis filium, Sardes sese recipere. Atque ita etiam, ut illi decreverant, facta res est. Nam et Cyaxares, et qui cum eo erant convivae, carnes istas gustarunt; et Scythae, perpetrato facinore, ad Alyatten supplices venerunt. (74.) Post haec, quum *Alyattes* repetenti Cyaxari Scythas tradere nollet, bellum Lydos inter et Medos

ἐνίκησαν, πολλάκις δὲ οἱ Λυδοὶ τοὺς Μήδους· ἐν δὲ 5
καὶ νυκτομαχίην τινὰ ἐποιήσαντο. διαφέρουσι δέ σφι
ἐπὶ ἴσης τὸν πόλεμον, τῷ ἕκτῳ ἔτεϊ συμβολῆς γενομέ-
νης, συνήνεικε ὥς τε, τῆς μάχης συνεστεώσης, τὴν ἡμέ-
ρην ἐξαπίνης νύκτα γενέσθαι. τὴν δὲ μεταλλαγὴν ταύ-
την τῆς ἡμέρης Θαλῆς ὁ Μιλήσιος τοῖσι Ἴωσι προηγό- 10
ρευσε ἔσεσθαι, οὖρον προθέμενος ἐνιαυτὸν τοῦτον, ἐν ᾧ
δὴ καὶ ἐγένετο ἡ μεταβολή. οἱ δὲ Λυδοί τε καὶ οἱ Μῆδοι
ἐπεί τε εἶδον νύκτα ἀντὶ ἡμέρης γενομένην, τῆς μάχης τε
ἐπαύσαντο, καὶ μᾶλλόν τι ἔσπευσαν καὶ ἀμφότεροι
εἰρήνην ἑωυτοῖσι γενέσθαι. οἱ δὲ συμβιβάσαντες αὐτοὺς, 15
ἔσαν οἵδε, Συέννεσίς τε ὁ Κίλιξ, καὶ Λαβύνητος ὁ Βα-
βυλώνιος· οὗτοί σφι καὶ τὸ ὅρκιον οἱ σπεύσαντες γενέ-
σθαι ἔσαν, καὶ γάμων ἐπαλλαγὴν ἐποίησαν· Ἀλυάττ-

gestum est per quinque continuos annos: quo in bello Medi saepe de Lydis, saepe vero etiam de Medis Lydi victoriam retulerunt; semel etiam nocturno quodam praelio dimicarunt. Scilicet pari utrimque fortuna bellum continuantibus accidit sexto anno, ut, postquam signa contulissent, iamque ferveret pugna, subito dies in noctem converteretur: quam diei mutationem *Thales* Milesius Ionibus praedixerat, hunc ipsum annum praefiniens, quo facta est illa immutatio. Lydi vero et Medi, quum loco diei subito noctem ingruere viderent, pugnandi finem fecerunt, et aliquanto etiam magis utrique componendae paci coeperunt studere. Auctores vero conventionis hi erant, Syennesis Cilix, et Labynetus Babylonius; quibus rem urgentibus factum est, ut et foedus inter partes pangeretur, et mutuum iungeretur matrimonium: decreverunt quippe,

[illegible] δοῦναι τὴν θυγατέρα Ἀρύηνιν Ἀστυά-
20 γεϊ τῷ Κυαξάρεω παιδί. ἄνευ γὰρ ἀναγκαίης ἰσχυρῆς συμβάσιες ἰσχυραὶ οὐκ ἐθέλουσι συμμένειν. Ὅρκια δὲ ποιέεται ταῦτα τὰ ἔθνεα τά πέρ τε Ἕλληνες· καὶ πρὸς τούτοισι, ἐπεὰν τοὺς βραχίονας ἐπιτάμωνται ἐς τὴν ὁμοχροΐην, τὸ αἷμα ἀναλείχουσι ἀλλήλων.

75 Τοῦτον δὴ ὦν τὸν Ἀστυάγεα Κῦρος, ἐόντα ἑωυτοῦ μητροπάτορα, καταστρεψάμενος ἔσχε δι᾽ αἰτίην τὴν ἐγὼ ἐν τοῖσι ὀπίσω λόγοισι σημανέω. τὰ Κροῖσος ἐπιμεμφόμενος τῷ Κύρῳ, ἔς τε τὰ χρηστήρια ἔπεμπε, εἰ 5 στρατεύηται ἐπὶ Πέρσας, καὶ δὴ καὶ ἀπικομένου χρησμοῦ κιβδήλου, ἐλπίσας πρὸς ἑωυτοῦ τὸν χρησμὸν εἶναι, ἐστρατεύετο ἐς τὴν Περσέων μοίρην. Ὡς δὲ ἀπίκετο ἐπὶ τὸν Ἅλυν ποταμὸν ὁ Κροῖσος, τὸ ἐνθεῦτεν, ὡς μὲν ἐγὼ λέγω, κατὰ τὰς ἐούσας γεφύρας διεβίβασε τὸν στρα-

ut Alyattes filiam suam Aryenin Astyagi, Cyaxaris filio, daret uxorem. Nam absque firmo necessitudinis vinculo non solent conventiones firmae manere. Foedus autem sanciunt hi populi eodem ritu atque Graeci, nisi quod praeterea brachia incîdunt summâ in cute, et sanguinem mutuo lingunt.

(75.) Hunc igitur Astyagen, avum suum maternum, *Cyrus* regno deiectum in sua potestate tenebat, eam ob caussam quam in sequentibus exponam. Quo nomine Croesus ei infensus, ad oracula miserat qui consulerent an bellum Persis inferret; et ambiguum responsum nactus, ratus sibi favere responsum, expeditionem in Persarum ditionem suscepit. Ubi vero ad *Halyn* fluvium pervenit *Croesus*, deinde, ut ego quidem aio, pontibus eis, qui ibi erant, copias

τῶν· ὡς δὲ ὁ πολλὸς λόγος Ἑλλήνων, Θαλῆς οἱ ὁ Μι-
λήσιος διεβίβασε. ἀπορέοντος γὰρ Κροίσου ὅκως οἱ δια-
βήσεται τὸν ποταμὸν ὁ στρατός, (οὐ γὰρ δὴ εἶναι κω
τοῦτον τὸν χρόνον τὰς γεφύρας ταύτας) λέγεται πα-
ρεόντα τὸν Θαλῆν ἐν τῷ στρατοπέδῳ, ποιῆσαι αὐτῷ τὸν
ποταμὸν, ἐξ ἀριστερῆς χειρὸς ῥέοντα τοῦ στρατοῦ, καὶ
ἐκ δεξιῆς ῥέειν· ποιῆσαι δὲ ὧδε. ἄνωθεν τοῦ στρατοπέδου
ἀρξάμενον, διώρυχα βαθέην ὀρύσσειν, ἄγοντα μηνοειδέα,
ὅκως, ἂν τὸ στρατόπεδον ἱδρυμένον κατὰ νώτου λάβοι,
ταύτῃ κατὰ τὴν διώρυχα ἐκτραπόμενος ἐκ τῶν ἀρχαίων
ῥεέθρων, καὶ αὖτις παραμειβόμενος τὸ στρατόπεδον ἐς
τὰ ἀρχαῖα ἐσβάλλοι. ὥς τε, ἐπεί τε καὶ ἐσχίσθη τά-
χιστα ὁ ποταμὸς, ἀμφοτέρῃ διαβατὸς ἐγένετο. οἱ δὲ
καὶ τὸ παράπαν λέγουσι καὶ τὸ ἀρχαῖον ῥέεθρον ἀποξη-
ρανθῆναι. ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐ προσίεμαι· κῶς γὰρ ὀπίσω

traduxit; ut vero vulgo Graeci narrant, Thales eas Croeso traduxit Milesius. Dubitante enim rege quo pacto flumen transmitterent copiae (necdum enim eo tempore pontes hos exstitisse) Thaletem aiunt, cum in castris adesset, effecisse ut flumen, quod a laeva exercitus fluebat, a dextra etiam flueret. Effecisse autem aiunt hunc in modum: exorsum ab ea fluvii parte, quae supra castra erat, altam effodisse fossam, et lunatâ specie ita duxisse, ut, postquam castra ad fluvium locata circuisset a tergo, flumen illac ex pristino alveo per fossam aversum, et castra rursus praeterlapsum, in pristinum alveum influeret. Ita, simulatque divisum fuisset flumen, ab utraque parte permeabile factum esse: nonnulli vero etiam aiunt, pristinum alveum prorsus exaruisse. At mihi quidem hoc non

πορευόμενοι διέβησαν αὐτόν; Κροῖσος δὲ, ἐπεί τε διαβὰς 76
σὺν τῷ στρατῷ ἀπίκετο τῆς Καππαδοκίης ἐς τὴν Πτερίην καλεομένην· ἡ δὲ Πτερίη ἐστὶ τῆς χώρης ταύτης τὸ ἰσχυρότατον, κατὰ Σινώπην πόλιν τὴν ἐν Εὐξείνῳ πόν-
5 τῳ μάλιστά κη κειμένη· ἐνθαῦτα ἐστρατοπεδεύετο, φθείρων τῶν Συρίων τοὺς κλήρους. καὶ εἷλε μὲν τῶν Πτερίων τὴν πόλιν, καὶ ἠνδραποδίσατο· εἷλε δὲ τὰς περιοικίδας αὐτῆς πάσας· Συρίους τε, οὐδὲν ἐόντας αἰτίους, ἀναστάτους ἐποίησε. Κῦρος δὲ ἀγείρας τὸν ἑωυτοῦ
10 στρατὸν, καὶ παραλαβὼν τοὺς μεταξὺ οἰκέοντας πάντας, ἠντιοῦτο Κροίσῳ. πρὶν δὲ ἐξελαύνειν ὁρμῆσαι τὸν στρατὸν, πέμψας κήρυκας ἐς τοὺς Ἴωνας, ἐπειρᾶτο σφέας ἀπὸ Κροίσου ἀπιστάμεναι. Ἴωνες μέν νυν οὐκ ἐπείθοντο. Κῦρος δὲ ὡς ἀπίκετο, καὶ ἀντεστρατοπεδεύσατο
15 Κροίσῳ, ἐνθαῦτα ἐν τῇ Πτερίῃ χώρῃ ἐπειρώατο κατὰ τὸ

persuaderent; quo enim modo, quum reversi sunt, flumen transierunt? (76.) *Croesus* igitur, superato cum copiis fluvio, in eam Cappadociae partem pervenit, quae *Pteria* nominatur, estque totius huius regionis pars validissima, ex adverso fere Sinopes ad Pontum Euxinum sita. Ibi castris positis, praedia devastavit Syriorum, et oppidum Pteriorum cepit, in servitutemque redegit: cunctaque etiam finitima cepit oppida, Syriosque nihil commeritos funditus evertit. Tum *Cyrus*, coacto exercitu, adsumtisque omnibus qui in medio incolebant, obviam Croeso ivit. Priusquam autem educere institueret copias, caduceatores ad Iones misit solicitandos ut a Croeso deficerent. Et Iones quidem non paruerunt: Cyrus vero ut advenit, castra Croeso opposuit; et ibidem in terra Pteria va-

ἰσχυρὸν ἀλλήλων. μάχης δὲ καρτερῆς γινομένης, καὶ πεσόντων ἀμφοτέρων πολλῶν, τέλος οὐδέτεροι νικήσαντες διέστησαν, νυκτὸς ἐπελθούσης. καὶ τὰ μὲν στρατόπεδα ἀμφότερα οὕτως ἠγωνίσατο.

77 Κροῖσος δὲ, μεμφθεὶς κατὰ τὸ πλῆθος τὸ ἑωυτοῦ στράτευμα· ἦν γάρ οἱ ὁ συμβαλὼν στρατὸς πολλὸν ἐλάσσων ἢ ὁ Κύρου· τοῦτο μεμφθεὶς, ὡς τῇ ὑστεραίῃ οὐκ ἐπειρᾶτο ἐπιὼν ὁ Κῦρος, ἀπήλαυνε ἐς τὰς Σάρδις, ἐν νόῳ ἔχων, παρακαλέσας μὲν Αἰγυπτίους κατὰ τὸ 5 ὅρκιον, (ἐποιήσατο γὰρ καὶ πρὸς Ἄμασιν βασιλεύοντα Αἰγύπτου συμμαχίην πρότερον ἤπερ πρὸς Λακεδαιμονίους,) μεταπεμψάμενος δὲ καὶ Βαβυλωνίους, (καὶ γὰρ πρὸς τούτους αὐτῷ ἐπεποίητο συμμαχίη· ἐτυράννευε δὲ τῶν Βαβυλωνίων τὸν χρόνον τοῦτον Λαβύνητος·) 10 ἐπαγγείλας δὲ καὶ Λακεδαιμονίους παρεῖναι ἐς χρόνον

lido impetu vires invicem tentarunt. Acri praelio commisso, multis utrimque occisis, ad extremum, cum nox ingrueret, neutram in partem inclinante victoria discesserunt. Et hunc quidem in modum uterque exercitus pugnaverat.

(77.) *Croesus* vero, copiarum suarum accusans paucitatem: nam militum eius, qui conflixerant, multo minor, quam Cyri, numerus fuerat: hac ratione inductus, quum postridie eius diei *Cyrus* adgredi illum non conaretur, Sardes reversus est, habens in animo et Aegyptios evocare ex foedere; quorum cum rege Amasi, prius quam cum Lacedaemoniis, foedus inierat: et Babylonios arcessere; (nam et cum his societatem armorum pepigerat; rex autem per id tempus Babyloniorum Labynetus erat:) et Lacedaemoniis de-

ῥητόν· ἀλίσας τε δὴ τούτους, καὶ τὴν ἑωυτοῦ συλλέξας
στρατιὴν, ἐνένωτο, τὸν χειμῶνα παρεὶς, ἅμα τῷ ἦρι
στρατεύειν ἐπὶ τοὺς Πέρσας. καὶ ὁ μὲν, ταῦτα Φρο-
15 νέων, ὡς ἀπίκετο ἐς τὰς Σάρδις, ἔπεμπε κήρυκας κα-
τὰ τὰς συμμαχίας, προερέοντας ἐς πέμπτον μῆνα συλ-
λέγεσθαι ἐς Σάρδις. τὸν δὲ παρεόντα καὶ μαχεσάμενον
στρατὸν Πέρσῃσι, ὃς ἦν αὐτοῦ ξεινικὸς, πάντα ἀπεὶς,
διεσκέδασε· οὐδαμᾶ ἐλπίσας μή κοτε ἄρα ἀγωνισά-
20 μενος οὕτω παραπλησίως Κῦρος ἐλάσει ἐπὶ Σάρδις.
Ταῦτα ἐπιλεγομένῳ Κροίσῳ τὸ προάστειον πᾶν ὀΦίων 78
ἐνεπλήσθη. Φανέντων δὲ αὐτέων, οἱ ἵπποι μετιέντες τὰς
νομὰς νέμεσθαι, Φοιτέοντες κατήσθιον. ἰδόντι δὲ τοῦτο
Κροίσῳ, ὥσπερ καὶ ἦν, ἔδοξε τέρας εἶναι. αὐτίκα δὲ
5 ἔπεμπε θεοπρόπους ἐς τοὺς ἐξηγητέας Τελμησσέων.

nunciare, ut ad definitum tempus adsint: denique hisce coniunctis, suisque ipsius copiis contractis, constituerat, simulatque praeteriisset hyems, primo vere expeditionem in Persas suscipere. Haec ille animo agens, ut Sardes venit, nuncios misit ad socios, qui illis edicerent, ut *ad quintum mensem Sardes convenirent.* Praesentem vero exercitum, qui cum Persis pugnaverat, qui ibi aderat mercede conductus, omnem dimisit dispersitque; nequaquam ratus fore, ut Cyrus, qui ita aequo Marte pugnasset, adversus Sardes copias suas duceret. (78.) Haec dum secum reputat Croesus, suburbana omnia serpentibus impleta sunt: quos equi, ut adparuerunt, omisso consueto pabulo, frequentes deglutiebant. Id Croeso cernenti visum est, ut erat, esse portentum: itaque e vestigio misit qui haruspices consulerent *Telmessenses.* Sed consul-

ἀπικομένοισι δὲ τοῖσι θεοπρόποισι, καὶ μαθοῦσι πρὸς Τελμησσέων τὸ θέλει σημαίνειν τὸ τέρας, οὐκ ἐξεγένετο Κροίσῳ ἀπαγγεῖλαι. πρὶν γὰρ ἢ ὀπίσω σφέας ἀναπλῶσαι ἐς τὰς Σάρδις, ἥλω ὁ Κροῖσος. Τελμησσέες μέν τοι τάδε ἔγνωσαν, στρατὸν ἀλλόθροον προσδόκιμον 10 εἶναι Κροίσῳ ἐπὶ τὴν χώρην, ἀπικόμενον δὲ τοῦτον καταστρέψεσθαι τοὺς ἐπιχωρίους· λέγοντες ὄφιν εἶναι γῆς παῖδα, ἵππον δὲ, πολέμιόν τε καὶ ἐπήλυδα. Τελμησσέες μέν νυν ταῦτα ὑπεκρίναντο Κροίσῳ ἤδη ἡλωκότι, οὐδέν κω εἰδότες τῶν ἦν περὶ Σάρδις τε καὶ αὐτὸν Κροῖσον. 15

79 Κῦρος δὲ, αὐτίκα ἀπελαύνοντος Κροίσου μετὰ τὴν μάχην τὴν γενομένην ἐν τῇ Πτερίῃ, μαθὼν ὡς ἀπελάσας μέλλοι Κροῖσος διασκεδᾷν τὸν στρατὸν, βουλευόμενος εὕρισκε πρῆγμά οἱ εἶναι ἐλαύνειν ὡς δύναιτο τάχιστα ἐπὶ τὰς Σάρδις, πρὶν ἢ τὸ δεύτερον ἁλισθῆναι τῶν 5

toribus Telmessum profectis, ibique quid significaret prodigium edoctis, non contigit, ut Croeso renunciare responsum possent; nam priusquam Sardes renavigassent, captus Croesus erat. Atqui Telmessenses ita censuerant, *exercitum peregrinum ingressurum esse terram Croesi, et incolas oppressurum: serpentes enim*, aiebant, *esse terrae filios; equos autem, hostes et advenas*. Et haec quidem responderunt Telmessenses Croeso iam capto, sed nescii adhuc ipsi quid Sardibus ageretur aut quid Croeso accidisset.

(79.) At *Cyrus* certior factus, Croesum, quum continuo post pugnam in Pteria pugnatam copias suas domum reduceret, decrevisse post reditum dimittere copias, consilio inito intellexit e re sua esse, quam celerrime posset adversus *Sardes* ducere, priusquam

Λυδῶν τὴν δύναμιν. ὡς δέ οἱ ταῦτα ἔδοξε, καὶ ἐποίεε κατὰ τάχος. ἐλάσας γὰρ τὸν στρατὸν ἐς τὴν Λυδίην, αὐτὸς ἄγγελος Κροίσῳ ἐληλύθεε. ἐνθαῦτα Κροῖσος ἐς ἀπορίην πολλὴν ἀπιγμένος, ὥς οἱ παρὰ δόξαν ἔσχε τὰ
10 πρήγματα ἢ ὡς αὐτὸς κατεδόκεε, ὅμως τοὺς Λυδοὺς ἐξῆγε ἐς μάχην. ἦν δὲ τοῦτον τὸν χρόνον ἔθνος οὐδὲν ἐν τῇ Ἀσίῃ οὔτε ἀνδρηϊότερον, οὔτε ἀλκιμώτερον τοῦ Λυδίου. ἡ δὲ μάχη σφέων ἦν ἀπ᾽ ἵππων, δούρατά τε ἐφόρεον μεγάλα, καὶ αὐτοὶ ἔσαν ἱππεύεσθαι ἀγαθοί. Ἐς τὸ 80 πεδίον δὲ συνελθόντων τοῦτο τὸ πρὸ τοῦ ἄστεός ἐστι τοῦ Σαρδιηνοῦ, ἐὸν μέγα τε καὶ ψιλόν, (διὰ δὲ αὐτοῦ ποταμοὶ ῥέοντες καὶ ἄλλοι καὶ Ὕλλος συῤῥηγνῦσι ἐς τὸν
5 μέγιστον, καλεόμενον δὲ Ἕρμον, ὃς ἐξ οὔρεος ἱροῦ Μητρὸς Δινδυμήνης ῥέων, ἐκδιδοῖ ἐς θάλασσαν κατὰ Φωκαίην πόλιν,) ἐνθαῦτα ὁ Κῦρος ὡς εἶδε τοὺς Λυδοὺς ἐς

Lydorum copiae rursus collectae essent. Atque, ut ei visum erat, ita protinus fecit. Nam exercitum in Lydiam ducens, ipse nuncius Croeso advenit. Ibi tum *Croesus* in magnam consilii inopiam adductus, quum longe secus atque exspectaverat res cecidisset, tamen Lydos in praelium eduxit. Erat autem ea aetate nullus Asiae populus fortior, nec magis strenuus, quam Lydius. Pugnandi genus erat ex equis; hastasque gestabant praelongas, et equitandi inprimis erant periti. (80.) Campus, in quo concursum est, ante urbem Sardianam iacet, magnus et nudus: quem perfluentes cum alii amnes, tum Hyllus, perrumpunt omnes in eum qui maximus est, cui nomen Hermus; qui, e monte Matri Dindymenae sacro ortus, in mare se exonerat iuxta Phocaeam urbem. Hic ubi Lydos ad

μάχην τασσομένους, καταῤῥωδήσας τὴν ἵππον, ἐποίησε,
Ἁρπάγου ὑποθεμένου ἀνδρὸς Μήδου, τοιόνδε. ὅσαι τῷ
στρατῷ τῷ ἑωυτοῦ ἕποντο σιτοφόροι τε καὶ σκευοφόροι 10
κάμηλοι, ταύτας πάσας ἁλίσας, καὶ ἀπελὼν τὰ ἄχθεα,
ἄνδρας ἐπ' αὐτὰς ἀνέβησε ἱππάδα στολὴν ἐνεσταλμέ-
νους. σκευάσας δὲ αὐτοὺς, προσέταξε τῆς ἄλλης στρα-
τιῆς προϊέναι πρὸς τὴν Κροίσου ἵππον, τῇ δὲ καμήλῳ
ἕπεσθαι τὸν πεζὸν στρατὸν ἐκέλευε· ὄπισθε δὲ τοῦ πεζοῦ 15
ἐπέταξε τὴν πᾶσαν ἵππον. ὡς δέ οἱ πάντες διετετά-
χατο, παραίνεσε τῶν μὲν ἄλλων Λυδῶν μὴ φειδομέ-
νους, κτείνειν πάντα τὸν ἐμποδὼν γινόμενον, Κροῖσον δὲ
αὐτὸν μὴ κτείνειν, μηδὲ ἢν συλλαμβανόμενος ἀμύνηται.
ταῦτα μὲν παραίνεσε. τὰς δὲ καμήλους ἔταξε ἀντία 20
τῆς ἵππου, τῶνδε εἵνεκεν· κάμηλον ἵππος φοβέεται, καὶ
οὐκ ἀνέχεται οὔτε τὴν ἰδέην αὐτῆς ὁρέων, οὔτε τὴν ὀδμὴν

pugnandum instructos vidit *Cyrus*, reformidans equitatum, monitu Harpagi Medi, tale iniit consilium. Coactis omnibus quae exercitum ipsius sequebantur camelis, vel frumentum vel vasa portantibus, sarcinas detraxit, et viros imposuit equestri cultu ornatos: quibus ita instructis praecepit, ut caeteras copias praeirent adversus Croesi equitatum; peditatum vero iussit camelorum aciem subsequi; denique post pedestrem aciem equitatum omnem locavit. His omnibus ita ordinatis, edixit ne cui parcerent Lydorum caeterorum, sed occiderent cunctos qui resisterent, *Croesum* vero ipsum non occiderent, ne si captus quidem repugnaret. Hoc imperium dedit. Camelos autem adversus equitatum instruxit hac de caussa: camelum equus reformidat, adeo quidem ut nec speciem eius

ὀσφραινόμενος. αὐτοῦ δὴ ὦν τούτου εἵνεκεν ἐσεσόφιστο, ἵνα τῷ Κροίσῳ ἄχρηστον ᾖ τὸ ἱππικὸν, τῷ δή τι καὶ
25 ἐπεῖχε ἐλλάμψεσθαι ὁ Λυδός. ὡς δὲ καὶ συνήισαν ἐς τὴν μάχην, ἐνθαῦτα ὡς ὄσφραντο τάχιστα τῶν καμήλων οἱ ἵπποι, καὶ εἶδον αὐτὰς, ὀπίσω ἀνέστρεφον. διέφθαρτό τε τῷ Κροίσῳ ἡ ἐλπίς. οὐ μέντοι οἵ γε Λυδοὶ τὸ ἐνθεῦτεν δειλοὶ ἦσαν· ἀλλ', ὡς ἔμαθον τὸ γινό-
30 μενον, ἀποθορόντες ἀπὸ τῶν ἵππων, πεζοὶ τοῖσι Πέρσῃσι συνέβαλλον. χρόνῳ δὲ, πεσόντων ἀμφοτέρων πολλῶν, ἐτράποντο οἱ Λυδοί. κατειληθέντες δὲ ἐς τὸ τεῖχος, ἐπολιορκέοντο ὑπὸ τῶν Περσέων.

Τοῖσι μὲν δὴ κατεστήκεε πολιορκίη. Κροῖσος δὲ δοκέων οἱ χρόνον ἐπὶ μακρὸν ἔσεσθαι τὴν πολιορκίην, ἔπεμπε ἐκ τοῦ τείχεος ἄλλους ἀγγέλους ἐς τὰς συμμαχίας. οἱ μὲν γὰρ πρότερον διεπέμποντο, ἐς πέμπτον 81

intueri, nec odorem percipere sustineat: ob id ipsum igitur rationem istam inierat, ut Croeso inutiles essent equestres copiae, quibus vel maxime se praevaliturum Lydus cogitaverat. Atque etiam, postquam ad pugnam concursum est, ibi tum equi, simulatque olfecerunt camelos conspexeruntque, protinus retro se averterunt, et elusa Croeso spes erat. Nec vero idcirco Lydi continuo abiecere animos; sed, re cognita, ab equis desilientes, pedibus conflixere cum Persis. Postremo vero, multis utrimque caesis, in fugam versi sunt Lydi: itaque intra murum compulsi, obsidebantur a Persis.

(81.) Dum vero obsidionem parant Persae, *Croesus* in longius processuram obsidionem ratus, alios ex arce nuncios mittit ad socios. Nam qui prius dimissi erant, hi ad coëundum *Sardes* quintum mensem

μῆνα προερέοντες συλλέγεσθαι ἐς Σάρδις· τούτους δὲ 5
ἐξέπεμπε, τὴν ταχίστην δέεσθαι βοηθέειν, ὡς πολιορ-
82 κεομένου Κροίσου. Ἔς τε δὴ ὦν τὰς ἄλλας ἔπεμπε
συμμαχίας, καὶ δὴ καὶ ἐς Λακεδαίμονα. τοῖσι δὲ καὶ
αὐτοῖσι τοῖσι Σπαρτιήτῃσι κατ' αὐτὸν τοῦτον τὸν χρόνον
συνεπεπτώκεε ἔρις ἐοῦσα πρὸς Ἀργείους, περὶ χώρου
καλεομένου Θυρέης. τὰς γὰρ Θυρέας ταύτας, ἐούσας 5
τῆς Ἀργολίδος μοίρης, ἀποταμόμενοι ἔσχον οἱ Λακεδαι-
μόνιοι. ἦν δὲ καὶ ἡ μέχρι Μαλεῶν ἡ πρὸς ἑσπέρην Ἀρ-
γείων, ἥ τε ἐν τῇ ἠπείρῳ χώρη, καὶ ἡ Κυθηρίη νῆσος,
καὶ αἱ λοιπαὶ τῶν νήσων. βοηθησάντων δὲ Ἀργείων τῇ
σφετέρῃ ἀποταμνομένῃ, ἐνθαῦτα συνέβησαν ἐς λόγους 10
συνελθόντες, ὥς τε τριηκοσίους ἑκατέρων μαχέσασθαι·
ὁκότεροι δ' ἂν περιγένωνται, τουτέων εἶναι τὸν χῶρον· τὸ
δὲ πλῆθος τοῦ στρατοῦ ἀπαλλάσσεσθαι ἑκάτερον ἐς τὴν

edixerant: nunc hos dimisit oratum, ut quam celerrime auxilia sibi mitterentur, quippe ab hostibus obsesso. (82.) Igitur cum ad alios socios misit, tum ad Lacedaemonios. Per idem vero tempus ipsis etiam *Spartanis* acciderat, ut contentionem haberent cum *Argivis*, de loco cui nomen *Thyrea*. Hasce quippe Thyreas, quum essent Argolicae ditionis, Lacedaemonii Argivis ademtas tenebant. Etenim Argivorum etiam erat ad Maleas usque regio ad occasum sita, cum in continente, tum insula Cytheria, reliquaeque insulae. Igitur quum ad opem ferendam ademto suo territorio adcurrissent Argivi, in colloquium ibi convenerunt cum Lacedaemoniis, pactique sunt, ut *trecenti utrimque pugnarent, et, utri superiores excessissent, eorum regio foret; reliquus autem exer-*

ἑωυτοῦ, μηδὲ παραμένειν ἀγωνιζομένων, τῶνδε εἵνεκεν,
15 ἵνα μὴ παρεόντων τῶν στρατοπέδων, ὁρῶντες οἱ ἕτεροι
ἑσσουμένους τοὺς σφετέρους, ἐπαμύνοιεν. Συνθέμενοι δὲ
ταῦτα, ἀπαλλάσσοντο· λογάδες δὲ ἑκατέρων ὑπο-
λειφθέντες συνέβαλλον. μαχομένων δέ σφεων, καὶ γι-
νομένων ἰσοπαλέων, ὑπελείποντο ἐξ ἀνδρῶν ἑξακοσίων
20 τρεῖς· Ἀργείων μὲν, Ἀλκήνωρ τε καὶ Χρόμιος· Λακε-
δαιμονίων δὲ, Ὀθρυάδης. ὑπελείφθησαν δὲ οὗτοι νυκτὸς
ἐπελθούσης. οἱ μὲν δὴ δύο τῶν Ἀργείων, ὡς νενικηκότες,
ἔθεον ἐς τὸ Ἄργος· ὁ δὲ τῶν Λακεδαιμονίων Ὀθρυάδης,
σκυλεύσας τοὺς Ἀργείων νεκροὺς, καὶ προσφορήσας
25 τὰ ὅπλα πρὸς τὸ ἑωυτοῦ στρατόπεδον, ἐν τῇ τάξι
εἶχε ἑωυτόν. ἡμέρῃ δὲ δευτέρῃ παρῆσαν πυνθανόμενοι
ἀμφότεροι. τέως μὲν δὴ αὐτοὶ ἑκάτεροι ἔφασαν νικᾷν·
λέγοντες, οἱ μὲν, ὡς ἑωυτῶν πλεῦνες περιγεγόνασι· οἱ

citus utrorumque domum discederet, neque praesto esset dum illi pugnarent; eâ scilicet caussâ, ne, si adessent, parti succumbenti auxilium sui ferrent. His conventis digressi sunt; selecti vero ex utrisque relicti, certamen inierunt: qui quum aequo marte pugnassent, ex sexcentis tres omnino reliqui fuere; ex Argivis Alcenor et Chromius, ex Lacedaemoniis Othryades. Hi quum interveniente nocte superessent, duo Argivi, ut qui vicissent, cursu Argos repetierunt; Lacedaemonius vero Othryades, spoliatis Argivorum cadaveribus, armisque in ipsius castra delatis, in statione mansit. Postridie utrique, re audita, advenere: ac statim quidem utrique, *vicisse se*, contendebant; Argivi, dicentes *suorum plures superfuisse;* Lacedaemonii vero, *illos profugisse* demonstrantes, *suum*

δὲ, τοὺς μὲν ἀποφαίνοντες πεφευγότας, τὸν δὲ σφέτερον παραμείναντα, καὶ σκυλεύσαντα τοὺς ἐκείνων νεκρούς. τέλος δὲ, ἐκ τῆς ἔριδος συμπεσόντες ἐμάχοντο· 30
πεσόντων δὲ καὶ ἀμφοτέρων πολλῶν, ἐνίκων Λακεδαιμόνιοι. Ἀργεῖοι μέν νυν ἀπὸ τούτου τοῦ χρόνου κατακειράμενοι τὰς κεφαλὰς, πρότερον ἐπάναγκες κομῶντες, ἐποιήσαντο νόμον τε καὶ κατάρην, μὴ πρότερον θρέψειν 35
κόμην Ἀργείων μηδένα, μηδὲ τὰς γυναῖκάς σφι χρυσοφορήσειν, πρὶν ἂν Θυρέας ἀνασώσωνται. Λακεδαιμόνιοι δὲ τὰ ἐναντία τούτων ἔθεντο νόμον, οὐ γὰρ κομῶντες πρὸ τούτου, ἀπὸ τούτου κομᾶν. τὸν δὲ ἕνα λέγουσι τὸν περιλειφθέντα τῶν τριηκοσίων, Ὀθρυάδην, αἰ- 40
σχυνόμενον ἀπονοστέειν ἐς Σπάρτην, τῶν οἱ συλλοχιτέων διεφθαρμένων, αὐτοῦ μιν ἐν τῇσι Θυρέῃσι κατα-
83 χρήσασθαι ἑωυτόν. Τοιούτων δὲ τοῖσι Σπαρτιήτῃσι

vero perstitisse, et cadavera spoliasse Argivorum. Ad extremum, ex contentione ad arma concurrentes, pugnam capessunt; et, multis utrimque caesis, Lacedaemonii victores discedunt. Quo ex tempore Argivi, tonsis capitibus, quum antea necessario comati essent, legem condiderunt, sese devoventes, *ne prius comam aleret quisquam Argivorum, neve mulieres aurum gestarent, quam Thyreas recepissent.* E contrario Lacedaemonii, quum ante hac non comarentur, legem tulerunt, ut *ab hoc tempore alerent comam.* Unum autem illum ex trecentis superstitem, Othryadem, aiunt pudore retentum ne occisis commilitonibus Spartam rediret, illic apud Thyreas mortem sibi conscivisse. (83.) Haec dum apud Spartanos aguntur, advenit Sardianus legatus, orans ut *obsesso Croeso*

ἐνεστεώτων πρηγμάτων, ἧκε ὁ Σαρδιηνὸς κῆρυξ, δεόμενος Κροίσῳ βοηθέειν πολιορκεομένῳ. οἱ δὲ ὅμως, ἐπεί τε ἐπύθοντο τοῦ κήρυκος, ὁρμέατο βοηθέειν. καί σφι ἤδη 5 παρεσκευασμένοισι, καὶ νεῶν ἐουσέων ἑτοίμων, ἦλθε ἄλλη ἀγγελίη, ὡς ἡλώκοι τὸ τεῖχος τῶν Λυδῶν, καὶ ἔχοιτο Κροῖσος ζωγρηθείς. οὕτω δὴ οὗτοι μέν, συμφορὴν ποιησάμενοι μεγάλην, ἐπέπαυντο.

Σάρδιες δὲ ἥλωσαν ὧδε. ἐπειδὴ τεσσερεσκαιδεκάτη 84 ἐγένετο ἡμέρη πολιορκεομένῳ Κροίσῳ, Κῦρος τῇ στρατιῇ τῇ ἑωυτοῦ, διαπέμψας ἱππέας, προεῖπε, τῷ πρώτῳ ἐπιβάντι τοῦ τείχεος δῶρα δώσειν. μετὰ δὲ τοῦτο, πει-5 ρησαμένης τῆς στρατιῆς, ὡς οὐ προεχώρεε, ἐνθαῦτα τῶν ἄλλων πεπαυμένων, ἀνὴρ Μάρδος ἐπειρᾶτο προσβαίνων, τῷ οὔνομα ἦν Ὑροιάδης, κατὰ τοῦτο τῆς ἀκροπόλιος τῇ οὐδεὶς ἐτέτακτο φύλακος. οὐ γὰρ ἦν δεινόν,

suppetias ferrent. **Et illi nihilo minus, audito legato, ad succurrendum se accinxerunt. Sed quum iam parati essent, et in promtu starent naves, alius adfertur nuncius,** ***arcem Lydorum expugnatam esse, Croesumque vivum ab hostibus captum.*** **Ita quidem Lacedaemonii, casum regis vehementer dolentes, auxilia mittere supersederunt.**

(84.) ***Expugnatae*** **autem sunt** ***Sardes*** **hoc maxime modo. Quartodecimo quam obsideri coeptae erant die,** ***Cyrus,*** **dimissis per castra equitibus, edixerat copiis suis,** ***dona se daturum ei qui murum primus conscendisset.*** **Mox periculo a militibus facto, postquam conatui non respondit successus, ibi tum, quiescentibus caeteris, vir Mardus genere, cui nomen Hyroeades, adscendere conatus est eâ parte arcis, qua**

κατὰ τοῦτο μὴ ἁλῷ κοτέ. ἀπότομός τε γάρ ἐστι ταύτῃ
ἡ ἀκρόπολις, καὶ ἄμαχος· τῇ οὐδὲ Μήλης, ὁ πρότε- 10
ρον βασιλεὺς Σαρδίων, μούνῃ οὐ περιήνεικε τὸν λέοντα,
τόν οἱ ἡ παλλακὴ ἔτεκε, Τελμησσέων δικασάντων, ὡς
περιενειχθέντος τοῦ λέοντος τὸ τεῖχος, ἔσονται Σάρδιες
ἀνάλωτοι. ὁ δὲ Μήλης κατὰ τὸ ἄλλο τεῖχος περιενεί-
κας, τῇ ἦν ἐπίμαχον τὸ χωρίον τῆς ἀκροπόλιος, κατη- 15
λόγησε τούτου, ὡς ἐὸν ἄμαχόν τε καὶ ἀπότομον· ἔστι
δὲ πρὸς τοῦ Τμώλου τετραμμένον τῆς πόλιος. Ὁ ὦν
δὴ Ὑροιάδης οὗτος ὁ Μάρδος, ἰδὼν τῇ προτεραίῃ τῶν
τινα Λυδῶν κατὰ τοῦτο τῆς ἀκροπόλιος καταβάντα ἐπὶ
κυνέην ἄνωθεν κατακυλισθεῖσαν, καὶ ἀνελόμενον, ἐφρά- 20
σθη καὶ ἐς θυμὸν ἐβάλετο. τότε δὲ δὴ ὁ αὐτός τε ανα-

nulli locati custodes erant; quia non verendum visum erat, ne ab illa parte umquam arx caperetur. Est enim ibi abrupta arx, et inexpugnabilis: qua unâ etiam parte olim *Meles*, rex Sardium, non circumtulerat leonem, quem ipsi pellex pepererat; quum responsum edidissent Telmessenses, *si leo circa murum circumferretur, inexpugnabiles fore Sardes*. Meles igitur circa reliquum murum circumferens, qua expugnabile munimentum arcis erat, hanc partem spreverat, ut inexpugnabilem et abruptam: est autem ea, quae Tmolo oppido opposita est. Hyroeades igitur hic Mardus, quum pridie vidisset Lydorum aliquem ab illa parte arcis descendentem, recepturum galeam quae superne devoluta erat, eamdemque reportantem; advertens animum, deliberaverat secum. Tunc igitur et ipse adscendit, et eius vestigia legentes plures adscendebant. Quum igitur frequenti numero Per-

βεβήκεε, καὶ κατ' αὐτὸν ἄλλοι Περσέων ἀνέβαινον. προσβάντων δὲ συχνῶν, οὕτω δὴ Σάρδιές τε ἡλώκεσαν, καὶ πᾶν τὸ ἄστυ ἐπορθέετο.

Κατ' αὐτὸν δὲ Κροῖσον τάδε ἐγένετο. ἦν οἱ παῖς, τοῦ 85 καὶ πρότερον ἐπεμνήσθην, τὰ μὲν ἄλλα ἐπιεικής, ἄφωνος δέ. ἐν τῇ ὦν παρελθούσῃ εὐεστοῖ ὁ Κροῖσος τὸ πᾶν ἐς αὐτὸν ἐπεποιήκεε, ἄλλα τε ἐπιφραζόμενος, καὶ δὴ 5 καὶ ἐς Δελφοὺς περὶ αὐτοῦ ἐπεπόμφεε χρησομένους. ἡ δὲ Πυθίη οἱ εἶπε τάδε·

Λυδὲ γένος, πολλῶν βασιλεῦ, μέγα νήπιε Κροῖσε,
μὴ βούλευ πολύευκτον ἰὴν ἀνὰ δώματ' ἀκούειν
παιδὸς φθεγγομένου. τόδε σοι πολὺ λώϊον ἀμφὶς
10 ἔμμεναι. αὐδήσει γὰρ ἐν ἤματι πρῶτον ἀνόλβῳ.

Ἁλισκομένου δὲ τοῦ τείχεος, ἤϊε γὰρ τῶν τις Περσέων

LXXXIV. 22. κατ' αὐτόν. *Alii* μετ' αὐτὸν, post illum.

sae adscendissent, ita *Sardes captae* sunt, atque urbs omnis direpta.

(85.) Ad ipsum autem *Croesum* quod spectat, gesta sunt haecce. Erat ei filius, cuius etiam supra mentionem feci, caetera quidèm non ineptus, sed mutus. Superiore igitur felici rerum statu omnia pro viribus fecerat Croesus huius pueri caussâ, cum aliis initis rationibus, tum Delphos missis legatis qui super eo oraculum consulerent. Responderat autem ei Pythia haec:

Lyde genus, rex multorum, valde inscie Croese,
ne cura gnati exoptatam audisse loquentis
intra aedes vocem; sine qua melius tibi longe:
ille die quoniam primum infelice loquetur.

Nunc captâ arce quum Persarum aliquis, cui igno-

ἀλλογνώσας Κροῖσον ὡς ἀποκτενέων, Κροῖσος μέν νυν ὁρέων ἐπιόντα, ὑπὸ τῆς παρεούσης συμφορῆς παρημελήκεε, οὐδέ τι οἱ διέφερε πληγέντι ἀποθανέειν· ὁ δὲ παῖς οὗτος ὁ ἄφωνος, ὡς εἶδε ἐπιόντα τὸν Πέρσην, ὑπὸ 15 δέους τε καὶ κακοῦ ἔῤῥηξε φωνὴν, εἶπε δέ· „Ὤνθρωπε, „μὴ κτεῖνε Κροῖσον." Οὗτος μὲν δὴ τοῦτο πρῶτον ἐφθέγξατο· μετὰ δὲ τοῦτο ἤδη ἐφώνεε τὸν πάντα χρόνον 86 τῆς ζόης. Οἱ δὲ Πέρσαι τάς τε δὴ Σάρδις ἔσχον, καὶ αὐτὸν Κροῖσον ἐζώγρησαν, ἄρξαντα ἔτεα τεσσερεσκαίδεκα, καὶ τεσσερεσκαίδεκα ἡμέρας πολιορκηθέντα, κατὰ τὸ χρηστήριόν τε καταπαύσαντα τὴν ἑωυτοῦ μεγάλην ἀρχήν. λαβόντες δὲ αὐτὸν οἱ Πέρσαι ἤγαγον παρὰ 5 Κῦρον. ὁ δὲ, συννήσας πυρὴν μεγάλην, ἀνεβίβασε ἐπ' αὐτὴν τὸν Κροῖσόν τε ἐν πέδῃσι δεδεμένον, καὶ δὶς ἑπτὰ Λυδῶν παρ' αὐτὸν παῖδας· ἐν νόῳ ἔχων εἴτε δὴ ἀκρο-

tus Croesus erat, illum peteret occisurus; Croesus quidem, invadentem se conspiciens, ob praesentem casum insuper habuit, quum nihil ipsius interesset percussum oppetere mortem: at puer hic mutus, ubi Persam vidit irruentem, prae metu doloreque rupit vocem, dixitque: *Homo, ne occide Croesum!* Sic igitur hic tum primum vocem edidit: et post haec iam per omne vitae tempus loquelâ usus est. (86.) Persae vero et Sardibus potiti erant, et Croesum vivum ceperant, postquam regnasset quatuordecim annos, totidemque dies fuisset obsessus; qui adeo ex oraculi responso finem imposuit magno suo imperio. Captum vero Persae ad Cyrum duxerunt: qui ingenti rogo, ad id ipsum exstructo, compedibus vinctum Croesum iussit imponi, et circa eum bis septem Lydorum filios;

θίνια ταῦτα καταγιεῖν θεῶν ὅτεῳ δὴ, εἴτε καὶ εὐχὴν
10 ἐπιτελέσαι θέλων· εἴτε καὶ, πυθόμενος τὸν Κροῖσον
εἶναι θεοσεβέα, τοῦδε εἵνεκεν ἀνεβίβασε ἐπὶ τὴν πυρὴν,
βουλόμενος εἰδέναι εἴ τις μιν δαιμόνων ῥύσεται τοῦ μὴ
ζῶντα κατακαυθῆναι. τὸν μὲν δὴ ποιέειν ταῦτα· τῷ δὲ
Κροίσῳ, ἑστεῶτι ἐπὶ τῆς πυρῆς, ἐσελθεῖν, καίπερ ἐν
15 κακῷ ἐόντι τοσούτῳ, τὸ τοῦ Σόλωνος, ὥς οἱ εἴη σὺν
θεῷ εἰρημένον, τὸ „Μηδένα εἶναι τῶν ζωόντων ὄλβιον“
ὡς δὲ ἄρα μιν προστῆναι τοῦτο, ἀνενεικάμενόν τε καὶ
ἀναστενάξαντα ἐκ πολλῆς ἡσυχίης, ἐς τρὶς ὀνομάσαι
Σόλωνα. καὶ τὸν Κῦρον ἀκούσαντα, κελεῦσαι τοὺς
20 ἑρμηνέας ἐπείρεσθαι τὸν Κροῖσον, τίνα τοῦτον ἐπικα-
λέοιτο. καὶ τοὺς, προσελθόντας, ἐπειρωτᾶν. Κροῖσον δὲ
τέως μὲν σιγὴν ἔχειν εἰρωτεώμενον· μετὰ δὲ, ὡς ἠναγκά-

LXXXVI. 18. ἡσυχίης. *Alii* λειποψυχίης, post longum animi deliquium.

sive primitias has deo alicui offerre habens in animo, sive votum aliquod persolvere; sive cupidus sciendi, quum religiosum esse Croesum comperisset, an deus aliquis eum esset liberaturus, ne vivus combureretur. Hoc quidem fecisse Cyrum aiunt; Croeso vero super pyram stanti in mentem venisse, cum tanta quippe calamitate colluctanti, illud Solonis, quod sibi divino nutu fuisset dictum, *Neminem viventem esse beatum.* Hoc ergo sibi proponens, post longum silentium fertur ex imo pectore vocem edidisse, et ingemiscens ter nominasse *Solonem.* Tum Cyrum, aiunt, hoc audito, iussisse interpretes ex eo quaerere, *quis ille esset quem invocaret!* illosque accedentes quaesivisse, sed Croesum initio nihil respondisse; ad

ἀλλογνώσας Κροῖσον ὡς ἀποκτενέων, Κροῖσος μέν νυν ὁρέων ἐπιόντα, ὑπὸ τῆς παρεούσης συμφορῆς παρημελήκεε, οὐδέ τι οἱ διέφερε πληγέντι ἀποθανέειν· ὁ δὲ παῖς οὗτος ὁ ἄφωνος, ὡς εἶδε ἐπιόντα τὸν Πέρσην, ὑπὸ 15 δέους τε καὶ κακοῦ ἔρρηξε φωνήν, εἶπε δέ· ,,Ὤνθρωπε, ,,μὴ κτεῖνε Κροῖσον.“ Οὗτος μὲν δὴ τοῦτο πρῶτον ἐφθέγξατο· μετὰ δὲ τοῦτο ἤδη ἐφώνεε τὸν πάντα χρόνον 86 τῆς ζόης. Οἱ δὲ Πέρσαι τάς τε δὴ Σάρδις ἔσχον, καὶ αὐτὸν Κροῖσον ἐζώγρησαν, ἄρξαντα ἔτεα τεσσερεσκαίδεκα, καὶ τεσσερεσκαίδεκα ἡμέρας πολιορκηθέντα, κατὰ τὸ χρηστήριόν τε καταπαύσαντα τὴν ἑωυτοῦ μεγάλην ἀρχήν. λαβόντες δὲ αὐτὸν οἱ Πέρσαι ἤγαγον παρὰ 5 Κῦρον. ὁ δὲ, συννήσας πυρὴν μεγάλην, ἀνεβίβασε ἐπ' αὐτὴν τὸν Κροῖσόν τε ἐν πέδῃσι δεδεμένον, καὶ δὶς ἑπτὰ Λυδῶν παρ' αὐτὸν παῖδας· ἐν νόῳ ἔχων εἴτε δὴ ἀκρο-

tus Croesus erat, illum peteret occisurus; Croesus quidem, invadentem se conspiciens, ob praesentem casum insuper habuit, quum nihil ipsius interesset percussum oppetere mortem: at puer hic mutus, ubi Persam vidit irruentem, prae metu doloreque rupit vocem, dixitque: *Homo, ne occide Croesum!* Sic igitur hic tum primum vocem edidit: et post haec iam per omne vitae tempus loquelâ usus est. (86.) Persae vero et Sardibus potiti erant, et Croesum vivum ceperant, postquam regnasset quatuordecim annos, totidemque dies fuisset obsessus; qui adeo ex oraculi responso finem imposuit magno suo imperio. Captum vero Persae ad Cyrum duxerunt: qui ingenti rogo, ad id ipsum exstructo, compedibus vinctum Croesum iussit imponi, et circa eum bis septem Lydorum filios;

θύνια ταῦτα καταγιεῖν θεῶν ὅτεῳ δὴ, εἴτε καὶ εὐχὴν
10 ἐπιτελέσαι θέλων· εἴτε καὶ, πυθόμενος τὸν Κροῖσον
εἶναι θεοσεβέα, τοῦδε εἵνεκεν ἀνεβίβασε ἐπὶ τὴν πυρὴν,
βουλόμενος εἰδέναι εἴ τις μιν δαιμόνων ῥύσεται τοῦ μὴ
ζῶντα κατακαυθῆναι. τὸν μὲν δὴ ποιέειν ταῦτα· τῷ δὲ
Κροίσῳ, ἑστεῶτι ἐπὶ τῆς πυρῆς, ἐσελθεῖν, καί περ ἐν
15 κακῷ ἐόντι τοσούτῳ, τὸ τοῦ Σόλωνος, ὥς οἱ εἴη σὺν
θεῷ εἰρημένον, τὸ „Μηδένα εἶναι τῶν ζωόντων ὄλβιον.“
ὡς δὲ ἄρα μιν προστῆναι τοῦτο, ἀνενεικάμενόν τε καὶ
ἀναστενάξαντα ἐκ πολλῆς ἡσυχίης, ἐς τρὶς ὀνομάσαι
Σόλωνα. καὶ τὸν Κῦρον ἀκούσαντα, κελεῦσαι τοὺς
20 ἑρμηνέας ἐπείρεσθαι τὸν Κροῖσον, τίνα τοῦτον ἐπικα-
λέοιτο. καὶ τοὺς, προσελθόντας, ἐπειρωτᾶν. Κροῖσον δὲ
τέως μὲν σιγὴν ἔχειν εἰρωτεώμενον· μετὰ δὲ, ὡς ἠναγκά-

LXXXVI. 18. ἡσυχίης. *Alii* λειποψυχίης, post longum animi deliquium.

sive primitias has deo alicui offerre habens in animo, sive votum aliquod persolvere; sive cupidus sciendi, quum religiosum esse Croesum comperisset, an deus aliquis eum esset liberaturus, ne vivus combureretur. Hoc quidem fecisse Cyrum aiunt; Croeso vero super pyram stanti in mentem venisse, cum tanta quippe calamitate colluctanti, illud Solonis, quod sibi divino nutu fuisset dictum, *Neminem viventem esse beatum.* Hoc ergo sibi proponens, post longum silentium fertur ex imo pectore vocem edidisse, et ingemiscens ter nominasse *Solonem.* Tum Cyrum, aiunt, hoc audito, iussisse interpretes ex eo quaerere, *quis ille esset quem invocaret!* illosque accedentes quaesivisse, sed Croesum initio nihil respondisse; ad

ζετο, εἰπεῖν· „Τὸν ἂν ἐγὼ πᾶσι τυράννοισι προετίμησα
„μεγάλων χρημάτων ἐς λόγους ἐλθεῖν." Ὡς δέ σφι
ἄσημα ἔφραζε, πάλιν ἐπειρώτων τὰ λεγόμενα. λιπα- 25
ρεόντων δὲ αὐτῶν, καὶ ὄχλον παρεχόντων, ἔλεγε δή,
ὡς ἦλθε ἀρχὴν ὁ Σόλων, ἐὼν Ἀθηναῖος, καὶ θεησά-
μενος πάντα τὸν ἑωυτοῦ ὄλβον ἀποφλαυρίσειε· οἷα δὴ
εἴπας, ὥστε αὐτῷ πάντα ἀποβεβήκοι τῇπερ ἐκεῖνος
εἶπε, οὐδέν τι μᾶλλον ἐς ἑωυτὸν λέγων, ἢ ἐς ἅπαν τὸ 30
ἀνθρώπινον, καὶ μάλιστα τοὺς παρὰ σφίσι αὐτοῖσι
δοκέοντας ὀλβίους εἶναι. Τὸν μὲν Κροῖσον ταῦτα ἀπη-
γέεσθαι· τῆς δὲ πυρῆς ἤδη ἁμμένης, καίεσθαι τὰ πε-
ριέσχατα. καὶ τὸν Κῦρον ἀκούσαντα τῶν ἑρμηνέων τὰ
εἶπε Κροῖσος, μεταγνόντα τε, καὶ ἐννώσαντα ὅτι καὶ 35
αὐτὸς ἄνθρωπος ἐών, ἄλλον ἄνθρωπον, γενόμενον ἑωυ-

extremum vero, quum urgeretur, dixisse: *Is est, qui ut omnibus regibus in colloquium veniret, ego ingenti pecuniarum copiae praetulissem.* Cuius responsi vim quum parum illi intelligerent, denuo quaerebant quid esset quod diceret. Instantibus et operose urgentibus dixit demum quod res erat, *quo pacto olim Solon ad se venisset Atheniensis, qui postquam omnes suas opes esset contemplatus, pro nihilo eas duxisset, talia scilicet loquutus, ut sibi omnia evenerint prout ille dixisset; nec vero ea illum in se magis dixisse, quam in universum genus hominum, et in eos maxime qui sibi ipsis viderentur esse beati.* Haec dum *Croesus* referebat, iam incenso rogo arsisse aiunt extrema circumcirca: *Cyrum* vero, ubi ex interpretibus cognovit quae Croesus dixisset, poenitentia ductum, cogitantemque quid esset quod,

τοῦ εὐδαιμονίῃ οὐκ ἐλάσσω, ζῶντα πυρὶ διδοίη· πρός τε τούτοισι, δείσαντα τὴν τίσιν, καὶ ἐπιλεξάμενον ὡς οὐδὲν εἴη τῶν ἐν ἀνθρώποισι ἀσφαλέως ἔχον, κελεύειν
40 σβεννύναι τὴν ταχίστην τὸ καιόμενον πῦρ, καὶ καταβιβάζειν Κροῖσόν τε καὶ τοὺς μετὰ Κροίσου· καὶ τοὺς, πειρωμένους, οὐ δύνασθαι ἔτι τοῦ πυρὸς ἐπικρατῆσαι.
Ἐνθαῦτα λέγεται ὑπὸ Λυδῶν, Κροῖσον μαθόντα τὴν 87 Κύρου μετάγνωσιν, ὡς ὥρα πάντα μὲν ἄνδρα σβεννύντα τὸ πῦρ, δυναμένους δὲ οὐκέτι καταλαβεῖν, ἐπιβώσασθαι, τὸν Ἀπόλλωνα ἐπικαλεόμενον, εἴ τι οἱ κεχαρισ-
5 μένον ἐξ αὐτοῦ ἐδωρήθη, παραστῆναι, καὶ ῥύσασθαί μιν ἐκ τοῦ παρεόντος κακοῦ. τὸν μὲν, δακρύοντα ἐπικαλέεσθαι τὸν θεόν· ἐκ δὲ αἰθρίης τε καὶ νηνεμίης συνδραμέειν ἐξαπίνης νέφεα, καὶ χειμῶνά τε καταῤῥαγῆναι, καὶ

quum ipse homo esset, alium hominem, qui sese non inferior fuisset felicitate, vivum igni traderet, adhaec veritum deorum vindictam, reputantemque quam nihil esset in rebus humanis stabile, ocyus restingui iussisse accensum ignem, Croesumque et qui cum eo erant deduci; verum eos, quibus id mandatum est, vim flammae non amplius potuisse superare. (87.) Ibi tum Croesum, aiunt Lydi, cognitâ Cyri mutatione sententiae, quum cerneret omnes homines restinguendo igni dare operam, nec coërcere illum posse, exclamantem invocasse Apollinem, *si quod a se donum ei gratum fuisset oblatum, nunc sibi adesset, et ex praesenti malo se liberaret.* Ita inter lacrymas deum invocante Croeso, repente nubes, quum serenum et tranquillum adhuc fuisset coelum, esse contractas; coortâque tempestate, et vehementissimo

ὕσαι ὕδατι λαβροτάτῳ, κατασβεσθῆναί τε τὴν πυρήν.
οὕτω δὴ μαθόντα τὸν Κῦρον, ὡς εἴη ὁ Κροῖσος καὶ θεο- 10
φιλὴς καὶ ἀνὴρ ἀγαθὸς, καταβιβάσαντα αὐτὸν ἀπὸ
τῆς πυρῆς, εἴρεσθαι τάδε· „Κροῖσε, τίς σε ἀνθρώπων
„ἀνέγνωσε, ἐπὶ γῆν τὴν ἐμὴν στρατευσάμενον, πολέμιον
„ἀντὶ φίλου ἐμοὶ καταστῆναι;" Ὁ δὲ εἶπε· „Ὦ βα-
„σιλεῦ, ἐγὼ ταῦτα ἔπρηξα τῇ σῇ μὲν εὐδαιμονίῃ, τῇ 15
„ἐμεωυτοῦ δὲ κακοδαιμονίῃ. αἴτιος δὲ τούτων ἐγένετο ὁ
„Ἑλλήνων θεὸς, ἐπαείρας ἐμὲ στρατεύεσθαι. οὐδεὶς
„γὰρ οὕτω ἀνόητός ἐστι, ὅς τις πόλεμον πρὸ εἰρήνης αἱρέε-
„ται. ἐν μὲν γὰρ τῇ, οἱ παῖδες τοὺς πατέρας θάπτουσι·
„ἐν δὲ τῷ, οἱ πατέρες τοὺς παῖδας. ἀλλὰ ταῦτα δαίμοσί 20
„κου φίλον ἦν οὕτω γενέσθαι."

88 Ὁ μὲν ταῦτα ἔλεγε. Κῦρος δὲ αὐτὸν λύσας κάτισέ
τε ἐγγὺς ἑωυτοῦ, καὶ κάρτα ἐν πολλῇ προμηθίῃ εἶχε,

effuso imbre, ignem esse exstinctum. Tum Cyrum, qui ita intellexisset et deo acceptum et bonum virum esse Croesum, a rogo ad se iussisse eum deduci, atque in hunc modo interrogasse. *Quis tibi hominum, Croese, persuasit, ut irruptione meam in ditionem factâ hostis mihi quam amicus esse malueris?* Cui ille respondit: *Haec ego, o Rex, feci tuo prospero, meo infausto fato. Caussa autem incepti fuit Graecorum deus, qui me ad bellum impulit suscipiendum. Nemo enim ita amens est, ut bellum praeferat paci, quum in hac filii sepeliant patres, in illo autem a patribus filii sepeliantur. Sed, haec ut ita fierent, diis puto placuerat.* (88.) Haec postquam *Croesus* locutus est, *Cyrus* vinculis solutum prope se iussit adsidere, et plurimâ eum observantiâ prosecu-

ἀπεθώυμαζέ τε ὁρέων καὶ αὐτὸς, καὶ οἱ περὶ ἐκεῖνον
ἐόντες πάντες. ὁ δὲ, συννοίῃ ἐχόμενος, ἥσυχος ἦν. μετὰ
5 δὲ, ἐπιστραφείς τε καὶ ἰδόμενος τοὺς Πέρσας τὸ τῶν
Λυδῶν ἄστυ κεραΐζοντας, εἶπε· „Ὦ βασιλεῦ, κότε-
„ρα λέγειν πρὸς σὲ τὰ νοέων τυγχάνω, ἢ σιγᾶν ἐν τῷ
παρεόντι χρόνῳ;“ Κῦρος δέ μιν θαρσέοντα ἐκέλευε
λέγειν ὅ τι βούλοιτο. ὁ δὲ αὐτὸν εἰρώτα, λέγων· „Οὗ-
10 „τος ὁ πολλὸς ὅμιλος τί ταῦτα σπουδῇ πολλῇ ἐργά-
„ζεται;“ Ὁ δὲ εἶπε· „Πόλιν τε τὴν σὴν διαρπάζει,
„καὶ χρήματα τὰ σὰ διαφορέει.“ Κροῖσος δὲ ἀμεί-
βετο· „Οὔτε πόλιν τὴν ἐμὴν, οὔτε χρήματα τὰ ἐμὰ
„διαρπάζει· οὐδὲν γάρ ἐμοὶ ἔτι τούτων μέτα. ἀλλὰ
„φέρουσί τε καὶ ἄγουσι τὰ σά.“ Κύρῳ δὲ ἐπιμελὲς 89
ἐγένετο τὰ Κροῖσος εἶπε· μεταστησάμενος δὲ τοὺς ἄλ-
λους, εἴρετο Κροῖσον ὅ τι οἱ ἐνορώῃ ἐν τοῖσι ποιευμένοισι.

tus est, intuensque mirabatur eum, cum ipse, tam omnes qui cum eo erant. At ille, cogitabundus, silentium tenuit. Deinde vero conversus ubi Persas vidit Lydorum urbem vastantes, *Utrum eloqui tibi,* inquit, *ô Rex, quod sentio, an tacere hoc in tempore debeo?* Quem ubi Cyrus fidenter quae vellet dicere iussit, interrogans ille eum, ait: *Ingens haec hominum turba quid tandem tanto studio facere properat?* Tum rex, *Urbem,* inquit, *tuam diripit, et opes tuas dissipat.* At Croesus respondit: *Neque meam urbem, nec meas opes diripit; nihil enim horum amplius ad me pertinet: sed tua agunt feruntque.* (89.) Advertit hoc dictum animum Cyri: itaque remotis arbitris interrogavit Croesum, *quid esset, quod sibi faciendum in his, quae fierent, censeret?*

ὁ δὲ εἶπε· „Ἐπεί τε με θεοὶ δῶκαν δοῦλόν σοι, δι-
„καιῶ, εἴ τι ἐνορέω πλέον, σημαίνειν σοι. Πέρσαι, 5
„φύσιν ἐόντες ὑβρισταὶ, εἰσὶ ἀχρήματοι. ἢν ὦν σὺ τού-
„τους περιίδῃς διαρπάσαντας καὶ κατασχόντας χρή-
„ματα μεγάλα, τάδε τοι ἐξ αὐτέων ἐπίδοξα γενέ-
„σθαι· ὃς ἂν αὐτέων πλεῖστα κατάσχῃ, τοῦτον προσ-
„δέκεσθαί τοι ἐπαναστησόμενον. νῦν ὦν ποίησον ὧδε, 10
„εἴ τοι ἀρέσκει τὰ ἐγὼ λέγω. κάτισον τῶν δορυφόρων
„ἐπὶ πάσῃσι τῇσι πύλῃσι φυλάκους, οἳ λεγόντων πρὸς
„τοὺς ἐκφέροντας τὰ χρήματα ἀπαιρεόμενοι, ὥς σφεα
„ἀναγκαίως ἔχει δεκατευθῆναι τῷ Διΐ. καὶ σύ τε σφι
„οὐκ ἀπεχθήσεαι βίῃ ἀπαιρεόμενος τὰ χρήματα· καὶ 15
„ἐκεῖνοι, συγγνόντες ποιέειν σε δίκαια, ἑκόντες προή-
90 „σουσι.“ Ταῦτα ἀκούων ὁ Κῦρος, ὑπερήδετο, ὥς οἱ

Tum ille: *Quoniam dii*, inquit, *me tibi servum tradiderunt, aequum censeo, ut, si quid commodum video, id tibi indicem. Persae naturâ protervi sunt, iidemque inopes. Quod si igitur hos passus fueris raptam ingentem pecuniae vim sibi retinere, hoc tibi ab his credibile est eventurum: ut quisque istorum plurimis opibus fuerit potitus, ita maxime exspectare debebis hunc adversus te insurrecturum. Nunc igitur ita fac, si tibi placuerit quod ego dico. Adpone ad omnes portas custodes ex satellitibus, qui exportantibus res auferant, dicentes, necesse esse ut earum decimae Iovi offerantur. Sic nec tu in odium illorum incurres, per vim eis res auferendo; et illi, iusta te facere intelligentes, facient non inviti.* (90.) Haec audiens Cyrus supra modum gavisus est, ita illi bene monita videbantur.

ἐδόκεε εὖ ὑποτίθεσθαι. αἰνέσας δὲ πολλὰ, καὶ ἐντειλάμενος τοῖσι δορυφόροισι τὰ Κροῖσος ὑπεθήκατο ἐπιτελέειν, εἶπε πρὸς Κροῖσον τάδε· „Κροῖσε, ἀναρτημένου
5 „σεῦ ἀνδρὸς βασιλέος χρηστὰ ἔργα καὶ ἔπεα ποιέειν, „αἰτέο δόσιν τήν τινα βούλεαί τοι γενέσθαι παραυτίκα.“ Ὁ δὲ εἶπε· „Ὦ δέσποτα, ἐάσας με χαριεῖ μάλιστα „τὸν θεὸν τῶν Ἑλλήνων, τὸν ἐτίμησα ἐγὼ θεῶν μά„λιστα, ἐπείρεσθαι, πέμψαντα τάσδε τὰς πέδας, εἰ
10 „ἐξαπατᾷν τοὺς εὖ ποιεῦντας νόμος ἐστί οἱ.“ Κῦρος δὲ εἴρετο ὅ τι οἱ τοῦτο ἐπηγορεύων παραιτέοιτο. Κροῖσος δέ οἱ ἐπανηλόγησε πᾶσαν τὴν ἑωυτοῦ διάνοιαν, καὶ τῶν χρηστηρίων τὰς ὑποκρίσιας, καὶ μάλιστα τὰ ἀναθήματα· καὶ ὡς ἐπαρθεὶς τῷ μαντηΐῳ, ἐστρατεύσατο ἐπὶ Πέρσας.
15 λέγων δὲ ταῦτα, κατέβαινε αὖτις παραιτεόμενος, ἐπι-

XC. 12. ἐπανηλόγησε. *Corrigunt viri docti* ἐπαλιλλόγησε, repetiit.

Igitur valde laudato Croeso, iussisque satellitibus exsequi quae ille monuerat, his verbis cum est adlocutus: *Croese, quoniam hoc tibi institutum est, ut viri regis benefacta dictaque exsequaris, pete quidquid muneris a me volueris in praesentia tibi dari.* Et ille: *Domine*, inquit, *maxime gratum mihi feceris, si siveris me deum Graecorum, quem maxime omnium veneratus eram, missis hisce compedibus interrogare, Numquid illi fas sit, bene de ipso meritos decipere?* Quaerenti dein *Cyro*, quid rei esset, de qua illum accusans hanc a se gratiam peteret; altius repetens *Croesus*, consilia sua omnia exposuit, et oraculorum responsa, maximeque donaria deo a se dicata, et quo pacto concitatus oraculi responso bellum adversus Persas suscepisset. Quibus comme-

εἰ τῷ θεῷ τούτων ὀνειδίσαι. Κῦρος δὲ γελάσας εἶπε· Καὶ τούτου τεύξεαι παρ' ἐμεῦ, Κροῖσε, καὶ ἄλλου ... τεῦ ἂν ἑκάστοτε δέῃ." Ὡς δὲ ταῦτα ἤκουσε ... Κροῖσος, πέμπων τῶν Λυδῶν ἐς Δελφοὺς, ἐνετέλ... τιθέντας τὰς πέδας ἐπὶ τοῦ νηοῦ τὸν οὐδὸν, εἰρω- 20 ... εἰ οὔ τι ἐπαισχύνεται τοῖσι μαντηΐοισι ἐπάρας Κροῖ... στρατεύεσθαι ἐπὶ Πέρσας, ὡς καταπαύσοντα τὴν Κύρου δύναμιν, ἀπ' ἧς οἱ ἀκροθίνια τοιαῦτα γενέσθαι· ... τὰς πέδας. ταῦτά τε ἐπειρωτᾶν, καὶ εἰ ἀχα... νόμος εἶναι τοῖσι Ἑλληνικοῖσι θεοῖσι. 91 Ἀπικο... δὲ τοῖσι Λυδοῖσι, καὶ λέγουσι τὰ ἐντεταλμένα, τὴν Πυθίην λέγεται εἰπεῖν τάδε· „Τὴν πεπρωμένην „μοῖρην ἀδύνατά ἐστι ἀποφυγέειν καὶ θεῷ. Κροῖσος „... πέμπτου γονέος ἁμαρτάδα ἐξέπλησε, ὃς ἐὼν δορυ- 5

...gratis, rursus ad preces se convertit, rogans ut sibi ...ret ista exprobrare deo. Cui adridens Cyrus, *Et ...c, inquit, a me impetrabis, et quidquid aliud identidem a me rogaveris.* His auditis Croesus Ly...um nonnullos Delphos misit, iussos positis ad templi limen compedibus sciscitari, *Annon puderet deum, quod oraculi responsis excitasset Croesum ad bellum Persis inferendum, iniecta spe eversurum eum esse Cyri potentiam, unde tales ipsi primitiae evenissent?* nempe compedes ei ostenderent. Hoc igitur sciscitari iussi sunt, et, *num fas sit diis Graecorum, esse ingratis.* (91.) Lydis illuc profectis, ac mandata exsecutis, Pythia fertur ita respondisse: *Sortem fato destinatam effugere etiam Deus non potest. Croesus autem quinti genitoris peccatum luit; qui quum satelles fuisset Heracli-*

„Φόρος Ἡρακλειδέων, δόλῳ γυναικηΐῳ ἐπισπόμενος,
„ἐφόνευσε τὸν δεσπότεα, καὶ ἔσχε τὴν ἐκείνου τιμήν οὐδέν
„οἱ προσήκουσαν. προθυμεομένου δὲ Λοξίεω, ὅκως ἂν κα-
„τὰ τοὺς παῖδας τοὺς Κροίσου γένοιτο τὸ Σαρδίων πάθος,
10 „καὶ μὴ κατ' αὐτὸν Κροῖσον, οὐκ οἷόν τε ἐγένετο πα-
„ραγαγεῖν μοίρας. ὅσον δὲ ἐνέδωκαν αὗται, ἠνύσατο,
„καὶ ἐχαρίσατό οἱ. τρία γὰρ ἔτεα ἐπανεβάλετο τὴν
„Σαρδίων ἅλωσιν· καὶ τοῦτο ἐπιστάσθω Κροῖσος, ὡς
„ὕστερον τοῖσι ἔτεσι τούτοισι ἁλοὺς τῆς πεπρωμένης.
15 „δεύτερα δὲ τούτων, καιομένῳ αὐτῷ ἐπήρκεσε. Κατὰ
„δὲ τὸ μαντήϊον τὸ γενόμενον, οὐκ ὀρθῶς Κροῖσος μέμ-
„φεται. προηγόρευε γάρ οἱ Λοξίης, ἢν στρατεύηται
„ἐπὶ Πέρσας, μεγάλην ἀρχὴν αὐτὸν καταλύσειν. τὸν
„δὲ πρὸς ταῦτα χρῆν, εὖ μέλλοντα βουλεύεσθαι, ἐπει-

darum, mulieris dolo obsecutus, interemit dominum, illiusque dignitate potitus est, nihil ad ipsum pertinente. Quamvis autem studuerit Apollo, ut ista Sardium calamitas incideret filiorum Croesi aetate, non vivente ipso Croeso, mutare tamen fata non potuit: sed, quantum illa permiserunt, tantum effecit, eique gratificatus est. Nam tribus annis distulit Sardium expugnationem: et hoc sciat Croesus, tribus post annis, quam fata destinarant, captum se esse. Secundo loco quum in eo esset ut igne cremaretur, opem ei tulit. Iam quod ad oraculum spectat, immerito Croesus deum accusat. Praedixerat enim ei Apollo, si bellum Persis inferret, fore ut ingens everteret imperium. Croesus autem ad haec, si recte sibi consulere voluisset, debuerat denuo mittere sciscitatum, suumne, an Cyri im-

„ρέσθαι πέμψαντα, κότερα τὴν ἑωυτοῦ ἢ τὴν Κύρου 20
„λέγοι ἀρχήν. οὐ συλλαβὼν δὲ τὸ ῥηθὲν, οὐδ' ἐπαν-
„ειρόμενος, ἑωυτὸν αἴτιον ἀποφαινέτω. ᾧ καὶ τὸ τε-
„λευταῖον χρηστηριαζομένῳ εἶπε τὰ εἶπε Λοξίης περὶ
„ἡμιόνου· οὐδὲ τοῦτο συνέλαβε. ἦν γὰρ δὴ ὁ Κῦρος
„οὗτος ἡμίονος· ἐκ γὰρ δυοῖν οὐκ ὁμοεθνέων ἐγεγόνεε, 25
„μητρὸς ἀμείνονος, πατρὸς δὲ ὑποδεεστέρου. ἡ μὲν γὰρ
„ἦν Μηδὶς, καὶ Ἀστυάγεος θυγάτηρ τοῦ Μήδων βα-
„σιλέος· ὁ δὲ, Πέρσης τε ἦν, καὶ ἀρχόμενος ὑπ' ἐκείνοισι·
„καὶ ἔνερθε ἐὼν τοῖσι ἅπασι, δεσποίνῃ τῇ ἑωυτοῦ συνοί-
„κεε.“ Ταῦτα μὲν ἡ Πυθίη ὑπεκρίνατο τοῖσι Λυδοῖσι· 30
οἱ δὲ ἀνήνεικαν ἐς Σάρδις, καὶ ἀπήγγειλαν τῷ Κροί-
σῳ. ὁ δὲ ἀκούσας, συνέγνω ἑωυτοῦ εἶναι τὴν ἁμαρτάδα,
καὶ οὐ τοῦ θεοῦ. Κατὰ μὲν δὴ τὴν Κροίσου τε ἀρχὴν,
καὶ Ἰωνίης τὴν πρώτην καταστροφὴν, ἔσχε οὕτω.

perium dixerit deus? Igitur quum non intellexerit responsum, nec denuo quaesierit, sibi ipsi tribuat culpam. Eidem vero etiam tertium consulenti respondit Apollo ea quae de mulo respondit: at ille ne hoc quidem intellexit. Nam mulus hic, Cyrus erat: quippe ex duabus diversis gentibus ortus, matre melioris conditionis, patre vero inferioris. Illa enim Meda erat, et quidem Astyagis filia, regis Medorum: hic vero Persa fuit, illorum subiectus imperio; et, cum inferior esset rebus omnibus, dominam suam in matrimonium duxit. Haec Lydis Pythia respondit; quae illi Sardes retulerunt, Croesoque nunciarunt. Quibus auditis, ille suam ipsius agnovit esse culpam, non dei. Quod igitur ad Croesi imperium spectat, et ad primam Ioniae sub alienum imperium redactionem, eo modo quo exposuimus res gestae sunt.

Κροίσῳ δὲ ἔστι καὶ ἄλλα ἀναθήματα ἐν τῇ Ἑλ- 92
λάδι πολλὰ, καὶ οὐ τὰ εἰρημένα μοῦνα. ἐν μὲν γὰρ
Θήβῃσι τῇσι Βοιωτῶν τρίπους χρύσεος, τὸν ἀνέθηκε τῷ
Ἀπόλλωνι τῷ Ἰσμηνίῳ· ἐν δὲ Ἐφέσῳ, αἵ τε βόες αἱ
5 χρύσεαι, καὶ τῶν κιόνων αἱ πολλαί· ἐν δὲ Προνηίης τῆς
ἐν Δελφοῖσι, ἀσπὶς χρυσέη μεγάλη. ταῦτα μὲν καὶ ἔτι
ἐς ἐμὲ ἦν περιεόντα· τὰ δ' ἐξαπόλωλε τῶν ἀναθημά-
των. τὰ δ' ἐν Βραγχίδῃσι τῇσι Μιλησίων ἀναθήματα
Κροίσῳ, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, ἴσα τε σταθμὸν καὶ ὅμοια
10 τοῖσι ἐν Δελφοῖσι. τὰ μέν νυν ἔς τε Δελφοὺς καὶ ἐς
τοῦ Ἀμφιάρεω ἀνέθηκε, οἰκήιά τε ἐόντα, καὶ τῶν πα-
τρώων χρημάτων ἀπαρχήν· τὰ δὲ ἄλλα ἀναθήματα
ἐξ ἀνδρὸς ἐγένετο οὐσίης ἐχθροῦ, ὅς οἱ, πρὶν ἢ βασι-
λεῦσαι, ἀντιστασιώτης κατεστήκεε, συσπεύδων Παν-
15 ταλέοντι γενέσθαι τὴν Λυδῶν ἀρχήν. ὁ δὲ Πανταλέων

(92.) *Donaria* autem *Croesi* non ea solum, quae commemoravimus, sed et alia multa exstant in Graecia. Etenim Thebis Boeotiis tripus est aureus, quem Apollini dicavit Ismenio: Ephesi vero, boves aureae, et columnarum pleraeque: tum in Pronaea aede Delphis, clypeus aureus ingens. Et haec quidem ad meam usque aetatem superfuerunt; alia vero interciderunt donaria: in his ea, quae apud Branchidas Milesiorum consecraverat, aequalia pondere, ut audio, et similia eis quae sunt Delphis. Et quae quidem Delphis et Amphiarai oraculo donavit, propria ipsius fuerant, et paternarum opum primitiae: reliqua vero e facultatibus viri fuerunt inimici, qui Croeso, priusquam regnaret, fuerat in republica adversarius, Pantaleonti conciliare studens Lydorum reg-

ἦν Ἀλυάττεω μὲν παῖς, Κροίσου δὲ ἀδελφεὸς οὐκ ὁμομήτριος. Κροῖσος μὲν γὰρ ἐκ Καείρης ἦν γυναικὸς Ἀλυάττῃ· Πανταλέων δὲ, ἐξ Ἰάδος. ἐπεί τε δὲ, δόντος τοῦ πατρὸς, ἐκράτησε τῆς ἀρχῆς ὁ Κροῖσος, τὸν ἄνθρωπον τὸν ἀντιπρήσσοντα ἐπὶ κνάφου ἕλκων διέφθειρε· 20 τὴν δὲ οὐσίην αὐτοῦ ἔτι πρότερον κατιρώσας, τότε τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ ἀνέθηκε ἐς τὰ εἴρηται. καὶ περὶ μὲν ἀναθημάτων τοσαῦτα εἰρήσθω.

93 Θώυματα δὲ γῆ Λυδίη ἐς συγγραφὴν οὐ μάλα ἔχει, οἷά τε καὶ ἄλλη χώρη, πάρεξ τοῦ ἐκ τοῦ Τμώλου καταφερομένου ψήγματος. Ἓν δὲ ἔργον πολλὸν μέγιστον παρέχεται, χωρὶς τῶν τε Αἰγυπτίων ἔργων καὶ τῶν Βαβυλωνίων. ἔστι αὐτόθι Ἀλυάττεω τοῦ Κροίσου πα- 5 τρὸς σῆμα, τοῦ ἡ κρηπὶς μέν ἐστι λίθων μεγάλων,

num. Erat autem *Pantaleon* Alyattis quidem filius, Croesi frater, at non ex eâdem matre: nam Croesus ex Caricâ uxore natus erat Alyatti, Pantaleon vero ex Ionicâ. Postquam autem tradito a patre imperio potitus erat Croesus, hominem illum, qui sibi erat adversatus, tribulis cruciatum necavit; et bona eius, iam aute a se diis dicata, tunc eo quo diximus modo locis istis consecravit. Et haec quidem de donariis hactenus dicta sunto.

(93.) Res admirandas, quae scripto consignentur, terra Lydia nullas admodum habet, prout aliae regiones; praeter *auri ramenta*, quae e *Tmolo* deferuntur. Unum vero opus hominum exhibet multo maximum, post Aegyptiorum utique et Babyloniorum opera. Est ibi *Alyattis sepulcrum*, patris Croesi; cuius basis ex grandibus lapidibus confecta, reliquum

τὸ δὲ ἄλλο σῆμα, χῶμα γῆς. ἐξεργάσαντο δέ μιν οἱ
ἀγοραῖοι ἄνθρωποι, καὶ οἱ χειρώνακτες, καὶ αἱ ἐνεργα-
ζόμεναι παιδίσκαι. οὖροι δὲ, πέντε ἐόντες, ἔτι καὶ ἐς
10 ἐμὲ ἦσαν ἐπὶ τοῦ σήματος ἄνω· καί σφι γράμματα
ἐνεκεκόλαπτο, τὰ ἕκαστοι ἐξεργάσαντο. καὶ ἐφαίνετο
μετρεόμενον τὸ τῶν παιδισκέων ἔργον ἐὸν μέγιστον. Τοῦ
γὰρ δὴ Λυδῶν δήμου αἱ θυγατέρες πορνεύονται πᾶ-
σαι, συλλέγουσαι σφίσι φερνάς, ἐς ὃ ἂν συνοικήσωσι
15 τοῦτο ποιέουσαι. ἐκδιδόασι δὲ αὐταὶ ἑωυτάς. ἡ μὲν δὴ
περίοδος τοῦ σήματος, εἰσὶ στάδιοι ἕξ, καὶ δύο πλέ-
θρα· τὸ δὲ εὖρός ἐστι πλέθρα τριακαίδεκα. λίμνη δὲ
ἔχεται τοῦ σήματος μεγάλη, τὴν λέγουσι Λυδοὶ ἀεί-
ναον εἶναι· καλέεται δὲ αὕτη Γυγαίη. τοῦτο μὲν δὴ
20 τοιοῦτό ἐστι.

monumentum terrae tumulus est, manibus hominum aggestus. Confecerunt illud homines forenses, opifices, et puellae corpore quaestum facientes. Fuerunt autem ad meam usque aetatem in summo tumulo quinque termini, in quibus incisa scriptura indicabat quid a singulis confectum fuisset: adparebatque ex mensurâ, puellarum partem operis fuisse maximam. Nam filiae populi Lydorum meretricantur omnes, dotem sibi colligentes hoc quaestu, quem faciunt donec nupturae sunt: se autem ipsae in matrimonium elocant. Circuitus monumenti sex stadiorum est et duorum plethrorum: latitudo, plethrorum tredecim. Monumento contiguus est lacus ingens, quem Lydi referunt esse perennem; vocatur autem Gygaeus. Atque haec quidem ita se habent.

94 Λυδοὶ δὲ νόμοισι μὲν παραπλησίοισι χρέωνται καὶ Ἕλληνες· χωρὶς ἢ ὅτι τὰ θήλεα τέκνα καταπορνεύουσι. πρῶτοι δὲ ἀνθρώπων, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, νόμισμα χρυσοῦ καὶ ἀργύρου κοψάμενοι ἐχρήσαντο· πρῶτοι δὲ καὶ κάπηλοι ἐγένοντο. Φασὶ δὲ αὐτοὶ Λυδοὶ, καὶ τὰς παιγνίας 5 τὰς νῦν σφίσι τε καὶ Ἕλλησι κατεστεώσας, ἑωυτῶν ἐξεύρημα γενέσθαι. ἅμα δὲ ταύτας τε ἐξευρεθῆναι παρὰ σφίσι λέγουσι, καὶ Τυρσηνίην ἀποικίσαι· ὧδε περὶ αὐτῶν λέγοντες. ἐπὶ Ἄτυος τοῦ Μάνεω βασιλέος σιτοδηΐην ἰσχυρὴν ἀνὰ τὴν Λυδίην πᾶσαν γενέσθαι· καὶ τοὺς Λυ- 10 δοὺς τέως μὲν διάγειν λιπαρέοντας· μετὰ δὲ, ὡς οὐ παύεσθαι, ἄκεα δίζησθαι· ἄλλον δὲ ἄλλο ἐπιμηχανᾶσθαι αὐτῶν. ἐξευρεθῆναι δὴ ὦν τότε καὶ τῶν κύβων, καὶ τῶν ἀστραγάλων, καὶ τῆς σφαίρης, καὶ τῶν ἀλ-

(94.) Legibus autem utuntur *Lydi* similibus atque Graeci, praeterquam quod filias suas vitae tradant meretriciae. Primi vero hominum, quos novimus, aureos et argenteos *procuderunt numos* eisque usi sunt: primique etiam fuerunt mercium institores. Narrant porro ipsi Lydi, *lusus* etiam hos, qui nunc et apud ipsos et apud Graecos in usu sunt, ipsorum fuisse inventum: per idem autem tempus, quo lusus isti apud se sint inventi, *Tyrrheniam* colonis a Lydis esse frequentatam. Eas res hunc in modum accidisse referunt. „Regnante Atye, Manis filio, gravem annonae caritatem per totam fuisse Lydiam: et Lydos quidem aliquamdiu patienter tolerasse malum; deinde vero, quum non cessaret, quaesisse remedium, et alium aliud excogitasse. Eo igitur tempore inventos esse et tesserarum et talorum ludum, et pilae caete-

15 λέων πασέων παιγνιέων τὰ εἴδεα, πλὴν πεσσῶν. τού-
των γὰρ ὦν τὴν ἐξεύρεσιν οὐκ οἰκηϊοῦνται Λυδοί. ποιέειν
δὲ ὧδε, πρὸς τὸν λιμὸν ἐξευρόντας· τὴν μὲν ἑτέρην τῶν
ἡμερέων παίζειν πᾶσαν, ἵνα δὴ μὴ ζητέοιεν σιτία· τὴν
δὲ ἑτέρην σιτέεσθαι, παυομένους τῶν παιγνιέων. τοιούτῳ
20 τρόπῳ διάγειν ἐπ' ἔτεα δυῶν δέοντα εἴκοσι. ἐπεί τε
δὲ οὐκ ἀνιέναι τὸ κακὸν, ἀλλ' ἐπὶ μᾶλλον ἔτι βιά-
ζεσθαι, οὕτω δὴ τὸν βασιλέα αὐτῶν, δύο μοίρας διε-
λόντα Λυδῶν πάντων, κληρῶσαι, τὴν μὲν ἐπὶ μονῇ,
τὴν δὲ ἐπὶ ἐξόδῳ ἐκ τῆς χώρης. καὶ ἐπὶ μὲν τῇ μένειν
25 αὐτοῦ λαγχανούσῃ τῶν μοιρέων ἑωυτὸν τὸν βασιλέα
προστάσσειν· ἐπὶ δὲ τῇ ἀπαλλασσομένῃ, τὸν ἑωυτοῦ
παῖδα, τῷ οὔνομα εἶναι Τυρσηνόν. λαχόντας δὲ αὐτῶν
τοὺς ἑτέρους ἐξιέναι ἐκ τῆς χώρης, καταβῆναι ἐς Σμύρ-

rorumque lusuum omnium genera, exceptis calculis: horum enim inventionem sibi non vindicant Lydi. Inventis autem istis adversus famem hunc in modum usos se esse narrant. Duorum quorumque dierum alterum ludendo traduxisse totum, ne scilicet cibum requirerent: altero vero, intermissis lusibus, cibum cepisse. Hoc modo per duodeviginti annos traduxisse vitam. Quum vero non remitteret malum, sed magis atque magis ingravesceret; tum quidem regem Lydos, bifariam divisos, in sortem misisse; quorum altera pars maneret, altera e patriâ terrâ exiret: et se ipsum quidem ei parti adtribuisse regem, cui sors eventura esset manendi, filium autem suum, cui nomen *Tyrrheno*, ei parti quae domo esset egressura. Sortitione facta, hos quibus sors obvenerat patrio solo excedendi, Smyrnam descendisse, et constructis navibus, in-

νην, καὶ μηχανήσασθαι πλοῖα, ἐς τὰ ἐσθεμένους τὰ πάντα ὅσα σφι ἦν χρηστὰ ἐπίπλοα, ἀποπλέειν κατὰ 30 βίου τε καὶ γῆς ζήτησιν· ἐς ὃ, ἔθνεα πολλὰ παραμειψαμένους, ἀπικέσθαι ἐς Ὀμβρικούς· ἔνθα σφέας ἐνιδρύσασθαι πόλιας, καὶ οἰκέειν τὸ μέχρι τοῦδε. ἀντὶ δὲ Λυδῶν μετονομασθῆναι αὐτοὺς ἐπὶ τοῦ βασιλέος τοῦ παιδὸς, ὅς σφεας ἀνήγαγε· ἐπὶ τούτου τὴν ἐπωνυμίην 35 ποιευμένους, ὀνομασθῆναι Τυρσηνούς. Λυδοὶ μὲν δὴ ὑπὸ Πέρσῃσι δεδούλωντο.

95 ἘΠΙΔΙΖΗΤΑΙ δὲ δὴ τὸ ἐνθεῦτεν ἡμῖν ὁ λόγος τόν τε ΚΥΡΟΝ, ὅστις ἐὼν τὴν Κροίσου ἀρχὴν κατεῖλε· καὶ τοὺς Πέρσας, ὅτεῳ τρόπῳ ἡγήσαντο τῆς Ἀσίης. Ὡς ἂν Περσέων μετεξέτεροι λέγουσι, οἱ μὴ βουλόμενοι σεμνοῦν τὰ περὶ Κῦρον, ἀλλὰ τὸν ἐόντα λέγειν λόγον, κατὰ 5 ταῦτα γράψω· ἐπιστάμενος περὶ Κύρου καὶ τριφασίας

positisque supellectilibus quaecumque ad usum commoda habuissent, profectos esse, victum et novas sedes quaerentes; donec multos praetervecti populos, in *Umbriam* pervenissent: ibi oppida condidisse, atque ad hunc usque diem habitare. Mutato vero *Lydorum* nomine, adscitâ denominatione a regis filio, qui coloniam deduxerat, *Tyrrhenos* se ipsos vocasse." — Lydi igitur ita, ut diximus, a Persis in servitutem sunt redacti.

(95.) Hinc iam anquirit narratio nostra, Cyrus ille quisnam fuerit, qui Croesi evertit imperium, et Persae qua ratione imperio Asiae sint potiti. Igitur, quemadmodum quidam memorant Persarum, qui non extollere res Cyri, sed prout illae se habent referre student, ita ego scribam; quum possim triplices

ἄλλας λόγων ὁδοὺς φῆναι. Ἀσσυρίων ἀρχόντων τῆς ἄνω Ἀσίης ἐπ' ἔτεα εἴκοσι καὶ πεντακόσια, πρῶτοι ἀπ' αὐτῶν Μῆδοι ἤρξαντο ἀπίστασθαι· καί κως οὗτοι
10 περὶ τῆς ἐλευθερίης μαχεσάμενοι τοῖσι Ἀσσυρίοισι, ἐγένοντο ἄνδρες ἀγαθοί· καὶ ἀπωσάμενοι τὴν δουλοσύνην, ἠλευθερώθησαν. μετὰ δὲ τούτους, καὶ τὰ ἄλλα ἔθνεα ἐποίεε τὠυτὸ τοῖσι Μήδοισι. Ἐόντων δὲ αὐτονό- 96 μων πάντων ἀνὰ τὴν ἤπειρον, ὧδε αὖτις ἐς τυραννίδας περιῆλθον. Ἀνὴρ ἐν τοῖσι Μήδοισι ἐγένετο σοφὸς, τῷ οὔνομα ἦν Δηϊόκης, παῖς δ' ἦν Φραόρτεω. οὗτος ὁ Δηϊό-
5 κης, ἐρασθεὶς τυραννίδος, ἐποίεε τοιάδε. Κατοικημένων τῶν Μήδων κατὰ κώμας, ἐν τῇ ἑωυτοῦ ἐὼν καὶ πρότερον δόκιμος, καὶ μᾶλλόν τι καὶ προθυμότερον δικαιοσύνην ἐπιθέμενος ἤσκεε· καὶ ταῦτα μέντοι, ἐούσης ἀνομίης πολλῆς ἀνὰ πᾶσαν τὴν Μηδικὴν, ἐποίεε, ἐπι-

etiam alias de Cyro narrandi vias indicare. Postquam *Assyrii* per annos quingentos et viginti superioris Asiae tenuissent imperium, primi deficere ab illis *Medi* coeperunt; qui pro libertate pugnantes cum Assyriis, strenue se gesserunt, excussoque servitutis iugo libertatem obtinuerunt. Post quos et reliquae gentes idem fecere quod Medi. (96.) Caeterum quum iam omnes per continentem populi propriis viverent legibus, tali modo rursus tyrannidi subiecti sunt. Fuit inter Medos vir sapiens, cui nomen erat *Deioces*, filius Phraortae; qui quum ad tyrannidem adspiraret, ita se gessit. Quum per vicos habitarent Medi, Deioces iam ante apud suos probatus, tum magis etiam studiosiusque aequitatem datâ operâ exercebat; idque, quum multa iniquitas per universam Mediam obti-

σταμενος ὅτι τῷ δικαίῳ τὸ ἄδικον πολέμιον ἐστί. οἱ δ' 10
ἐκ τῆς αὐτῆς κώμης Μῆδοι, ὁρῶντες αὐτοῦ τοὺς τρό-
πους, δικαστήν μιν ἑωυτῶν αἱρέοντο. ὁ δὲ δὴ, οἷα μνεώ-
μενος ἀρχὴν, ἰθύς τε καὶ δίκαιος ἦν. ποιέων τε ταῦτα,
ἔπαινον εἶχε οὐκ ὀλίγον πρὸς τῶν πολιτέων, οὕτω ὥστε
πυνθανόμενοι οἱ ἐν τῇσι ἄλλῃσι κώμῃσι ὡς Δηϊόκης εἴη 15
ἀνὴρ μοῦνος κατὰ τὸ ὀρθὸν δικάζων, πρότερον περιπίπτον-
τες ἀδίκοισι γνώμῃσι, τότε ἐπεί τε ἤκουσαν, ἄσμενοι
ἐφοίτεον παρὰ τὸν Δηϊόκεα καὶ αὐτοὶ δικασόμενοι·
97 τέλος δὲ, οὐδενὶ ἄλλῳ ἐπετράποντο. Πλεῦνος δὲ αἰεὶ
γινομένου τοῦ ἐπιφοιτέοντος, οἷα πυνθανομένων τὰς δί-
κας ἀποβαίνειν κατὰ τὸ ἐὸν, γνοὺς ὁ Δηϊόκης ἐς ἑωυ-
τὸν πᾶν ἀνακείμενον, οὔτε κατίζειν ἔτι ἤθελε ἔνθα περ
πρότερον προκατίζων ἐδίκαζε, οὔτ' ἔφη δικᾷν ἔτι. οὐ 5

neret, tamen faciebat, quamvis sciret iniustitiam ini-
micam esse iustitiae. Cuius mores ubi perspexerunt
cives eumdem vicum incolentes, iudicem illum sibi
constituerunt. Et ille, ut qui principatum ambiret,
rectum se aequumque praebuit; eaque re laudem apud
populares obtinuit haud exiguam; ita quidem ut re-
liquorum vicorum incolae, intelligentes Deiocem
unum esse virum qui ex aequo ius diceret, quum an-
tea iniquis sententiis saepe succubuissent, tunc, post-
quam hoc cognoverunt, libenter et ipsi Deiocem adi-
rent qui lites suas dirimeret, et postremo nulli alii
caussarum suarum iudicium permitterent. (97.) Cres-
scente vero in dies numero adcurrentium, utpote qui
intelligerent lites ex vero terminari, animadvertens
Deioces omnia in se esse sita, iam non amplius pro
tribunali sedere, ubi antea ius dicere consueverat,

γάρ οἱ λυσιτελέειν, τῶν ἑωυτοῦ ἐξημεληκότα, τοῖσι πέλας δι' ἡμέρης δικάζειν. ἐούσης ὦν ἁρπαγῆς καὶ ἀνομίης ἔτι πολλῷ μᾶλλον ἀνὰ τὰς κώμας ἢ πρότερον ἦν, συνελέχθησαν οἱ Μῆδοι ἐς τὠυτὸ, καὶ ἐδίδοσαν σφίσι
10 λόγον, λέγοντες περὶ τῶν κατηκόντων. ὡς δ' ἐγὼ δοκέω, μάλιστα ἔλεγον οἱ τοῦ Δηϊόκεω φίλοι· „Οὐ „γὰρ δὴ, τρόπῳ τῷ παρεόντι χρεώμενοι, δυνατοί εἰμεν „οἰκέειν τὴν χώρην· Φέρε, στήσωμεν ἡμέων αὐτῶν βα„σιλέα· καὶ οὕτω ἥ τε χώρη εὐνομήσεται, καὶ αὐτοὶ
15 „πρὸς ἔργα τρεψόμεθα, οὐδὲ ὑπ' ἀνομίης ἀνάστατοι „ἐσόμεθα.“ Ταῦτά κη λέγοντες, πείθουσι ἑωυτοὺς βασιλεύεσθαι. Αὐτίκα δὲ προβαλλομένων τὸν τινα στή- 98 σονται βασιλέα, ὁ Δηϊόκης ἦν πολλὸς ὑπὸ παντὸς

voluit, negavitque se porro lites iudicaturum; *nec enim e re sua esse, neglectis suis rebus totum diem dirimendis aliorum litibus impendere.* Inde quum rapinae iniquitatesque per vicos multo etiam magis, quam ante, grassarentur; concilio convocato Medi colloqui inter se de praesente rerum statu deliberareque instituerunt. Ut autem ego existimo, amici maxime Deiocis verba fecerunt huiusmodi: *Profecto, hoc more utentes, non possumus amplius hanc terram incolere. Agite igitur, regem nobis constituamus: sic terra nostra bonis legibus administrabitur, et nos ad opera nostra redibimus, nec ob hominum iniquitatem solum vertere cogemur.* Talia fere dicentes persuaserunt Medis, ut a rege gubernari vellent. (98.) Tum continuo in deliberationem adducitur, *quemnam sibi regem constituant?* et frequenter ab unoquoque proponitur laudaturque

ἀνδρὸς καὶ προβαλλόμενος καὶ αἰνεόμενος· ἐς ὃ τοῦτον καταινέουσι βασιλέα σφίσι εἶναι. Ὁ δ' ἐκέλευε αὐτοὺς οἰκία τε ἑωυτῷ ἄξια τῆς βασιληΐης οἰκοδομῆσαι, 5 καὶ κρατῦναι αὐτὸν δορυφόροισι. ποιεῦσι δὴ ταῦτα οἱ Μῆδοι. οἰκοδομέουσί τε γὰρ αὐτῷ οἰκία μεγάλα τε καὶ ἰσχυρὰ, ἵνα αὐτὸς ἔφρασε τῆς χώρης· καὶ δορυφόρους αὐτῷ ἐπιτρέπουσι ἐκ πάντων Μήδων καταλέξασθαι. Ὁ δὲ, ὡς ἔσχε τὴν ἀρχὴν, τοὺς Μήδους 10 ἠνάγκασε ἓν πόλισμα ποιήσασθαι, καὶ τοῦτο περιστέλλοντας, τῶν ἄλλων ἧσσον ἐπιμέλεσθαι. πειθομένων δὲ καὶ ταῦτα τῶν Μήδων, οἰκοδομέει τείχεα μεγάλα τε καὶ καρτερὰ, ταῦτα τὰ νῦν Ἀγβάτανα κέκληται, ἕτερον ἑτέρῳ κύκλῳ ἐνεστεῶτα. μεμηχάνηται δὲ οὕτω 15 τοῦτο τὸ τεῖχος, ὥστε ὁ ἕτερος τοῦ ἑτέρου κύκλος τοῖσι προμαχεῶσι μούνοισι ἐστὶ ὑψηλότερος. τὸ μέν κου τι καὶ τὸ χωρίον συμμαχέει, κολωνὸς ἐὸν, ὥστε τοιοῦτο

Deioces, isque ad extremum communi consensu Rex creatur. Tum ille iussit eos aedes sibi aedificare dignas regno, et satellitibus ipsum munire: quod et fecerunt Medi, aedesque ei aedificarunt amplas munitasque in ea regionis parte quam ipse praedixerat, et satellites ex universis Medis sibi eligere permiserunt. Ille vero, postquam obtinuit imperium, coëgit Medos unam urbem condere; quo hanc tuentes, reliqua oppida minus curarent. Obsequentibus etiam hac in re Medis, arcem exstruxit amplam validamque, hanc quae nunc *Ecbatana* vocatur, ita ut alius moenium orbis alio esset circumdatus: et sic instituta erat haec arx, ut alius moenium orbis alio nonnisi propugnaculis esset excelsior. Quod ut fieret, adiuvabat partim

εἶναι· τὸ δὲ καὶ μᾶλλόν τι ἐπετηδεύθη, κύκλων ἐόντων
20 τῶν συναπάντων ἑπτὰ, ἐν δὲ τῷ τελευταίῳ τὰ βασι-
λήϊα ἔνεστι καὶ οἱ θησαυροί. τὸ δὲ αὐτῶν μέγιστόν ἐστι
τεῖχος κατὰ τὸν Ἀθηνέων κύκλον μάλιστά κη τὸ μέ-
γαθος. τοῦ μὲν δὴ πρώτου κύκλου οἱ προμαχεῶνές εἰσι
λευκοί· τοῦ δὲ δευτέρου, μέλανες· τρίτου δὲ κύκλου,
25 φοινίκεοι· τετάρτου δὲ, κυάνεοι· πέμπτου δὲ, σανδα-
ράκινοι. οὕτω πάντων τῶν κύκλων οἱ προμαχεῶνες ἠν-
θισμένοι εἰσὶ φαρμάκοισι. δύο δὲ οἱ τελευταῖοι, εἰσὶ ὁ
μὲν καταργυρωμένους, ὁ δὲ κατακεχρυσωμένους ἔχων
τοὺς προμαχεῶνας.

Ταῦτα μὲν δὴ ὁ Δηϊόκης ἑωυτῷ τε ἐτείχεε, καὶ περὶ 99
τὰ ἑωυτοῦ οἰκία· τὸν δὲ ἄλλον δῆμον πέριξ ἐκέλευε τὸ
τεῖχος οἰκέειν. οἰκοδομηθέντων δὲ πάντων, κόσμον τόνδε
Δηϊόκης πρῶτός ἐστι ὁ καταστησάμενος· μήτε ἐσιέναι

quidem ipsius loci commoditas, quum esset collis: sed magis etiam datâ operâ institutum erat opus, quum orbes universi sint septem, quorum in postremo regia est et thesauri. Qui autem murus maximum conficit orbem, is Athenarum fere ambitum amplitudine aequat. Iam primi orbis propugnacula, alba sunt; secundi nigra; tertii orbis purpurea; quarti caerulea; quinti sandaracina: ita cunctorum orbium propugnacula pigmentis sunt obducta; duorum vero postremorum orbium alter argentata propugnacula habet, alter inaurata.

(99.) Haec igitur munimenta *Deioces* sibi exstruxit et circa aedes suas: tum vero reliquum populum iussit circumcirca arcem habitare. Constructis autem istis omnibus, ordinem primus Deioces instituit hunc, ut nemini ad regem liceret ingredi, sed per internuncios

παρὰ βασιλέα μηδένα, δι' ἀγγέλων δὲ πάντα χρέε- 5
σθαι, ὁρᾶσθαί τε βασιλέα ὑπὸ μηδενός· πρός τε τού-
τοισι ἔτι, γελᾶν τε καὶ πτύειν ἀντίον καὶ ἅπασι εἶναι
τοῦτό γε αἰσχρόν. Ταῦτα δὲ περὶ ἑωυτὸν ἐσέμνυνε
τῶνδε εἵνεκεν, ὅκως ἂν μὴ ὁρῶντες οἱ ὁμήλικες, ἐόντες
σύντροφοί τε ἐκείνῳ, καὶ οἰκίης οὐ φλαυροτέρης, οὐδὲ ἐς 10
ἀνδραγαθίην λειπόμενοι, λυπεοίατο καὶ ἐπιβουλεύοιεν,
100 ἀλλ' ἑτεροῖός σφι δοκέοι εἶναι μὴ ὁρῶσι. Ἐπεί τε δὲ
ταῦτα διεκόσμησε, καὶ ἐκράτυνε ἑωυτὸν τῇ τυραννίδι,
ἦν τὸ δίκαιον φυλάσσων χαλεπός. καὶ τάς τε δίκας
γράφοντες, εἴσω παρ' ἐκεῖνον ἐσεπέμπεσκον· καὶ ἐκεῖ-
νος διακρίνων τὰς ἐσφερομένας, ἐκπέμπεσκε. ταῦτα 5
μὲν κατὰ τὰς δίκας ἐποίεε· τὰ δὲ δὴ ἄλλα ἐκεκοσμέα-
τό οἱ. εἴ τινα πυνθάνοιτο ὑβρίζοντα, τοῦτον ὅκως μετα-

omnia transigerentur, nec conspiceretur rex a quoquam: ad haec, ut ridere aut exspuere coram illo, utique omnibus factu turpe haberetur. Adfectabat autem gravitatem istam hoc consilio, ne cernentes eum aequales et una cum eo educati, domoque orti non viliori, nec virtute inferiores, dolerent eique insidiarentur; sed ut diversae naturae homo illis videretur, ipsum non intuentibus. (100.) His ita ordinatis, quum firmasset sibi imperium, in exercenda iustitia valde severum se praebuit. Litigantes caussas suas scripto consignatas ad eum per internuncios intro mittebant; quas ille iudicatas remittebat. Hunc morem in iudicandis caussis sequebatur: et reliqua etiam omnia recte ab eo ordinata erant. Si quem intellexisset protervius agentem, hunc ad se arcessitum inflictâ

πέμψαιτο, κατ' ἀξίην ἑκάστου ἀδικήματος ἐδικαίευ· καί οἱ κατάσκοποί τε καὶ κατήκοοι ἦσαν ἀνὰ πᾶσαν 10 τὴν χώρην τῆς ἦρχε.

Δηϊόκης μέν νυν τὸ Μηδικὸν ἔθνος συνέστρεψε μοῦνον, 101 καὶ τούτου ἦρξε. ἔστι δὲ Μήδων τοσάδε γένεα, Βουσαὶ, Παρητακηνοὶ, Στρούχατες, Ἀριζαντοὶ, Βούδιοι, Μάγοι. γένεα μὲν δὴ Μήδων ἐστὶ τοσάδε. Δηϊόκεω δὲ 102 παῖς γίνεται Φραόρτης, ὃς, τελευτήσαντος Δηϊόκεω, βασιλεύσαντος τρία καὶ πεντήκοντα ἔτεα, παρεδέξατο τὴν ἀρχήν. παραδεξάμενος δὲ, οὐκ ἀπεχρᾶτο μούνων 5 ἄρχειν τῶν Μήδων· ἀλλὰ στρατευσάμενος ἐπὶ τοὺς Πέρσας, πρώτοισί τε τούτοισι ἐπεθήκατο, καὶ πρώτους Μήδων ὑπηκόους ἐποίησε. μετὰ δὲ, ἔχων δύο ταῦτα ἔθνεα, καὶ ἀμφότερα ἰσχυρὰ, κατεστρέφετο τὴν Ἀσίην, ἀπ' ἄλλου ἐπ' ἄλλο ἰὼν ἔθνος. ἐς ὃ στρατευσάμενος ἐπὶ

pro delicti modo poenâ multabat: eâque caussâ exploratores auscultatoresque per universam, cui imperabat, regionem habebat.

(101.) *Deioces* igitur solam *Medicam nationem* in unam contraxit, eique imperavit. Cuius nationis tot numero gentes sunt: Busae, Paraetaceni, Struchates, Arizanti, Budii, Magi. Hac sunt tot Medorum gentes. (102.) Fuit autem Deiocis filius PHRAORTES, qui, mortuo Deioce postquam tres et quinquaginta annos regnasset, suscepit imperium. Hic non contentus solis imperare Medis, expeditionem in *Persas* suscepit, hosque primos adgressus est, primosque imperio Medorum subiecit. Deinde vero, quum esset horum duorum populorum dominus, validi utriusque, Asiam subegit, ab alio populo ad alium transiens. Postremo

τοὺς Ἀσσυρίους, καὶ Ἀσσυρίων τούτους οἳ Νῖνον ἔχον, 10
καὶ ἦρχον πρότερον πάντων, τότε δὲ ἦσαν μεμουνωμένοι
μὲν συμμάχων, ἅτε ἀπεστεώτων, ἄλλως μέντοι ἑωυ-
τῶν εὖ ἥκοντες· ἐπὶ τούτους δὴ στρατευσάμενος ὁ Φραόρ-
της, αὐτός τε διεφθάρη, ἄρξας δύο καὶ εἴκοσι ἔτεα, καὶ
ὁ στρατὸς αὐτοῦ ὁ πολλός.

103 Φραόρτεω δὲ τελευτήσαντος, ἐξεδέξατο Κυαξάρης
ὁ Φραόρτεω τοῦ Δηϊόκεω παῖς. οὗτος λέγεται πολλὸν
ἔτι γενέσθαι ἀλκιμώτερος τῶν προγόνων· καὶ πρῶτός τε
ἐλόχισε κατὰ τέλεα τοὺς ἐν τῇ Ἀσίῃ, καὶ πρῶτος διέ-
ταξε χωρὶς ἑκάστους εἶναι, τούς τε αἰχμοφόρους, καὶ 5
τοὺς τοξοφόρους, καὶ τοὺς ἱππέας· πρὸ τοῦ δὲ ἀναμὶξ
ἦν πάντα ὁμοίως ἀναπεφυρμένα. Οὗτος ὁ τοῖσι Λυδοῖσί
ἐστι μαχεσάμενος, ὅτε νὺξ ἡ ἡμέρη ἐγένετό σφι μα-

adversus *Assyrios* arma convertens, nempe Assyriorum illos qui *Ninum* tenebant, quique, quum antea omnibus imperassent, tunc sociis, quippe qui ab illis defecerant, erant nudati, caeterum felici rerum suarum statu utebantur; adversus hos postquam arma convertit *Phraortes*, periit et ipse, secundo et vicesimo anno quam regno erat potitus, et plurima pars copiarum ipsius.

(103.) Mortuo Phraorti successit Cyaxares, Phraortis filius, Deiocis nepos. Hic dicitur multo maioribus suis fortior fuisse: et primus in Asia centuriavit milites et per cohortes distribuit, primusque ordinavit ut seorsim in acie staret unumquodque militum genus, hastati, sagittarii, equites; quum prius omnia promiscue pariter fuissent confusa. Idem hic est qui cum Lydis bellum gessit, quo tempore in ipsa pugna

χομένοισι· καὶ ὁ τὴν Ἅλυος ποταμοῦ ἄνω Ἀσίην πᾶ-
10 σαν συστήσας ἑωυτῷ. Συλλέξας δὲ τοὺς ὑπ' ἑωυτῷ
ἀρχομένους πάντας, ἐστρατεύετο ἐπὶ τὴν Νῖνον, τιμω-
ρέων τε τῷ πατρὶ, καὶ τὴν πόλιν ταύτην θέλων ἐξελεῖν·
καί οἱ, ὡς συμβαλὼν ἐνίκησε τοὺς Ἀσσυρίους, περικα-
τημένῳ τὴν Νῖνον, ἐπῆλθε Σκυθέων στρατὸς μέγας·
15 ἦγε δὲ αὐτοὺς βασιλεὺς ὁ Σκυθέων Μαδύης, Πρωτο-
θύεω παῖς· οἳ ἐσέβαλον μὲν ἐς τὴν Ἀσίην, Κιμμερίους
ἐκβαλόντες ἐκ τῆς Εὐρώπης, τούτοισι δὲ ἐπισπόμενοι
φεύγουσι, οὕτω ἐς τὴν Μηδικὴν χώρην ἀπίκοντο. Ἔστι 104
δὲ ἀπὸ τῆς λίμνης τῆς Μαιήτιδος ἐπὶ Φᾶσιν ποταμὸν
καὶ ἐς Κόλχους τριήκοντα ἡμερέων εὐζώνῳ ὁδός. ἐκ δὲ
τῆς Κολχίδος οὐ πολλὸν ὑπερβῆναι ἐς τὴν Μηδικὴν,
5 ἀλλὰ ἓν τὸ διὰ μέσου ἔθνος αὐτῶν ἐστὶ, Σάσπειρες·

dies in noctem est conversus; quique totam supra Halyn fluvium Asiam sibi subiectam tenuit. Tum undique contractis copiis, quascumque sub potestate sua habebat, adversus Ninum arma convertit, patrem ulturus, et urbem hanc exscindere cupiens. At, superatis praelio Assyriis, dum Ninum circumsedit, ingruit adversus eum ingens *Scytharum* exercitus, duce rege Scytharum *Madye*, Protothyae filio: qui in Asiam irruperant, quum Cimmerios ex Europa eiecissent; quos dum fugientes persequebantur, ita in Medicam terram pervenerunt. (104.) Est autem a Maeotide palude ad Phasin flumen atque Colchos expedito viatori iter triginta dierum: e Colchis vero non ita longo itinere perveniri potest in Mediam, sed unus duntaxat interiectus est populus, Saspires;

τοῦτο δὲ παραμειβομένοισι, εἶναι ἐν τῇ Μηδικῇ. οὐ μέντοι οἵ γε Σκύθαι ταύτῃ ἐσέβαλον, ἀλλὰ τὴν κατύπερθε ὁδὸν πολλῷ μακροτέρην ἐκτραπόμενοι, ἐν δεξιῇ ἔχοντες τὸ Καυκάσιον ὄρος. ἐνθαῦτα οἱ μὲν Μῆδοι συμβαλόντες τοῖσι Σκύθῃσι, καὶ ἑσσωθέντες τῇ μάχῃ, τῆς 10 ἀρχῆς κατελύθησαν· οἱ δὲ Σκύθαι τὴν Ἀσίην πᾶσαν

105 ἐπέσχον. Ἐνθεῦτεν δὲ ἤισαν ἐπ' Αἴγυπτον· καὶ ἐπεί τε ἐγένοντο ἐν τῇ Παλαιστίνῃ Συρίῃ, Ψαμμίτιχός σφεας Αἰγύπτου βασιλεὺς ἀντιάσας, δώροισί τε καὶ λιτῇσι ἀποτρέπει τὸ προσωτέρω μὴ πορεύεσθαι. οἱ δὲ, ἐπεί τε ἀναχωρέοντες ὀπίσω, ἐγένοντο τῆς Συρίης ἐν Ἀσκάλωνι πόλι, τῶν πλεόνων Σκυθέων παρεξελθόντων ἀσινέων, ὀλίγοι τινὲς αὐτῶν ὑπολειφθέντες, ἐσύλησαν τῆς Οὐρανίης Ἀφροδίτης τὸ ἱρόν. ἔστι δὲ τοῦτο τὸ ἱρὸν, ὡς ἐγὼ πυνθανόμενος εὑρίσκω, πάντων ἀρχαιότατον ἱρῶν

quos ubi transieris, continuo Media occurrit. Scythae tamen hac non irruperunt, sed aliâ viâ superiore et multo longiore, Caucaso monte ad dextram relicto. Ibi tum Medi cum Scythis congressi, praelioque superati, Asiae imperium amiserunt; *Scythae* vero universa *Asia* sunt *potiti*. (105.) Inde Aegyptum versus intendebant viam: sed Syriam Palaestinam ingressis occurrens Aegypti rex *Psammitichus*, muneribus precibusque effecit, ut ulterius non progrederentur. Ubi regredientes Ascalonem venerunt, Syriae oppidum; maximâ Scytharum parte sine maleficio praetergressâ, pauci ex illis, pone sequentes, Veneris Coelestis templum despoliarunt. Est autem illud, quantum sciscitans intelligo, ex omnibus huius deae templis vetustissimum. Nam quod in Cypro est tem-

10 ὅσα ταύτης τῆς Θεοῦ. καὶ γὰρ τὸ ἐν Κύπρῳ ἱρὸν ἐνθεῦτεν ἐγένετο, ὡς αὐτοὶ λέγουσι Κύπριοι· καὶ τὸ ἐν Κυθήροισι Φοίνικές εἰσι οἱ ἱδρυσάμενοι, ἐκ ταύτης τῆς Συρίης ἐόντες. τοῖσι δὲ τῶν Σκυθέων συλήσασι τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Ἀσκάλωνι, καὶ τοῖσι τουτέων αἰεὶ ἐκγόνοισι, ἐνέ-
15 σκηψε ἡ Θεὸς Θήλειαν νοῦσον· ὥστε ἅμα λέγουσί τε οἱ Σκύθαι διὰ τοῦτό σφεας νοσέειν, καὶ ὁρᾷν παρ' ἑωυτοῖσι τοὺς ἀπικνεομένους ἐς τὴν Σκυθικὴν χώρην ὡς διακέαται, τοὺς καλέουσι Ἐναρέας οἱ Σκύθαι. Ἐπὶ μέν 106 νυν ὀκτὼ καὶ εἴκοσι ἔτεα ἦρχον τῆς Ἀσίης οἱ Σκύθαι, καὶ τὰ πάντα σφι ὑπό τε ὕβριος καὶ ὀλιγωρίης ἀνάστατα ἦν. χωρὶς μὲν γὰρ φόρων, ἔπρησσον παρ' ἑκά-
5 στων τὸ ἑκάστοισι ἐπέβαλλον· χωρὶς δὲ τοῦ φόρου, ἥρπαζον περιελαύνοντες τοῦτο ὅ τι ἔχοιεν ἕκαστοι. καὶ τούτων μὲν τοὺς πλεῦνας Κυαξάρης τε καὶ Μῆδοι ξεινί-

CVI. 4. φόρον ἔπρησσον *lego*, *et dein* τὸν ἑκάστ.

plum, hinc prodiit; quod ipsi etiam Cyprii confirmant: et, quod Cytheris est, id Phoenices condiderunt, ex hac Syria oriundi. His autem *Scythis*, qui templum Ascalonis exspoliarunt, eorumque semper posteris, inflixit dea *muliebrem morbum*; ita quidem ut etiam Scythae dicant, ob hanc caussam morbo hoc laborare illos, et apud se ab adeuntibus Scythicam terram conspici quo pacto adfecti sint, quos *Enareas* Scythae adpellant. (106) Igitur octo et viginti annos Asiae imperium obtinuerunt Scythae; per eorumque proterviam et contemtum omnia susque deque versa sunt. Nam, praeterquam quod tributum exigebant a singulis quod singulis inposuerant, insuper etiam obequitantes rapiebant quod quique haberent. Sed horum quidem maiorem numerum *Cyaxares* et

σαντες καὶ καταμεθύσαντες κατεφόνευσαν· καὶ οὕτω ἀνεσώσαντο τὴν ἀρχὴν Μῆδοι, καὶ ἐπεκράτεον τῶν περ καὶ πρότερον. καὶ τήν τε Νίνον εἷλον, (ὡς δὲ εἷλον, ἐν ἑτέροισι λόγοισι δηλώσω,) καὶ τοὺς Ἀσσυρίους ὑποχειρίους ἐποιήσαντο, πλὴν τῆς Βαβυλωνίης μοίρης. μετὰ δὲ ταῦτα, Κυαξάρης μὲν, βασιλεύσας τεσσεράκοντα ἔτεα, σὺν τοῖσι Σκύθαι ἦρξαν, τελευτᾷ.

107 Ἐκδέκεται δὲ Ἀστυάγης, ὁ Κυαξάρεω παῖς, τὴν βασιληίην. καί οἱ ἐγένετο θυγάτηρ, τῇ οὔνομα ἔθετο Μανδάνην. τὴν ἐδόκεε Ἀστυάγης ἐν τῷ ὕπνῳ οὐρῆσαι τοσοῦτον, ὥστε πλῆσαι μὲν τὴν ἑωυτοῦ πόλιν, ἐπικατακλύσαι δὲ καὶ τὴν Ἀσίην πᾶσαν. ὑπερθέμενος δὲ τῶν μάγων τοῖσι ὀνειροπόλοισι τὸ ἐνύπνιον, ἐφοβήθη, παρ' αὐτέων αὐτὰ ἕκαστα μαθών. μετὰ δὲ, τὴν Μανδά-

Medi, hospitio exceptos et mero inebriatos, obtruncarunt: atque ita regnum receperunt Medi, ceterum, quarum antea domini fuerant, denuo sunt potiti. Tum vero et *Ninum* ceperunt, (quam quo pacto ceperint, in aliis Historiarum libris exponam) et Assyrios, excepta Babylonica ditione, sub potestatem suam redegerunt. Post haec Cyaxares, postquam quadraginta annos (simul numeratis his, quibus penes Scythas fuerat imperium) regnasset, fato functus est.

(107.) *Cyaxari* in regnum successit filius ASTYAGES. Huic nata erat filia, cui *Mandanae* inposuerat nomen: quae ei per somnum visa est tantum urinae fundere, ut et urbs eius impleretur et tota inundaretur Asia. Quod somnium quum exposuisset illis ex Magorum numero, qui somniorum interpretationi dabant operam, conterritus est, singula quaeque ab illis edo-

μην ταύτην, ἐοῦσαν ἤδη ἀνδρὸς ὡραίην, Μήδων μὲν τῶν ἑωυτοῦ ἀξίων οὐδενὶ διδοῖ γυναῖκα, δεδοικὼς τὴν ὄψιν·
10 ὁ δὲ Περσῇ διδοῖ, τῷ οὔνομα ἦν Καμβύσης· τὸν εὕρισκε οἰκίης μὲν ἐόντα ἀγαθῆς, τρόπου δὲ ἡσυχίου· πολλῷ ἔνερθε ἄγων αὐτὸν μέσου ἀνδρὸς Μήδου. Συνοικεούσης 108 δὲ τῷ Καμβύσῃ τῆς Μανδάνης, ὁ Ἀστυάγης τῷ πρώτῳ ἔτεϊ εἶδε ἄλλην ὄψιν. ἐδόκεε δέ οἱ ἐκ τῶν αἰδοίων τῆς θυγατρὸς ταύτης φῦναι ἄμπελον· τὴν δὲ ἄμπελον
5 ἐπισχεῖν τὴν Ἀσίην πᾶσαν. ἰδὼν δὲ τοῦτο, καὶ ὑπερθέμενος τοῖσι ὀνειροπόλοισι, μετεπέμψατο ἐκ τῶν Περσέων τὴν θυγατέρα ἐπίτεκα ἐοῦσαν. ἀπικομένην δὲ ἐφύλασσε, βουλόμενος τὸ γενόμενον ἐξ αὐτῆς διαφθεῖραι· ἐκ γάρ οἱ τῆς ὄψιος οἱ τῶν μάγων ὀνειροπόλοι
10 ἐσήμαινον, ὅτι μέλλοι ὁ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ γόνος

ctus. Tum deinde Mandanen, viro iam maturam, Medorum nulli, qui ipsius familiâ dignus fuisset, in matrimonium dedit, visum istud reformidans; verum Persae cuidam iunxit, cui nomen *Cambyses*, quem reperérat quidem bonâ familiâ ortum, et tranquillo hominem ingenio, caeterum quem inferioris esse conditionis, quam mediocrem Medum, iudicaverat. (108.) Postquam domum duxit Cambyses Mandanen, primo anno aliud vidit visum Astyages. Videbatur ei ex naturalibus huius filiae nasci vitis, eaque vitis universam obtinere Asiam. Quo de viso sibi oblato quum retulisset ad somniorum interpretes, arcessivit ex Persis filiam partui vicinam; eamque, postquam advenit, in custodia habuit, interimere cogitans prolem ex ea nascituram: nam ex viso illo significaverant ei magi somniorum interpretes, prolem filiae

βασιλεύσειν ἀντὶ ἐκείνου. Ταῦτα δὴ ὦν φυλασσόμενος ὁ Ἀστυάγης, ὡς ἐγένετο ὁ Κῦρος, καλέσας Ἅρπαγον, ἄνδρα οἰκήιον, καὶ πιστότατόν τε Μήδων, καὶ πάντων ἐπίτροπον τῶν ἑωυτοῦ, ἔλεγέ οἱ τοιάδε· „Ἅρ-„παγε, πρῆγμα τὸ ἄν τοι προσθέω, μηδαμᾶ παρα- 15 „χρήσῃ· μηδὲ ἐμέ τε παραβάλῃ, καὶ ἄλλους ἑλόμε-„νος, ἐξ ὑστέρης σοὶ αὐτῷ περιπέσῃς. λάβε τὸν Μαν-„δάνη ἔτεκε παῖδα· φέρων δὲ ἐς σεωυτοῦ, ἀπόκτεινον· „μετὰ δὲ, θάψον τρόπῳ ὅτεῳ αὐτὸς βούλεαι." Ὁ δὲ ἀμείβεται· „Ὦ βασιλεῦ· οὔτε ἄλλοτέ κω πα- 20 „ρεῖδες ἀνδρὶ τῷδε ἄχαρι οὐδὲν, φυλασσόμεθα δὲ ἐς „σὲ καὶ ἐς τὸν μετέπειτα χρόνον μηδὲν ἐξαμαρτεῖν. „ἀλλ' εἴ τοι φίλον τοῦτο οὕτω γίνεσθαι, χρὴ δὴ τό 109 „γε ἐμὸν, ὑπηρετέεσθαι ἐπιτηδέως." Τούτοισι ἀμει-

huius, loco ipsius, regno esse potiturum. Haec igitur cavens *Astyages*, simul atque natus erat *Cyrus*, vocatum ad se *Harpagum*, virum sibi familiarem, et Medorum fidissimum, cui res suas crederet omnes, his compellavit verbis: "*Harpage, quod tibi committo negotium, id cave ne ullo pacto neglectim tractes, neve me decipias, aliisque hominibus studens, tuis ipse artibus dehanc capiaris. Cape quem Mandana peperit puerum; et domum tuam deportatum occide; dein, quoquo modo volueris sepelito.* Respondit ille: *Nec aliâs, ô Rex, vidisti in hoc homine aliquid quod ingratum tibi fuisset; cavebimus vero etiam, ne in posterum quidquam in te delinquamus. Quare si tibi gratum est, hoc ita fieri; oportet nempe, quod in me est, idoneam operam praestare.* (109.) Hoc dato responso Har-

ψάμενος ὁ Ἅρπαγος, ὥς οἱ παρεδόθη τὸ παιδίον κεκοσμημένον τὴν ἐπὶ θανάτῳ, ἤιε κλαίων ἐς τὰ οἰκία. παρελθὼν δὲ ἔφραζε τῇ ἑωυτοῦ γυναικὶ τὸν πάντα Ἀστυά-
5 γεος ῥηθέντα λόγον. ἡ δὲ πρὸς αὐτὸν λέγει· „Νῦν ὦν „τί σοι ἐν νόῳ ἐστὶ ποιέειν;" Ὁ δὲ ἀμείβεται· „Οὐκ „ᾗ ἐνετέλλετο Ἀστυάγης· οὐδ᾽ εἰ παραφρονήσει τε καὶ „μανέεται κάκιον ἢ νῦν μαίνεται, οὔ οἱ ἔγωγε προσθή- „σομαι τῇ γνώμῃ, οὐδὲ ἐς φόνον τοιοῦτον ὑπηρετήσω.
10 „πολλῶν δὲ εἵνεκα οὐ φονεύσω μιν, καὶ ὅτι αὐτῷ μοι „συγγενής ἐστιν ὁ παῖς, καὶ ὅτι Ἀστυάγης μέν ἐστι „γέρων, καὶ ἄπαις ἔρσενος γόνου. εἰ δὲ θελήσει, τού- „του τελευτήσαντος, ἐς τὴν θυγατέρα ταύτην ἀναβῆ- „ναι ἡ τυραννὶς, ἧς νῦν τὸν υἱὸν κτείνει δι᾽ ἐμεῦ, ἄλλο
15 „τί ἢ λείπεται τὸ ἐνθεῦτεν ἐμοὶ κινδύνων ὁ μέγιστος; „ἀλλὰ τοῦ μὲν ἀσφαλέος εἵνεκα ἐμοὶ, δεῖ τοῦτον τε-

pagus, quum ei traditus esset puerulus ornatus ut mortui solent, abiit flens domum suam: quo ubi venit, sermonem omnem, quem secum Astyages habuerat, uxori suae retulit. Cui illa, *Nunc ergo*, inquit, *quidnam facere cogitas?* Et ille: *Non quemadmodum mandavit Astyages; nec, si vel peius, quam nunc, insanierit furiosusque fuerit, voluntati eius obsequar, nec huius caedis minister ero. Multis autem de caussis hunc non occidam; quoniam et mihi cognatus est puer, et aetate provectus est Astyages, proleque caret mascula. Quod si igitur post illius obitum in hanc filiam regnum transiturum est, cuius nunc puerum per me vult occidere, quid aliud mihi supererit nisi ut hoc facto in summum discrimen adducar? Verumta-*

„λευτᾷν τὸν παῖδα· δεῖ μέν τοι τῶν τινα Ἀστυάγεος,
110 „αὐτοῦ φονέα γενέσθαι, καὶ μὴ τῶν ἐμῶν.“ Ταῦτα εἶπε· καὶ αὐτίκα ἄγγελον ἔπεμπε ἐπὶ τῶν βουκόλων τῶν Ἀστυάγεος τὸν ἠπίστατο νομάς τε ἐπιτηδεωτάτας νέμοντα, καὶ οὔρεα θηριωδέστατα· τῷ οὔνομα ἦν Μιτραδάτης, συνοίκεε δὲ τῇ ἑωυτοῦ συνδούλῳ· οὔνομα δὲ 5 τῇ γυναικὶ ἦν τῇ συνοίκεε, Κυνώ, κατὰ τὴν Ἑλλήνων γλῶσσαν· κατὰ δὲ τὴν Μηδικήν, Σπακώ. τὴν γὰρ κύνα καλέουσι σπάκα Μῆδοι. αἱ δὲ ὑπώρεαί εἰσι τῶν οὐρέων ἔνθα τὰς νομὰς τῶν βοῶν εἶχε οὗτος δὴ ὁ βουκόλος, πρὸς βορέω τε ἀνέμου τῶν Ἀγβατάνων, καὶ 10 πρὸς τοῦ πόντου τοῦ Εὐξείνου. ταύτῃ μὲν γὰρ ἡ Μηδικὴ χώρη πρὸς Σασπείρων ὀρεινή ἐστι κάρτα, καὶ ὑψηλή τε καὶ ἴδῃσι συνηρεφής· ἡ δὲ ἄλλη Μηδικὴ χώρη ἐστὶ πᾶσα ἄπεδος. ἐπεὶ ὦν ὁ βουκόλος σπουδῇ πολλῇ κα-

men meae ipsius salutis caussâ necesse est ut moriatur hic puer: oportet autem ut interfector eius sit non aliquis meorum, sed ex ipsius Astyagis ministris. (110.) His dictis, protinus nuncium misit ad unum ex Astyagis pastoribus, quem noverat pascua habere maxime idonea, et montes feris frequentissimos. Nomen huic erat Mitradates, uxorem autem habebat conservam, cui nomen, graeca linguâ, *Cyno*; Medorum vero idiomate, *Spaco: canem* enim *spaca* dicunt Medi. Saltus autem montium, ubi boum pascua habebat hic bubulcus, ad septemtriones erant Ecbatanorum, Pontum Euxinum versus. Hoc enim in tractu, quem Saspires incolunt, montosa admodum est Medica terra, et alta, silvisque opaca, reliqua vero Media plana est omnis. Vocatus igitur bubulcus post-

15 λεόμενος ἀπίκετο, ἔλεγε ὁ Ἅρπαγος τάδε· „Κελεύει
„σε Ἀστυάγης τὸ παιδίον τοῦτο λαβόντα, θεῖναι ἐς
„τὸ ἐρημότατον τῶν οὐρέων, ὅκως ἂν τάχιστα διαφθα-
„ρείη. καὶ τάδε τοι ἐκέλευσε εἰπεῖν, ἢν μὴ ἀποκτείνῃς
„αὐτὸ, ἀλλά τεῳ τρόπῳ περιποιήσῃ, ὀλέθρῳ τῷ κα-
20 „κίστῳ σε διαχρήσεσθαι· ἐπορᾶν δὲ ἐκκείμενον διατέ-
„ταγμαι ἐγώ.“ Ταῦτα ἀκούσας ὁ βουκόλος, καὶ **111**
ἀναλαβὼν τὸ παιδίον, ἤϊε τὴν αὐτὴν ὀπίσω ὁδὸν, καὶ
ἀπικνέεται ἐς τὴν ἔπαυλιν. τῷ δ' ἄρα καὶ αὐτῷ ἡ
γυνὴ, ἐπίτεξ ἐοῦσα πᾶσαν ἡμέρην, τότε κως κατὰ δαί-
5 μονα τίκτει, οἰχομένου τοῦ βουκόλου ἐς πόλιν. ἦσαν
δὲ ἐν φροντίδι ἀμφότεροι ἀλλήλων πέρι· ὁ μὲν, τοῦ
τόκου τῆς γυναικὸς ἀρρωδέων· ἡ δὲ γυνὴ, ὅτι οὐκ ἐωθὼς
ὁ Ἅρπαγος μεταπέμψαιτο αὐτῆς τὸν ἄνδρα. ἐπεί τε

quam nullâ interpositâ morâ advenit, haec ei dixit Harpagus: *Iubet te Astyages hunc puerulum sumere, et loco maxime deserto montium deponere, ut quam citissime pereat. Et hoc praeterea me iussit tibi praedicere, nisi illum occideris, sed quocumque modo superstitem esse curaveris, pessimo exitio te periturum. Mihi autem iniunctum est, ut expositum inspiciam.* (111.) His auditis bubulcus, accepto puero, rediit eâdem viâ, et ad stabula pervenit. Forte autem fortunâ accidit, ut pastoris etiam huius uxor, quum per totum diem parturiisset, tunc pepererit, quum pastor in urbem esset profectus. Erant autem anxii uterque alterius caussâ, ille timens partui uxoris; uxor autem, quod alioquin non solitus esset Harpagus ad se vocare ipsius maritum. Ut vero ex itinere redux adstitit pastor,

δὲ ἀπονοστήσας ἐπίστη, οἷα δὲ ἐξ ἀέλπτου ἰδοῦσα ἡ γυνὴ, εἴρετο προτέρη, ὅ τι μιν οὕτω προθύμως Ἅρπαγος μεταπέμψαιτο. ὁ δὲ εἶπε, ,,Ὦ γύναι, εἶδόν τε ἐς πό- ,,λιν ἐλθὼν καὶ ἤκουσα τὸ μή τε ἰδεῖν ὄφελον, μή τε ,,κοτε γενέσθαι ἐς δεσπότας τοὺς ἡμετέρους. οἶκος μὲν ,,πᾶς Ἁρπάγου κλαυθμῷ κατείχετο· ἐγὼ δὲ ἐκπλα- ,,γεὶς, ἤια ἔσω. ὡς δὲ τάχιστα ἐσῆλθον, ὁρέω παιδίον ,,προκείμενον, ἀσπαῖρόν τε καὶ κραυγανόμενον, κεκοσ- ,,μημένον χρυσῷ τε καὶ ἐσθῆτι ποικίλῃ. Ἅρπαγος δὲ ,,ὡς εἶδέ με, ἐκέλευε τὴν ταχίστην ἀναλαβόντα τὸ ,,παιδίον, οἴχεσθαι φέροντα, καὶ θεῖναι ἔνθα θηριω- ,,δέστατον εἴη τῶν οὐρέων· φὰς Ἀστυάγεα εἶναι τὸν ,,ταῦτα ἐπιθέμενόν μοι, πόλλ' ἀπειλήσας εἰ μή σφεα ,,ποιήσαιμι. καὶ ἐγὼ ἀναλαβὼν, ἔφερον, δοκέων τῶν ,,τινος οἰκετέων εἶναι· οὐ γὰρ ἄν κοτε κατέδοξα ἔνθεν

tamquam ex insperato eum conspiciens mulier, prior ex illo quaesivit, quid esset quod tam propere eum ad se vocasset Harpagus. Tum ille, *O mulier,* inquit, *urbem ingressus vidi audivique quae numquam videre me fas erat, nec umquam cadere debebant nostros in dominos. Tota Harpagi domus fletu erat oppleta; et ego consternatus ivi intro. Ut primum intravi, vidi puerulum in medio positum, palpitantem clamitantemque, auro et variegata veste ornatum. Harpagus ut me conspexit, iussit acceptum ocyus puerum asportare, in locoque feris maxime obnoxio montium deponere; Astyagem esse dicens, qui hoc mihi iniungeret, multas adiiciens minas ni mandata exsequerer. Et ego sumens puerum asportavi, ratus esse alicuius e domesti-*

„γε ἦν. ἐθάμβεον δὲ ὁρέων χρυσῷ τε καὶ εἵμασι κε-
25 „κοσμημένον· πρὸς δὲ, καὶ κλαυθμὸν κατεστεῶτα ἐμ-
„φανέα ἐν Ἁρπάγου. καὶ πρόκα τε δὴ κατ' ὁδὸν πυν-
„θάνομαι τὸν πάντα λόγον θεράποντος, ὃς ἐμὲ προ-
„πέμπων ἔξω πόλιος, ἐνεχείρισε τὸ βρέφος· ὡς ἄρα
„Μανδάνης τε εἴη παῖς τῆς Ἀστυάγεος θυγατρὸς, καὶ
30 „Καμβύσεω τοῦ Κύρου, καί μιν Ἀστυάγης ἐντέλλε-
„ται ἀποκτεῖναι. νῦν τε ὅδε ἐστί." Ἅμα δὲ ταῦτα ἔλε- 112
γε ὁ βουκόλος, καὶ ἐκκαλύψας ἀπεδείκνυε. ἡ δὲ, ὡς
εἶδε τὸ παιδίον μέγα τε καὶ εὐειδὲς ἐὸν, δακρύσασα;
καὶ λαβομένη τῶν γουνάτων τοῦ ἀνδρὸς, ἔχρηζε μηδεμιῇ
5 τέχνῃ ἐκθεῖναί μιν. ὁ δὲ οὐκ ἔφη οἷός τ' εἶναι ἄλλως
αὐτὰ ποιέειν· ἐπιφοιτήσειν γὰρ κατασκόπους ἐξ Ἁρ-
πάγου ἐποψομένους. ἀπολέεσθαί τε κάκιστα, ἢν μή

cis; numquam enim exputare potuissem unde esset. Stupebam autem videns auro pretiosaque veste ornatum puerum; ad haec vero planctum manifestum in Harpagi aedibus. Sed protinus in itinere totam rem cognovi ex famulo, qui me urbe egredientem comitatus est, infantemque mihi tradidit; esse scilicet puerulum Mandanâ natum, Astyagis filiâ, et Cambyse, Cyri filio; Astyagemque occidi eum iubere. Et ecce hic ille est! (112.) Hacc dicens bubulcus, puerum detectum ostendit. Et illa, ut vidit puerum, magnum et formosum, lacrymans genuaque complectens mariti, oravit ut *neutiquam illum exponeret*. At ille negavit *se aliter facere posse; adventuros enim ab Harpago speculatores, rem inspecturos; seque misere periturum, nisi imperata fecisset.* Mulier, ut viro non persuasit, iterum

σφεα ποιήσῃ. ὡς δὲ οὐκ ἔπειθε ἄρα τὸν ἄνδρα, δεύτερα λέγει ἡ γυνὴ τάδε· „Ἐπεὶ τοίνυν οὐ δύναμαί σε πείθειν „μὴ ἐκθεῖναι, σὺ δὲ ὧδε ποίησον, εἰ δὴ πᾶσά γε ἀνάγκη „ὀφθῆναι ἐκκείμενον· τέτοκα γὰρ καὶ ἐγὼ, τέτοκα δὲ „τεθνεός· τοῦτο μὲν φέρων πρόθες, τὸν δὲ τῆς Ἀστυά-„γεος θυγατρὸς παῖδα ὡς ἐξ ἡμέων ἐόντα τρέφωμεν· „καὶ οὕτω οὔτε σὺ ἁλώσεαι ἀδικέων τοὺς δεσπότεας, „οὔτε ἡμῖν κακῶς βεβουλευμένα ἔσται. ὅ τε γὰρ τεθνεὼς „βασιληίης ταφῆς κυρήσει, καὶ ὁ περιεὼν οὐκ ἀπολέει „τὴν ψυχήν." Κάρτα τε ἔδοξε τῷ βουκόλῳ πρὸς τὰ παρεόντα εὖ λέγειν ἡ γυνὴ, καὶ αὐτίκα ἐποίεε ταῦτα. τὸν μὲν ἔφερε θανατώσων παῖδα, τοῦτον μὲν παραδιδοῖ τῇ ἑωυτοῦ γυναικί· τὸν δὲ ἑωυτοῦ, ἐόντα νεκρὸν λαβὼν ἔθηκε ἐς τὸ ἄγγος ἐν τῷ ἔφερε τὸν ἕτερον· κοσμήσας δὲ τῷ κόσμῳ παντὶ τοῦ ἑτέρου παιδὸς, φέρων ἐς τὸ

haec ei verba fecit: *Quoniam ergo persuadere tibi, ne exponas puerum, non possum; at tu, si utique necesse est ut conspiciatur expositus, ita fac. Nempe et ego peperi, et quidem mortuum enixa sum. Hunc tu asporta, et expone; puerum vero filiae Astyagis alamus ut a nobis progenitum: ita nec tu convinceris deliquisse adversus heros nostros, nec nobis male fuerit consultum. Defunctus enim regiam consequetur sepulturam; et, qui superstes est, vitam non amittet.* (113.) Optime ad rem praesentem dicere mulier visa est pastori, et statim rem est exsecutus. Quem puerum morti traditurus adtulerat, eum tradidit uxori: suum vero, qui mortuus erat, in vas illud, in quo alterum adtulerat, inposuit; et omni cultu alterius pueri ornatum, in

ἐρημότατον τῶν οὐρέων τιθεῖ. ὡς δὲ τρίτη ἡμέρη τῷ παιδίῳ ἐκκειμένῳ ἐγένετο, ἤιε ἐς πόλιν ὁ βουκόλος, τῶν τινὰ προβοσκῶν φύλακον αὐτοῦ καταλιπών. ἐλθὼν δὲ
10 ἐς τοῦ Ἁρπάγου, ἀποδεικνύναι ἔφη ἑτοῖμος εἶναι τοῦ παιδίου τὸν νέκυν. πέμψας δὲ ὁ Ἅρπαγος τῶν ἑωυτοῦ δορυφόρων τοὺς πιστοτάτους, εἶδέ τε διὰ τούτων, καὶ ἔθαψε τοῦ βουκόλου τὸ παιδίον. καὶ τὸ μὲν ἐτέθαπτο· τὸν δὲ ὕστερον τούτων Κῦρον ὀνομασθέντα, παραλα-
15 βοῦσα ἔτρεφε ἡ γυνὴ τοῦ βουκόλου, οὔνομα ἄλλο κού τι καὶ οὐ Κῦρον θεμένη.

Καὶ ὅτε δὴ ἦν δεκαέτης ὁ παῖς, πρῆγμα ἐς αὐτὸν 114 τοιόνδε γενόμενον ἐξέφηνέ μιν. ἔπαιζε ἐν τῇ κώμῃ ταύτῃ ἐν τῇ ἦσαν καὶ αἱ βουκολίαι αὗται, ἔπαιζε δὲ μετ' ἄλλων ἡλίκων ἐν ὁδῷ· καὶ οἱ παῖδες παίζοντες εἵλοντο ἑωυτῶν
5 βασιλέα εἶναι τοῦτον δὴ τὸν τοῦ βουκόλου ἐπίκλησιν

desertissimam regionem montium deportatum exposuit. Post quam in tertium diem expositus infans fuit, in urbem proficiscitur pastor, subbubulcorum aliquo custode illius relicto; et ad Harpagum ingressus: *paratum se esse*, ait, *cadaver pueruli ostendere*. Harpagus, missis satellitum suorum fidissimis, per hos inspexit, sepelivitque pastoris puerum. Quo sepulto, illum qui postmodum *Cyrus* adpellatus est sumsit enutrivitque pastoris uxor; aliud ei nomen, non *Cyri*, inponens.

(114.) Is quum decem annorum esset puer, res quaedam accidit huiusmodi, quae eum cognitum fecit. Ludebat in eo vico, in quo erant boum greges quos diximus, ludebat autem in via publica: et pueri cum eo colludentes regem suum elegerant hunc quem

„τοῦτο ἐπιτηδεώτατος. οἱ μέν νυν ἄλλοι παῖδες τὰ ἐπι-
„τασσόμενα ἐπετέλεον· οὗτος δὲ ἀνηκούστεέ τε, καὶ
„λόγον εἶχε οὐδένα· ἐς ὃ ἔλαβε τὴν δίκην. εἰ ὦν δὴ
„τοῦδε εἵνεκα ἄξιός τευ κακοῦ εἰμὶ, ὅδε τοι πάρειμι.“ 15
116 Ταῦτα λέγοντος τοῦ παιδὸς, τὸν Ἀστυάγεα ἐσήιε
ἀνάγνωσις αὐτοῦ· καί οἱ ὅ τε χαρακτὴρ τοῦ προσώ-
που προσφέρεσθαι ἐδόκεε ἐς ἑωυτὸν, καὶ ἡ ὑπόκρισις
ἐλευθερωτέρη εἶναι· ὅ τε χρόνος τῆς ἐκθέσιος τῇ ἡλικίῃ
τοῦ παιδὸς ἐδόκεε συμβαίνειν. ἐκπλαγεὶς δὲ τούτοισι, 5
ἐπὶ χρόνον ἄφθογγος ἦν. μόγις δὲ δή κοτε ἀνενειχθεὶς,
εἶπε, θέλων ἐκπέμψαι τὸν Ἀρτεμβάρεα, ἵνα τὸν βου-
κόλον μοῦνον λαβὼν βασανίσῃ· „Ἀρτέμβαρες, ἐγὼ
„ταῦτα ποιήσω, ὥστε σὲ καὶ τὸν παῖδα τὸν σὸν μη-
„δὲν ἐπιμέμφεσθαι.“ Τὸν μὲν δὴ Ἀρτεμβάρεα πέμ- 10

eram ad hoc maxime idoneus. Igitur reliqui pueri imperata faciebant; at hic dicto non erat audiens, et mandata nihili faciebat; quare ad extremum poena ei inflicta est. Quod si ergo huius rei caussâ malum aliquod commerui, en tibi praesto sum! (116.) Haec dum puer locutus est, subiit Astyagem ut illum agnosceret; quum et faciei species convenire cum sua videretur, et responsum esse liberalius, et tempus expositionis cum aetate pueri videretur congruere. Quibus rebus perculsus, aliquantum temporis continuit vocem. Aegre tandem se recipiens, volensque Artembarem dimittere, quo pastorem solum secum relictum posset percunctari: *Artembares*, inquit, *haec equidem ita confecturus sum, ut nec tu nec filius tuus habeatis de quo conqueramini.* Dimisso Artembare, Cyrum in interiora

πει· τὸν δὲ Κῦρον ἦγον ἔσω οἱ θεράποντες, κελεύσαντος τοῦ Ἀστυάγεος. ἐπεὶ δὲ ὑπελέλειπτο ὁ βουκόλος μοῦνος, μουνωθέντα δὲ αὐτὸν εἴρετο ὁ Ἀστυάγης, κόθεν λάβοι τὸν παῖδα, καὶ τίς εἴη ὁ παραδούς; ὁ δὲ ἐξ ἑωυ-
15 τοῦ τε ἔφη γεγονέναι, καὶ τὴν τεκοῦσαν αὐτὸν ἔτι εἶναι παρ' ἑωυτῷ. Ἀστυάγης δέ μιν οὐκ εὖ βουλεύεσθαι ἔφη, ἐπιθυμέοντα ἐς ἀνάγκας μεγάλας ἀπικνέεσθαι· ἅμα τε λέγων ταῦτα, ἐσήμαινε τοῖσι δορυφόροισι λαμβάνειν αὐτόν. ὁ δὲ, ἀγόμενος ἐς τὰς ἀνάγκας, οὕτω
20 δὴ ἔφαινε τὸν ἐόντα λόγον. ἀρχόμενος δὴ ἀπ' ἀρχῆς διεξήϊε, τῇ ἀληθηΐῃ χρεώμενος· καὶ κατέβαινε ἐς λιτάς τε, καὶ συγγνώμην ἑωυτῷ κελεύων ἔχειν αὐτόν. Ἀστυά- 117
γης δὲ, τοῦ μὲν βουκόλου τὴν ἀληθηΐην ἐκφήναντος, λόγον ἤδη καὶ ἐλάσσω ἐποιέετο· Ἁρπάγῳ δὲ καὶ μεγάλως μεμφόμενος, καλέειν αὐτὸν τοὺς δορυφόρους ἐκέ-

aedium introducunt famuli iussu Astyagis. Iamque solum relictum pastorem interrogavit Astyages, puerum hunc unde acceperit, et quis esset qui eum illi tradidisset: et ille *ex se progenitum*, ait, *matremque pueri adhuc domi suae vivere.* Astyages vero, *non bene illum sibi consulere*, inquit, *qui velit tormentis ad confitendum adigi:* dumque haec loquitur, signum dat satellitibus ut corripiant hominem. Tum ille, tormentis expromtis, ita demum rem, ut erat, declaravit: nempe a principio orsus, omnia persecutus est, nihil a veritate deflectens; denique ad preces descendit, et, ut veniam sibi rex daret, oravit. (117.) *Astyages*, postquam verum pastor esset confessus, iam minorem rationem culpae eius habuit; sed Harpago vehementer indignatus, ius-

λεε. ὡς δέ οἱ παρῆν ὁ Ἅρπαγος, εἴρετό μιν ὁ Ἀστυά- 5
γης· „Ἅρπαγε, τέῳ δὴ μόρῳ τὸν παῖδα κατεχρήσαο,
„τόν τοι παρέδωκα ἐκ θυγατρὸς γεγονότα τῆς ἐμῆς;“
Ὁ δὲ Ἅρπαγος, ὡς εἶδε τὸν βουκόλον ἔνδον ἐόντα, οὐ
τράπεται ἐπὶ ψευδέα ὁδὸν, ἵνα μὴ ἐλεγχόμενος ἁλίσκη-
ται· ἀλλὰ λέγει τάδε· „Ὦ βασιλεῦ, ἐπεί τε πα- 10
„ρέλαβον τὸ παιδίον, ἐβούλευον σκοπῶν ὅκως σοί τε
„ποιήσω κατὰ νόον, καὶ ἐγὼ πρὸς σὲ γινόμενος ἀνα-
„μάρτητος, μήτε θυγατρὶ τῇ σῇ, μήτε αὐτῷ σοι εἴην
„αὐθέντης. ποιέω δὴ ὧδε. καλέσας τὸν βουκόλον τόν-
„δε, παραδίδωμι τὸ παιδίον, φὰς σέ τε εἶναι τὸν κε- 15
„λεύοντα ἀποκτεῖναι αὐτό. καὶ λέγων τοῦτό γε, οὐκ
„ἐψευδόμην· σὺ γὰρ ἐνετέλλεο οὕτω. παραδίδωμι μέντοι
„τῷδε κατὰ τάδε, ἐντειλάμενος θεῖναί μιν ἐς ἐρῆμον
„οὖρος, καὶ παραμένοντα φυλάσσειν ἄχρι οὗ τελευ-

sit satellites eum vocare. Qui ubi adfuit, quaesivit ex eo Astyages: *Harpage, quonam genere mortis interfecisti puerum, quem tibi tradidi ex filia mea natum.* Harpagus, quum pastorem videret intus esse, non ad mendacia se convertit, ne veritate convictus caperetur; sed in hunc modum locutus est. *O rex, postquam puerum accepi, deliberavi mecum, anquirens quo pacto et tibi ex voluntate tua facerem, et, dum apud te culpâ vacarem, nec filiae tuae, nec ipsi tibi, essem mea manu carnifex. Igitur ita statui agendum. Pastori huic, ad me vocato, tradidi puerum, dicens te esse qui illum occidi iuberes: atque hoc dicens, non sum mentitus; tu enim ita iusseras. Tradidi autem ei hoc modo, ut mandaverim, exponeret illum in deserto monte, et ma-*

20 „τήσει· ἀπειλήσας παντοῖα τῷδε, ἢν μὴ τάδε ἐπιτε-
„λέα ποιήσῃ. ἐπεί τε δὲ, ποιήσαντος τούτου τὰ κελευό-
„μενα, ἐτελεύτησε τὸ παιδίον, πέμψας τῶν εὐνούχων
„τοὺς πιστοτάτους, καὶ εἶδον δι' ἐκείνων, καὶ ἔθαψά
„μιν. οὕτως ἔσχε, ὦ βασιλεῦ, περὶ τοῦ πρήγματος
25 „τούτου· καὶ τοιούτῳ μόρῳ ἐχρήσατο ὁ παῖς."

118 Ἅρπαγος μὲν δὴ τὸν ἰθὺν ἔφαινε λόγον. Ἀστυάγης δὲ, κρύπτων τόν οἱ ἐνείχεε χόλον διὰ τὸ γεγονὸς, πρῶτα μὲν κατάπερ ἤκουσε αὐτὸς πρὸς τοῦ βουκόλου τὸ πρῆγμα, πάλιν ἀπηγέετο τῷ Ἁρπάγῳ· μετὰ δὲ, ὥς
5 οἱ ἐπαλιλλόγητο, κατέβαινε λέγων, ὡς „περίεστί τε ὁ
„παῖς, καὶ τὸ γεγονὸς ἔχει καλῶς. Τῷ τε γὰρ πε-
„ποιημένῳ, ἔφη λέγων, ἐς τὸν παῖδα τοῦτον ἔκαμνον
„μεγάλως, καὶ θυγατρὶ τῇ ἐμῇ διαβεβλημένος οὐκ
„ἐν ἐλαφρῷ ἐποιεύμην. ὡς ὦν τῆς τύχης εὖ μεταστά-

neret observaretque donec vitam finiisset; multa huic comminatus, nisi haec effecta dedisset. Postquam hic imperata fecit, obiitque puer, tum eunuchorum fidelissimos misi, per eosque inspexi mortuum, et sepelivi. Tali modo, rex, gesta haec res, talique fato functus est puer.

(118.) Sic igitur *Harpagus* ex vero rem exposuit. *Astyages* autem, tegens iram quam adversus eum ob id factum animo conceptam habebat, primum ei rursus narravit rem prouti ex bubulco ipse audiverat; tum, postquam ei hoc repetiisset, ad extremum dixit, *superesse puerum, et, quae facta sint, bene habere. Etenim* (sic perrexit dicere) *admissum in hunc puerum facinus et graviter ipse dolebam, et, quod in filiae meae offensionem incurrissem, haud leviter*

„της, τοῦτο μὲν, τὸν σεωυτοῦ παῖδα ἀπόπεμψον παρὰ 10
„τὸν παῖδα τὸν νεήλυδα· τοῦτο δὲ, (σῶστρα γὰρ τοῦ
„παιδὸς μέλλω θύειν τοῖσι θεῶν τιμὴ αὕτη προσκέε-
119 „ται,) πάρισθί μοι ἐπὶ δεῖπνον." Ἅρπαγος μὲν ὡς
ἤκουσε ταῦτα, προσκυνήσας, καὶ μεγάλα ποιησάμε-
νος ὅτι τε ἡ ἁμαρτάς οἱ ἐς δέον ἐγεγόνεε, καὶ ὅτι ἐπὶ
τύχῃσι χρηστῇσι ἐπὶ δεῖπνον κέκλητο, ἤιε ἐς τὰ οἰκία.
ἐσελθὼν δὲ τὴν ταχίστην, ἦν γάρ οἱ παῖς εἷς μοῦνος, 5
ἔτεα τρία καὶ δέκα κου μάλιστα γεγονὼς, τοῦτον ἐκ-
πέμπει, ἰέναι τε κελεύων ἐς Ἀστυάγεος, καὶ ποιέειν
ὅ τι ἂν ἐκεῖνος κελεύῃ. αὐτὸς δὲ περιχαρὴς ἐὼν, φράζει
τῇ γυναικὶ τὰ συγκυρήσαντα. Ἀστυάγης δὲ, ὥς οἱ ἀπί-
κετο ὁ Ἁρπάγου παῖς, σφάξας αὐτὸν, καὶ κατὰ μέ- 10
λεα διελὼν, τὰ μὲν ὤπτησε, τὰ δὲ ἕψησε τῶν κρεῶν

ferebam. Nunc ergo feliciter conversâ fortunâ, tu tuum filium mitte ad hunc puerum recens advenam; et ipse mihi ad coenam adesto, nam pro servato puero sacra diis, ad quos hic honos pertinet, sum facturus. (119.) His auditis *Harpagus* adoravit regem, et admodum gratulatus sibi, quod et delictum commode ipsi cessisset, et quod felicibus auspiciis ad coenam esset vocatus, domum rediit. Quam ubi ingressus est, protinus filium, quem habuit unicum, tredecim fere annos natum, emittit, adire iubens Astyagis aedes, et facere quidquid ille iussisset. Ipse vero supra modum gavisus, narravit uxori quae evenissent. At *Astyages*, ut ad eum venit Harpagi filius, iugulavit eum, et membratim concîdens corpus, partim assavit carnes, partim elixavit; easque postquam recte paratae fuerunt, in promtu habuit.

εὔτυκτα δὲ ποιησάμενος, εἶχε ἑτοῖμα. ἐπεί τε δὲ, τῆς
ὥρης γινομένης τοῦ δείπνου, παρῆσαν οἵ τε ἄλλοι δαι-
τυμόνες καὶ ὁ Ἅρπαγος, τοῖσι μὲν ἄλλοισι καὶ αὐτῷ
15 Ἀστυάγεϊ παρετιθέατο τράπεζαι ἐπιπλέαι μηλείων
κρεῶν· Ἁρπάγῳ δὲ, τοῦ παιδὸς τοῦ ἑωυτοῦ, πλὴν κε-
φαλῆς τε καὶ ἄκρων χειρῶν τε καὶ ποδῶν, τἄλλα
πάντα· ταῦτα δὲ χωρὶς ἔκειτο ἐπὶ κανέῳ κατακεκα-
λυμμένα. ὡς δὲ τῷ Ἁρπάγῳ ἐδόκεε ἅλις ἔχειν τῆς
20 βορῆς, Ἀστυάγης εἴρετό μιν, εἰ ἡσθείη τι τῇ θοίνῃ. φα-
μένου δὲ Ἁρπάγου καὶ κάρτα ἡσθῆναι, παρέφερον,
τοῖσι προσέκειτο, τὴν κεφαλὴν τοῦ παιδὸς κατακεκα-
λυμμένην, καὶ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας· Ἅρπαγον
δὲ ἐκέλευον προσστάντες ἀποκαλύπτειν τε καὶ λαβεῖν
25 τὸ βούλεται αὐτέων. πειθόμενος δὲ ὁ Ἅρπαγος, καὶ
ἀποκαλύπτων, ὁρᾷ τοῦ παιδὸς τὰ λείμματα· ἰδὼν δὲ,

Tum, ubi coenae adfuit hora; quum convenissent et reliqui convivae et Harpagus, aliis convivis et ipsi Astyagi adponebantur mensae carnibus agninis refertae; Harpago vero partes omnes corporis filii ipsius, excepto capite et extremis manibus pedibusque: haec enim seorsim in canistro reposita erant contecta. Postquam satis pastus illo cibo sibi visus erat Harpagus, quaesivit ex eo Astyages, *numquid delectatus esset epulo:* qui ubi respondit, *valde quidem se eo esse delectatum,* adtulerunt, quibus id mandatum erat, caput pueri obtectum, et manus pedesque; et adstantes iusserunt Harpagum detegere, sumereque ex eis quidquid libuisset. Harpagus obtemperans, ubi detexit, conspicit filii sui reliquias: quo quidem spectaculo non consternatus est, sed sui compos mansit.

ούτε ἐξεπλάγη, ἐντός τε ἑωυτοῦ γίνεται. εἴρετο δὲ αὐτὸν ὁ Ἀστυάγης, εἰ γινώσκοι ὅτευ θηρίου κρέα βεβρώκοι. ὁ δὲ καὶ γινώσκειν ἔφη, καὶ ἀρεστὸν εἶναι πᾶν τὸ ἂν βασιλεὺς ἔρδη. τούτοισι δὲ ἀμειψάμενος, καὶ ἀναλαβὼν τὰ λοιπὰ τῶν κρεῶν, ἤιε ἐς τὰ οἰκία. ἐνθεῦτεν δὲ ἔμελλε, ὡς ἐγὼ δοκέω, ἁλίσας θάψειν τὰ πάντα. 30

120 Ἁρπάγῳ μὲν Ἀστυάγης δίκην ταύτην ἐπέθηκε. Κύρου δὲ πέρι βουλεύων, ἐκάλεε τοὺς αὐτοὺς τῶν μάγων οἳ τὸ ἐνύπνιόν οἱ ταύτῃ ἔκριναν. ἀπικομένους δὲ εἴρετο ὁ Ἀστυάγης, τῇ ἔκρινάν οἱ τὴν ὄψιν· οἱ δὲ κατὰ ταυτὰ εἶπαν, λέγοντες ὡς βασιλεῦσαι χρῆν τὸν παῖδα, εἰ ἐπέζωσε καὶ μὴ ἀπέθανε πρότερον. Ὁ δὲ ἀμείβεται αὐτοὺς τοῖσδε· „Ἔστι τε ὁ παῖς, καὶ περίεστι· καί „μιν, ἐπ' ἀγροῦ διαιτώμενον, οἱ ἐκ τῆς κώμης παῖδες „ἐστήσαντο βασιλέα. ὁ δὲ πάντα, ὅσα περ οἱ ἀληθεῖ 5

Quaesivit autem ex eo Astyages, *cognosceretne cuius ferae carnes comedisset?* Cui ille, *et noscere se,* respondit; *et placere debere quidquid rex fecisset.* Hoc dato responso, sumtis secum reliquis carnibus, domum abiit; inde collectas, puto, reliquias cunctas humaturus.

(120.) Hac ultione de Harpago captâ, de *Cyro* deliberans *Astyages*, eosdem vocavit magos, qui ei insomnium in istam partem interpretati erant. Qui ubi convenerunt, quaesivit ex iis, *quam in partem interpretati essent insomnium?* Illi vero eodem modo responderunt; dicentes, *in fatis fuisse ut regnaret puer, si in vita mansisset, nec ante tempus decessisset.* Excepit Astyages: *Atqui vivit puer, et superest: et rure agentem pueri eiusdem pagi re-*

10 „λάγῳ βασιλέες, ἐτελέωσε ποιήσας. καὶ γὰρ δορυ-
„φόρους, καὶ θυρωροὺς, καὶ ἀγγελιηφόρους, καὶ τὰ
„λοιπὰ πάντα διατάξας εἶχε. καὶ νῦν ἐς τί ὑμῖν ταῦτα
„φαίνεται φέρειν;“ Εἶπαν οἱ μάγοι· „Εἰ μὲν περίεστί
„τε, καὶ ἐβασίλευσε ὁ παῖς μὴ ἐκ προνοίης τινὸς,
15 „θάρσει τε τούτου εἵνεκα, καὶ θυμὸν ἔχε ἀγαθόν· οὐ
„γὰρ ἔτι τὸ δεύτερον ἄρξει. παρὰ σμικρὰ γὰρ καὶ τῶν
„λογίων ἡμῖν ἔνια κεχώρηκε· καὶ τά γε τῶν ὀνειράτων
„ἐχόμενα, τελέως ἐς ἀσθενὲς ἔρχεται.“ Ἀμείβεται
Ἀστυάγης τοῖσδε· „Καὶ αὐτὸς, ὦ μάγοι, ταύτῃ πλεῖ-
20 „στος γνώμην εἰμὶ, βασιλῆος ὀνομασθέντος τοῦ παιδὸς,
„ἐξήκειν τε τὸν ὄνειρον, καί μοι τὸν παῖδα τοῦτον εἶναι
„δεινὸν οὐδὲν ἔτι. ὅμως μέν γε τοι συμβουλεύσατέ μοι,
„εὖ περισκεψάμενοι, τὰ μέλλει ἀσφαλέστατα εἶναι

CXX. 12. εἶχε. *Vulgo* ἦρχε, regnabat.

gem elegerunt: atque ille, quaecumque faciunt vere nominati reges, cumulate fecit; nam et satellites, et ianitores, et internuncios, et qui reliquis praeessent muneribus, habuit constitutos. Et nunc, quorsum vobis haec valere videntur? Responderunt magi: *Si superest puer, et regnavit non praemeditato, confide hactenus; et bono esto animo; non enim iterum regnabit. Nam in exiguum quiddam etiam oraculorum nonnulla nobis exierunt; et quae de genere sunt insomniorum, ea quidem in admodum exile quidpiam subinde desinunt.* Ad haec Astyages, *Et ipse ego*, inquit, *ô magi, in hac maxime sum sententia, quod rex nominatus fuit puer, in eo exitum habere insomnium, nec eum porro esse mihi ullo modo timendum. Verum tamen, probe omnia circumspicientes, consulite mihi, quid fu-*

„οἴκῳ τε τῷ ἐμῷ καὶ ὑμῖν.“ Εἶπαν πρὸς ταῦτα οἱ μά-
γοι· „Ὦ βασιλεῦ, καὶ αὐτοῖσι ἡμῖν περὶ πολλοῦ 25
„ἐστὶ κατορθοῦσθαι ἀρχὴν τὴν σήν. κείνως μὲν γὰρ ἀλ-
„λοτριοῦται, ἐς τὸν παῖδα τοῦτον περιιοῦσα, ἐόντα
„Πέρσην· καὶ ἡμεῖς, ἐόντες Μῆδοι, δουλούμεθά τε, καὶ
„λόγου οὐδενὸς γινόμεθα πρὸς Περσέων, ἐόντες ξεῖνοι·
„σέο δ' ἐνεστεῶτος βασιλῆος, ἐόντος πολιήτεω, καὶ ἄρ- 30
„χομεν τὸ μέρος, καὶ τιμὰς πρὸς σέο μεγάλας ἔχο-
„μεν. οὕτω ὦν πάντως ἡμῖν σέο τε καὶ τῆς σῆς ἀρχῆς
„προοπτέον ἐστί. καὶ νῦν εἰ φοβερόν τι ἑωρῶμεν, πᾶν
„ἂν σοι προσφράζομεν· νῦν δὲ ἀποσκήψαντος τοῦ ἐνυπ-
„νίου ἐς φλαῦρον· αὐτοί τε θαρσέομεν, καὶ σοὶ ἕτερα 35
„τοιαῦτα παρακελευόμεθα· τὸν δὲ παῖδα τοῦτον ἐξ
„ὀφθαλμῶν ἀπόπεμψαι ἐς Πέρσας τε καὶ τοὺς γει-

turum sit tutissimum et domui meae et vobis. Tum magi: *Nostrâ etiam,* inquiunt, *plurimi interest, ut firmum stet tuum regnum. Nam isto modo alienatur illud, si in hunc puerum transit, qui est Persa: et nos, Medi quum simus, servituri sumus, et nulla in existimatione erimus apud Persas, utpote extranei. Te vero manente Rege, qui popularis es noster, et regnamus ex nostra parte, et magnos a te honores obtinemus. Ita igitur omnino et tibi et regno tuo debemus prospicere. Et nunc, si quid quod timendum esset cerneremus, cuncta tibi praedicturi eramus: at, quum in rem exilem exierit insomnium, et nos confidimus, et te ut idem facias hortamur. Hunc vero puerum e conspectu dimitte in Persas et ad suos parentes.*

„ναμένους." Ἀκούσας ταῦτα ὁ Ἀστυάγης, ἐχάρη 121
τε, καὶ καλέσας τὸν Κῦρον, ἔλεγέ οἱ τάδε· „Ὦ παῖ,
„σὲ γὰρ ἐγὼ δι' ὄψιν ὀνείρου οὐ τελέην ἠδίκεον, τῇ
„σεωυτοῦ δὲ μοίρῃ περίεις· νῦν ὦν ἴθι χαίρων ἐς Πέρ-
5 „σας, πομποὺς δ' ἐγὼ ἅμα πέμψω. ἐλθὼν δὲ ἐκεῖ,
„πατέρα τε καὶ μητέρα εὑρήσεις, οὐ κατὰ Μιτρα-
„δάτην τε τὸν βουκόλον καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ."

Ταῦτα εἴπας ὁ Ἀστυάγης, ἀποπέμπει τὸν Κῦρον. 122
νοστήσαντα δέ μιν ἐς τοῦ Καμβύσεω τὰ οἰκία, ἐδέ-
ξαντο οἱ γεινάμενοι· καὶ δεξάμενοι, ὡς ἐπύθοντο, με-
γάλως ἀσπάζοντο, οἷα δὴ ἐπιστάμενοι αὐτίκα τότε
5 τελευτῆσαι· ἱστόρεόν τε ὅτεῳ τρόπῳ περιγένοιτο. ὁ δέ
σφι ἔλεγε, φὰς πρὸ τοῦ μὲν οὐκ εἰδέναι, ἀλλὰ ἡμαρ-
τηκέναι πλεῖστον, κατ' ὁδὸν δὲ πυθέσθαι πᾶσαν τὴν

(121.) His auditis gavisus Astyages, Cyrum ad se vocatum his verbis compellat: *O puer, ego propter vanum insomnii visum iniuriâ te adfeci; tu vero tuo fato superes. Nunc igitur, quod felix tibi atque faustum sit, abi in Persas; quo qui te comitentur, tecum mittam. Eo quum veneris, patrem ibi et matrem invenies, non eius sortis cuius sunt Mithradates bubulcus illiusque uxor.*

(122.) Haec quum dixisset *Astyages*, dimisit *Cyrum*. Quem, ad Cambysis aedes delatum, recepere parentes; receptumque, ubi quis esset cognovere, vehementi cum gaudio sunt amplexati, ut quem protinus a partu vitam finiisse arbitrarentur: percunctatique sunt, quonam pacto superfuerit. Et ille rem exposuit; dicens, *se ipsum antea nescivisse, sed plurimum a vero aberrasse; in itinere autem omnia,*

αὐτοῦ πάθην. ἐπίστασθαι μὲν γὰρ, ὡς βουκόλου τοῦ Ἀστυάγεος εἴη παῖς, ἀπὸ δὲ τῆς κεῖθεν ὁδοῦ τὸν πάντα λόγον τῶν πομπῶν πυθέσθαι. τραφῆναι δὲ ἔλεγε ὑπὸ 10
τῆς τοῦ βουκόλου γυναικός. ἤιέ τε ταύτην αἰνέων διὰ παντός· ἦν τέ οἱ ἐν τῷ λόγῳ τὰ πάντα ἡ Κυνώ. οἱ δὲ τοκέες, παραλαβόντες τὸ οὔνομα τοῦτο, ἵνα θειοτέρως δοκέῃ τοῖσι Πέρσῃσι περιεῖναί σφι ὁ παῖς, κατέβαλλον φάτιν ὡς ἐκκείμενον Κῦρον κύων ἐξέθρεψε. ἐνθεῦτεν 15
123 μὲν ἡ φάτις αὕτη κεχωρήκεε. Κύρῳ δὲ ἀνδρευμένῳ, καὶ ἐόντι τῶν ἡλίκων ἀνδρειοτάτῳ καὶ προσφιλεστάτῳ, προσέκειτο ὁ Ἅρπαγος, δῶρα πέμπων, τίσασθαι Ἀστυάγεα ἐπιθυμέων. ἀπ' ἑωυτοῦ γὰρ, ἐόντος ἰδιώτεω, οὐκ ἐνώρα τιμωρίην ἐσομένην ἐς Ἀστυάγεα· Κῦρον δὲ 5

CXXII. 11. ἤιέ τε. *Forsan* ἤιέ τε ταύτην ἐπαινέων.

quae sibi acciderint, *rescivisse. Putasse enim esse filium bubulci Astyagis; sed ex Media huc iter facientem totam rem ex comitibus suis cognovisse.* Commemorabat autem *educatum se fuisse a bubulci uxore.* Et hanc laudabat continenter, eratque ei sermonum omnium argumentum *Cyno*. Quod nomen adripientes parentes eius; quo magis divinitus superesse Persis videretur puer, sparserunt famam, *fuisse Cyrum, quum expositus esset, a cane enutritum.* Inde haec fama in vulgus manavit.

(123.) Iam virilem aetatem ingressum Cyrum, quum et fortissimus esset suorum aequalium et omnibus carissimus, solicitavit *Harpagus* donis missis, de Astyage cupiens capere ultionem. Nam a se, privato homine, intelligebat vindictam adversus Astyagem non posse existere: sed Cyrum videns subcrescen-

ὁρέων ἐπιτρεφόμενον, ἐποιέετο σύμμαχον, τὰς πάθας τὰς Κύρου τῇσι ἑωυτοῦ ὁμοιούμενος. πρὸ δ' ἔτι τοῦτο τάδε οἱ κατέργαστο· ἐόντος τοῦ Ἀστυάγεος πικροῦ ἐς τοὺς Μήδους, συμμίσγων ἑνὶ ἑκάστῳ ὁ Ἅρπαγος τῶν
10 πρώτων Μήδων, ἀνέπειθε ὡς χρὴ Κῦρον προστησαμένους, τὸν Ἀστυάγεα παῦσαι τῆς βασιληΐης. κατεργασμένου δέ οἱ τούτου, καὶ ἐόντος ἑτοίμου, οὕτω δὴ τῷ Κύρῳ διαιτωμένῳ ἐν Πέρσῃσι βουλόμενος ὁ Ἅρπαγος δηλῶσαι τὴν ἑωυτοῦ γνώμην, ἄλλως μὲν οὐδαμῶς εἶχε,
15 ἅτε τῶν ὁδῶν φυλασσομένων· ὁ δὲ ἐπιτεχνᾶται τοιόνδε. λαγὸν μηχανησάμενος, καὶ ἀνασχίσας τούτου τὴν γαστέρα, καὶ οὐδὲν ἀποτίλας, ὡς δὲ εἶχε, οὕτω ἐσέθηκε βιβλίον, γράψας τά οἱ ἐδόκεε. ἀποῤῥάψας δὲ τοῦ λαγοῦ τὴν γαστέρα, καὶ δίκτυα δοὺς, ἅτε θη-
20 ρευτῇ, τῶν οἰκετέων τῷ πιστοτάτῳ, ἀπέστειλε ἐς τοὺς

tem, hunc sibi conciliare socium studuit, quae Cyrus passus erat cum suâ conferens calamitate. Sed iam antea hoc ab illo praeparatum erat: quum acerbus in Medos esset Astyages, Harpagus cum unoquoque principum Medorum colloquia miscens, persuaserat illis, *necesse esse Cyrum rebus praeficere, et finem facere regno Astyagis*. His ita praeparatis, sic demum Cyro in Persis versanti aperire consilium suum cupiens Harpagus, quum aliter id efficere, custoditis itineribus, non posset, tali usus est commento. Leporem callide instruxit; cuius ventri, ita rescisso ut nihil pilorum avelleret, prout erat, indidit libellum, in quo quae voluerat scripta erant: tum, consuto rursus ventre, leporem atque retia, veluti venatori, tradidit servorum fidissimo, eumque in Persas misit,

Πέρσας ἐντειλάμενός οἱ ἀπὸ γλώσσης, διδόντα τὸν λαγὸν Κύρῳ ἐπειπεῖν, αὐτοχειρίῃ μιν διελεῖν, καὶ μηδένα οἱ ταῦτα ποιεῦντι παρεῖναι. (124) Ταῦτα δὲ δὴ ὦν ἐπιτελέα ἐγίνετο· καὶ ὁ Κῦρος παραλαβὼν τὸν λαγὸν ἀνέσχισε. εὑρὼν δὲ ἐν αὐτῷ τὸ βιβλίον ἐνεὸν, λαβὼν ἐπελέγετο. τὰ δὲ γράμματα ἔλεγε τάδε· „Ὦ παῖ „Καμβύσεω, σὲ γὰρ θεοὶ ἐπορέωσι· οὐ γὰρ ἄν κοτε (5) „ἐς τοσοῦτον τύχης ἀπίκευ. σύ νυν Ἀστυάγεα τὸν σεωυ„τοῦ φονέα τίσαι. κατὰ μὲν γὰρ τὴν τούτου προθυμίην „τέθνηκας· τὸ δὲ κατὰ θεούς τε καὶ ἐμὲ περίεις. τά „σε καὶ πάλαι δοκέω πάντα ἐκμεμαθηκέναι, σέο τε „αὐτοῦ πέρι ὡς ἐπρήχθη, καὶ οἷα ἐγὼ ὑπὸ Ἀστυά- (10) „γεος πέπονθα, ὅτι σε οὐκ ἀπέκτεινα, ἀλλὰ ἔδωκα „τῷ βουκόλῳ. σύ νυν ἢν βούλῃ ἐμοὶ πείθεσθαι, τῆσπερ „Ἀστυάγης ἄρχει χώρης, ταύτης ἁπάσης ἄρξεις. Πέρ-

ore tenus hoc adiiciens mandatum, ut Cyro leporem tradens simul diceret, *necesse esse ut ille sua manu eum exenteret, neque quisquam hoc facienti adsit.* (124.) His rebus ita perfectis, Cyrus acceptum leporem aperit, et libellum in eo repertum perlegit, in quo erant perscripta haec: *O fili Cambysis! te dii respiciunt; hoc enim absque esset, numquam tam mirâ usus esses fortunâ. Tu nunc de Astyage, tuo interfectore, cape poenas. Etenim ex huius consilio tu perieras; deorum autem beneficio et meo superes. Quae te omnia pridem puto cognovisse, quum quae tecum acta sunt, tum quae ego ab Astyage passus sum eo, quod te non occidi, sed pastori tradidi. Tu nunc, si mea volueris consilia sequi, quibus terris imperat Astyages, earum omnium*

„σας γὰρ ἀναπείσας ἀπίστασθαι, στρατηλάτεε ἐπὶ
15 „Μήδους· καὶ, ἤν τε ἐγὼ ὑπὸ Ἀστυάγεος ἀποδεχθῶ
„στρατηγὸς ἀντία σέο, ἔστι τοι τὰ σὺ βούλεαι, ἤν τε
„τῶν τις δοκίμων ἄλλος Μήδων. πρῶτοι γὰρ οὗτοι
„ἀποστάντες ἀπ' ἐκείνου, καὶ γενόμενοι πρὸς σέο,
„Ἀστυάγεα καταιρέειν πειρήσονται. ὡς ὦν ἑτοίμου τοῦ,
20 „γε ἐνθάδε ἐόντος, ποίεε ταῦτα, καὶ ποίεε κατὰ
„τάχος."

Ἀκούσας ταῦτα ὁ Κῦρος, ἐφρόντιζε ὅτεῳ τρόπῳ σο- 125
φωτάτῳ Πέρσας ἀναπείσει ἀπίστασθαι. φροντίζων δὲ,
εὑρίσκεται ταῦτα καιριώτατα εἶναι· ἐποίεε δὴ ταῦτα·
γράψας ἐς βιβλίον τὰ ἐβούλετο, ἁλίην τῶν Περσέων
5 ἐποιήσατο· μετὰ δὲ, ἀναπτύξας τὸ βιβλίον καὶ ἐπιλε-
γόμενος, ἔφη Ἀστυάγεά μιν στρατηγὸν Περσέων ἀπο-
δεικνύναι. „Νῦν, ἔφη τε λέγων, ὦ Πέρσαι, προαγο-

*rex eris. Persuade Persis ut ab illo desciscant,
exercitumque duc in Mediam: et, sive ego ab
Astyage dux adversus te fuero nominatus, sive
alius quisquam nobilium Medorum, habebis quae
voles. Nam primi hi ipsi ab illo deficient, et,
tecum facientes, tollere Astyagem studebunt. Qua-
re persuasus parata tibi hic quidem esse omnia,
fac quae dixi, et fac celeriter!*

(125.) His intellectis *Cyrus* secum deliberavit quo
callidissimo modo Persas ad defectionem permove-
ret. Re deliberata, commodissimum hoc ei visum
est consilium, quo nimirum etiam usus est. Con-
scriptis in libello quae voluit, concionem convoca-
vit Persarum: tum aperiens libellum legensque,
ait, *Astyagem sese ducem constituere Persarum.*

„ρεύω ὑμῖν, παρεῖναι ἕκαστον ἔχοντα δρέπανον.“ Κῦρος μὲν ταῦτα προηγόρευσε. Ἔστι δὲ Περσέων συχνὰ γένεα· καὶ τὰ μὲν αὐτέων ὁ Κῦρος συνάλισε, καὶ 10 ἀνέπεισε ἀπίστασθαι ἀπὸ Μήδων. ἔστι δὲ τάδε, ἐξ ὧν ὧλλοι πάντες ἀρτέαται Πέρσαι· Πασαργάδαι, Μαράφιοι, Μάσπιοι. τουτέων Πασαργάδαι εἰσὶ ἄριστοι· ἐν τοῖσι καὶ Ἀχαιμενίδαι εἰσὶ φρήτρη, ἔνθεν οἱ βασιλέες οἱ Περσεῖδαι γεγόνασι. ἄλλοι δὲ Πέρσαι 15 εἰσὶ οἵδε· Πανθιαλαῖοι, Δηρουσιαῖοι, Γερμάνιοι· οὗτοι μὲν πάντες ἀροτῆρές εἰσί. οἱ δὲ ἄλλοι, νομάδες, Δάοι, 126 Μάρδοι, Δροπικοὶ, Σαγάρτιοι. Ὡς δὲ παρῆσαν ἅπαντες ἔχοντες τὸ προειρημένον, ἐνθαῦτα ὁ Κῦρος (ἦν γάρ τις χῶρος τῆς Περσικῆς ἀκανθώδης ὅσον τε ἐπὶ ὀκτωκαίδεκα σταδίους ἢ εἴκοσι πάντη) τοῦτόν σφι τὸν χῶρον προεῖπε ἐξημερῶσαι ἐν ἡμέρῃ. ἐπιτελεσάντων δὲ 5

Nunc *igitur*, perrexit dicere, *edico vobis, Persae, praesto sitis singuli cum falcibus*. Haec *Cyrus* pro concione dixit. Sunt autem *Persarum* plura *genera*; quorum nonnulla in concionem vocavit Cyrus, et ad deficiendum a Medis solicitavit. Sunt autem ea haec, e quibus alii omnes Persae pendent: Pasargadae, Maraphii, Maspii. Ex his nobilissimi sunt *Pasargadae*, in quibus est *Achaemenidarum* familia, ex qua reges Persidae sunt prognati. Alii vero Persae hi sunt: Panthialaei, Derusiaei, Germanii, qui omnes agrorum culturam exercent; reliqui nomades, Dai, Mardi, Dropici, Sagartii. (126.) Ut convenerunt omnes cum praedicto instrumento, ibi tum *Cyrus*, quum esset tractus Persicae regionis spinis obsitus, patens quaquaversum octodecim aut viginti

τῶν Περσέων τὸν προκείμενον ἄεθλον, δεύτερά σφι προεῖπε, ἐς τὴν ὑστεραίην παρεῖναι λελουμένους. ἐν δὲ τούτῳ τά τε αἰπόλια καὶ τὰς ποίμνας καὶ τὰ βουκόλια ὁ Κῦρος πάντα τοῦ πατρὸς συναλίσας ἐς τὠυτὸ, 10 ἔθυε, καὶ παρεσκεύαζε ὡς δεξόμενος τῶν Περσέων τὸν στρατόν· πρὸς δὲ, οἴνῳ τε καὶ σιτίοισι ὡς ἐπιτηδεωτάτοισι. ἀπικομένους δὲ τῇ ὑστεραίῃ τοὺς Πέρσας κατακλίνας ἐς λειμῶνα, εὐώχεε. ἐπεί τε δὲ ἀπὸ δείπνου ἦσαν, εἴρετό σφεας ὁ Κῦρος, κότερα τὰ τῇ προτεραίῃ 15 εἶχον, ἢ τὰ παρεόντα σφι εἴη αἱρετώτερα. οἱ δὲ ἔφασαν, πολλὸν εἶναι αὐτέων τὸ μέσον. τὴν μὲν γὰρ προτέρην ἡμέρην πάντα σφι κακὰ ἔχειν· τὴν δὲ τότε παρεοῦσαν, πάντα ἀγαθά. Παραλαβὼν δὲ τοῦτο τὸ ἔπος ὁ Κῦρος, παρεγύμνου τὸν πάντα λόγον, λέγων· „Ἄνδρες Πέρ- 20 „σαι, οὕτω ὑμῖν ἔχει. βουλομένοισι μὲν ἐμέο πείθεσθαι,

stadia, hunc tractum iussit illos eadem die eruncare. Proposito labore postquam perfuncti sunt Persae, iterum eisdem praedixit, ut in posterum diem adessent loti. Interim vero *Cyrus* caprarum oviumque et boum greges patris sui omnes in unum congregatos mactavit paravitque, quippe Persarum exercitum hisce excepturus, et vino, farinaceisque cibis commodissimis: utque postridie convenerunt Persae, recumbere in prato iussos lauto excepit epulo. Dein, postquam a coena surrexerunt, quaesivit ex his Cyrus, *utra optabiliora ipsis viderentur? quae pridie habuerint, an praesentia?* Et illi, *multum interesse,* dixerunt: *pridie enim omnia se mala habuisse, praesente vero die bona omnia.* Id verbum adripiens Cyrus, rem omnem, quam eis propositu-

„ἔστι τάδε τε καὶ ἄλλα μυρία ἀγαθά, οὐδένα πόνον
„δουλοπρεπέα ἔχουσι· μὴ βουλομένοισι δὲ ἐμέο πείθε-
„σθαι, εἰσὶ ὑμῖν πόνοι τῷ χθιζῷ παραπλήσιοι ἀνα-
„ρίθμητοι. νῦν ὦν ἐμέο πειθόμενοι, γίνεσθε ἐλεύθεροι.
„αὐτός τε γὰρ δοκέω θείῃ τύχῃ γεγονὼς τάδε ἐς χεῖ- 25
„ρας ἄγεσθαι· καὶ ὑμέας ἥγημαι ἄνδρας Μήδων
„εἶναι οὐ φαυλοτέρους, οὔτε τἆλλα, οὔτε τὰ πολέμια.
„ὡς ὦν ἐχόντων ὧδε, ἀπίστασθε ἀπ' Ἀστυάγεος τὴν
„ταχίστην."

127 Πέρσαι μέν νυν προστάτεω ἐπιλαβόμενοι, ἄσμενοι
ἐλευθεροῦντο, καὶ πάλαι δεινὸν ποιεύμενοι ὑπὸ Μήδων
ἄρχεσθαι. Ἀστυάγης δὲ ὡς ἐπύθετο Κῦρον πρήσσοντα
ταῦτα, πέμψας ἄγγελον, ἐκάλεε αὐτόν. ὁ δὲ Κῦρος
ἐκέλευε τὸν ἄγγελον ἀπαγγέλλειν, ὅτι πρότερον ἥξοι 5

[illegible] erat, aperuit dicens: *Viri Persae! ita vobis se habet. Quod si me sequi volueritis, erunt vobis haec et infinita alia bona, eritisque omnibus servilibus laboribus expertes: me vero sequi nolentibus erunt labores hesternis similes innumeri. Nunc ergo, mihi dicto audientes, estote liberi! nam et ego divina sorte ad hoc natus mihi videor, ut haec bona in manus nostras congeram; et vos iudico viros esse Medis non inferiores, quum aliis rebus, tum militari laude. Quae quum ita sint, desciscite quam primum ab Astyage!*

(127.) Igitur *Persae*, quum iam pridem aegre tulissent *Medorum* imperium, ducem nunc patronumque nacti, libenter in libertatem se vindicabant. *Astyages* vero, ut intellexit moliri haec *Cyrum*, misso nuncio, eum ad se vocavit. Cui renunciare nuncium iussit Cyrus, *prius se adventurum, quam*

παρ' ἐκεῖνον ἢ αὐτὸς Ἀστυάγης βουλήσεται. ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Ἀστυάγης, Μήδους τε ὥπλισε πάντας, καὶ στρατηγὸν αὐτέων, ὥστε θεοβλαβὴς ἐὼν, ἀπέδεξε Ἅρπαγον, λήθην ποιεύμενος τά μιν ἐόργεε. ὡς δ' 10 οἱ Μῆδοι στρατευσάμενοι τοῖσι Πέρσῃσι συνέμισγον, οἱ μέν τινες αὐτέων ἐμάχοντο, ὅσοι μὴ τοῦ λόγου μετέσχον· οἱ δὲ αὐτομόλεον πρὸς τοὺς Πέρσας· οἱ δὲ πλεῖστοι ἐθελοκάκεόν τε καὶ ἔφευγον. Διαλυθέντος δὲ τοῦ 128 Μηδικοῦ στρατεύματος αἰσχρῶς, ὡς ἐπύθετο τάχιστα ὁ Ἀστυάγης, ἔφη, ἀπειλέων τῷ Κύρῳ· „Ἀλλ' οὐδ' „ὣς ὁ Κῦρός γε χαιρήσει." Τοσαῦτα εἴπας, πρῶτον 5 μὲν τῶν μάγων τοὺς ὀνειροπόλους, οἵ μιν ἀνέγνωσαν μετεῖναι τὸν Κῦρον, τούτους ἀνεσκολόπισε. μετὰ δὲ, ὥπλισε τοὺς ὑπολειφθέντας τῶν Μήδων ἐν τῷ ἄστεϊ, νέους τε καὶ πρεσβύτας ἄνδρας. ἐξαγαγὼν δὲ τούτους,

gratum futurum esset Astyagi. Quo audito Astyages Medos armavit cunctos, ducemque eis, velut divinitus mente perculsus, praefecit Harpagum, oblitus quae adversus illum patraverat. Medi, in bellum profecti, ubi Persis ad manus venerunt, pars eorum, quicumque consilii non erant participes, pugnam inibant; alii vero ad Persarum transierunt partes; sed plerique ultro cessantes a pugna, fugam capessebant. (128.) Ita turpiter dissoluto Medorum exercitu, ut rem cognovit Astyages, minitans Cyro, ait: *At ne sic quidem gaudebit Cyrus.* His dictis, primum magos somniorum interpretes, qui ei ut Cyrum dimitteret persuaserant, e palis suspendit: deinde Medos, qui in urbe relicti erant, armavit, iuvenes provectioresque aetate viros. Quibus eductis, praelio

καὶ συμβαλὼν τοῖσι Πέρσῃσι, ἑσσώθη· καὶ αὐτός τε Ἀστυάγης ἐζωγρήθη, καὶ τοὺς ἐξήγαγε τῶν Μήδων 10
129 ἀπέβαλε. Ἐόντι δὲ αἰχμαλώτῳ τῷ Ἀστυάγεϊ προσστὰς ὁ Ἅρπαγος, κατέχαιρέ τε καὶ κατεκερτόμεε, καὶ ἄλλα λέγων ἐς αὐτὸν θυμαλγέα ἔπεα, καὶ δὴ καὶ εἴρετό μιν, πρὸς τὸ ἑωυτοῦ δεῖπνον, τό μιν ἐκεῖνος σαρξὶ τοῦ παιδὸς ἐθοίνισε· „ὅ τι εἴη ἡ ἐκείνου δουλοσύνη 5
„ἀντὶ τῆς βασιληΐης." ὁ δέ μιν προσιδὼν ἀντείρετο, εἰ ἑωυτοῦ ποιέεται τὸ Κύρου ἔργον. Ἅρπαγος δὲ ἔφη, αὐτὸς γὰρ γράψαι, τὸ πρῆγμα ἑωυτοῦ δὴ δικαίως εἶναι. Ἀστυάγης δέ μιν ἀπέφαινε τῷ λόγῳ „σκαιό-
„τατόν τε καὶ ἀδικώτατον ἐόντα πάντων ἀνθρώπων· 10
„σκαιότατον μέν γε, εἰ παρεὸν αὐτῷ βασιλέα γε-
„νέσθαι, εἰ δὴ δι' ἑωυτοῦ γε ἐπρήχθη τὰ παρεόντα,

cum Persis inito, victus est: et ipse Astyages, amissis quos eduxerat Medis, vivus in hostium venit potestatem. (129.) Tum captivo Astyagi adstans Harpagus, laetitiâ ob illius casum gestiens, insultavit; et quum alia in eum acerba dicteria coniecit, tum in memoriam revocans coenam eam, qua filii carnes comedendas illi Astyages proposuerat, quaesivit, *ecquid placeret ei servitus, qui modo rex fuisset?* Quem adspiciens Astyages, vicissim interrogavit, *an suum faceret Cyri factum?* Et Harpagus, *suum merito censeri*, ait, *factum; se enim ipsum de eo suscipiendo ad Cyrum scripsisse.* Tum Astyages, longiorem exorsus sermonem, declaravit *ineptissimum illum esse hominum omnium, simulque iniquissimum: ineptissimum quidem, qui, quum ipse potuisset rex evadere, si quidem hae res per ipsum*

„ἄλλῳ περιέθηκε τὸ κράτος· ἀδικώτατον δὲ, ὅτι τοῦ
„δείπνου εἵνεκεν Μήδους κατεδούλωσε. εἰ γὰρ δὴ δέειν
15 „πάντως περιθεῖναι ἄλλῳ τέῳ τὴν βασιληΐην, καὶ μὴ
„αὐτὸν ἔχειν, δικαιότερον εἶναι Μήδων τέῳ περιβαλεῖν
„τοῦτο τὸ ἀγαθὸν ἢ Περσέων. νῦν δὲ Μήδους μὲν,
„ἀναιτίους τούτου ἐόντας, δούλους ἀντὶ δεσποτέων γε-
„γονέναι· Πέρσας δὲ, δούλους ἐόντας τὸ πρὶν Μήδων,
20 „νῦν γενονέναι δεσπότας."

Ἀστυάγης μέν νυν, βασιλεύσας ἐπ' ἔτεα πέντε καὶ 130
τριήκοντα, οὕτω τῆς βασιληΐης κατεπαύσθη· Μῆδοι δὲ
ὑπέκυψαν Πέρσῃσι διὰ τὴν τούτου πικρότητα, ἄρξαντες
τῆς ἄνω Ἅλυος ποταμοῦ Ἀσίης ἐπ' ἔτεα τριήκοντα καὶ
5 ἑκατὸν δυῶν δέοντα, πάρεξ ἢ ὅσον οἱ Σκύθαι ἦρχον.
Ὑστέρῳ μέντοι χρόνῳ μετεμέλησέ τέ σφι ταῦτα ποιή-

gestae sint, ad alium detulerit imperium: iniquissimum vero, quod propter coenam istam Medos in servitutem coniecisset. Quod si enim opus fuisset in alium quempiam transferre imperium, seseque destituere; aequius fuisse Medorum alicui tribuere hoc bonum, quam cuipiam ex Persis. Nunc vero Medos, culpâ vacantes, servos factos esse pro dominis; Persas autem, quum Medorum pridem fuissent servi, dominos eorum evasisse.

(130.) Igitur *Astyages*, postquam tres et triginta annos regnasset, ita *regno exutus* est: Medi vero, propter huius acerbitatem, Persis succubuerunt; postquam imperium superioris trans Halyn fluvium Asiae per annos trecentos et duodetriginta tenuerant, demtis eis annis quibus penes Scythas fuerat imperium. Postero quidem tempore poenituit eos huius

σασι, καὶ ἀπέστησαν ἀπὸ Δαρείου· ἀποστάντες δὲ, ὀπίσω κατεστράφθησαν, μάχῃ νικηθέντες. τότε δὲ ἐπὶ Ἀστυάγεος οἱ Πέρσαι τε καὶ ὁ Κῦρος ἐπαναστάντες τοῖσι Μήδοισι, ἦρχον τὸ ἀπὸ τούτου τῆς Ἀσίης. Ἀστυά- 10 γεα δὲ Κῦρος, κακὸν οὐδὲν ἄλλο ποιήσας, εἶχε παρ' ἑωυτῷ ἐς ὃ ἐτελεύτησε. Οὕτω δὴ Κῦρος γενόμενός τε καὶ τραφεὶς ἐβασίλευσε· καὶ Κροῖσον ὕστερον τούτων ἄρξαντα ἀδικίης κατεστρέψατο, ὡς εἴρηταί μοι τὸ πρότερον. τοῦτον δὲ καταστρεψάμενος, οὕτω πάσης τῆς 15 Ἀσίης ἦρξε.

131 ΠΕΡΣΑΣ δὲ οἶδα νόμοισι τοῖσιδε χρεωμένους· ἀγάλματα μὲν καὶ νηοὺς καὶ βωμοὺς οὐκ ἐν νόμῳ ποιευμένους ἱδρύεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖσι ποιεῦσι μωρίην ἐπιφέρουσι· ὡς μὲν ἐμοὶ δοκέειν, ὅτι οὐκ ἀνθρωποφυέας ἐνόμισαν τοὺς θεοὺς, κατάπερ οἱ Ἕλληνες, εἶναι. οἱ δὲ 5

facti, desciveruntque a Dario: sed post defectionem denuo subacti sunt, praelio superati. Tunc vero *Persae* cum Cyro, postquam regnante Astyage adversus Medos rebellassent, *Asiae regnum* ab eo tempore *obtinuere*. Astyagem vero Cyrus, nullo alio malo adficiens, apud se tenuit donec vitam finivit. Hoc igitur modo et natus et educatus *Cyrus* regnum obtinuit, et post haec Croesum, qui ipsum adgredi coeperat, devicit, quemadmodum a me supra expositum est: quo superato, universae Asiae imperavit.

(131.) PERSAS vero hisce uti institutis compertum habeo. Simulacra et templa et altaria statuere nefas existimant; stultitiamque his, qui hoc faciunt, imputant: scilicet, ut mihi videtur, quod non ex hominibus ortos aut naturam humanae similem habere

νομίζουσι Διῒ μὲν, ἐπὶ τὰ ὑψηλότατα τῶν οὐρέων ἀναβαίνοντες, θυσίας ἔρδειν, τὸν κύκλον πάντα τοῦ οὐρανοῦ Δία καλέοντες· θύουσι δὲ ἡλίῳ τε καὶ σελήνῃ καὶ γῇ καὶ πυρὶ καὶ ὕδατι καὶ ἀνέμοισι. τούτοισι μὲν
10 δὴ μούνοισι θύουσι ἀρχῆθεν. ἐπιμεμαθήκασι δὲ καὶ τῇ Οὐρανίῃ θύειν, παρά τε Ἀσσυρίων μαθόντες καὶ Ἀραβίων. καλέουσι δὲ Ἀσσύριοι τὴν Ἀφροδίτην, Μύλιττα· Ἀράβιοι δὲ, Ἀλίττα· Πέρσαι δὲ, Μίτραν. Θυσίη δὲ 132 τοῖσι Πέρσῃσι περὶ τοὺς εἰρημένους θεοὺς ἥδε κατέστηκε. οὔτε βωμοὺς ποιεῦνται, οὔτε πῦρ ἀνακαίουσι, μέλλοντες θύειν· οὐ σπονδῇ χρέωνται, οὐκὶ αὐλῷ; οὐ
5 στέμμασι, οὐκὶ οὐλῇσι. τῶν δὲ ὡς ἑκάστῳ θύειν θέλει, ἐς χῶρον καθαρὸν ἀγαγὼν τὸ κτῆνος, καλέει τὸν θεὸν, ἐστεφανωμένος τὸν τιάραν μυρσίνῃ μάλιστα. ἑωυ-

Deos arbitrantur, sicuti Graeci. Illis igitur mos est, Iovi in summis montium iugis faecere sacra, universum coeli orbem *Iovem* nominantibus. Faciunt autem et Soli sacra, et Lunae, et Terrae, et Aquae, et Ventis. Et his quidem solis numinibus a priscis inde temporibus sacra faciunt. Addidicerunt vero etiam *Uraniae* sacrificare, ab Assyriis et Arabibus accepto ritu. Venerem autem Assyrii *Mylitta* nominant, Arabes vero *Alitta*; Persae *Mitran*. (132.) Sacrificiorum autem, quae hisce diis peraguntur a Persis, talis est ratio. Nec altaria erigunt, nec ignem accendunt sacra facturi: libatione non utuntur, non tibia, non infulis, non mola. Ut cuique deo sacra quispiam vult facere, in locum mundum adducit victimam, deumque invocat, tiaram myrto maxime cinctam gestans. Non est autem licitum, ut sibi soli

τῷ μὲν δὴ τῷ θύοντι ἰδίῃ μούνῳ οὔ οἱ ἐγγίνεται ἀρᾶσθαι ἀγαθά· ὁ δὲ πᾶσι τοῖσι Πέρσῃσι κατεύχεται εὖ γίνεσθαι, καὶ τῷ βασιλεῖ. ἐν γὰρ δὴ τοῖσι ἅπασι 10 Πέρσῃσι καὶ αὐτὸς γίνεται. ἐπεὰν δὲ διαμιστύλας κατὰ μέρεα τὸ ἱρήϊον, ἑψήσῃ τὰ κρέα, ὑποπάσας ποίην ὡς ἁπαλωτάτην, μάλιστα δὲ τὸ τρίφυλλον, ἐπὶ ταύτης ἔθηκε ὦν πάντα τὰ κρέα· διαθέντος δὲ αὐτοῦ, μάγος ἀνὴρ παρεστεὼς ἐπαείδει θεογονίην, οἵην δὴ 15 ἐκεῖνοι λέγουσι εἶναι τὴν ἐπαοιδήν· ἄνευ γὰρ δὴ μάγου οὔ σφι νόμος ἐστὶ θυσίας ποιέεσθαι. ἐπισχὼν δὲ ὀλίγον χρόνον, ἀποφέρεται ὁ θύσας τὰ κρέα, καὶ χρᾶ-133 ται ὅ τι μιν ὁ λόγος αἱρέει. Ἡμέρην δὲ ἁπασέων μάλιστα ἐκείνην τιμᾶν νομίζουσι, τῇ ἕκαστος ἐγένετο. ἐν ταύτῃ δὲ πλέω δαῖτα τῶν ἄλλων δικαιεῦσι προτίθεσθαι· ἐν τῇ οἱ εὐδαίμονες αὐτῶν βοῦν καὶ ἵππον καὶ

bona precetur sacrificans: sed *cunctis Persis atque regi ut bene sit*, precatur; quippe in cunctorum Persarum numero et ipse continetur. Postquam in frusta dissecuit victimam, carnesque elixavit, substernit herbas quam tenerrimas, maxime trifolium, hisque carnes omnes inponit. Quibus ita dispositis, vir magus adstans accinit theogoniam quampiam, qualem illi esse incantationem dicunt: nam absque mago non fas est illis sacra facere. Interiecto brevi tempore, qui sacra fecit, carnes aufert, eisque utitur prout ei ratio suadet. (133.) Dierum omnium eum maxime celebrare moris est Persis, quo quisque natus est. Eo die aequum censent, copiosius epulum quam aliâs adponere: et fortunatiores quidem eo die bovem, equum, camelum, aut asinum adponunt in-

5 κάμηλον καὶ ὄνον προτιθέαται, ὅλους ὀπτοὺς ἐν καμίνοισι· οἱ δὲ πένητες αὐτέων τὰ λεπτὰ τῶν προβάτων προτιθέαται. σίτοισι δὲ ὀλίγοισι χρέωνται, ἐπιφορήμασι δὲ πολλοῖσι, καὶ οὐκ ἁλέσι· καὶ διὰ τοῦτο φασὶ Πέρσαι „τοὺς Ἕλληνας σιτεομένους, πεινῶντας παύεσθαι,
10 „ὅτι σφι ἀπὸ δείπνου παραφορέεται οὐδὲν λόγου ἄξιον· „εἰ δέ τι παραφέροιτο, ἐσθίοντας ἂν οὐ παύεσθαι.“ οἴνῳ δὲ κάρτα προσκέαται· καί σφι οὐκ ἐμέσαι ἔξεστι, οὐκὶ οὐρῆσαι ἀντίον ἄλλου. ταῦτα μέν νυν οὕτω φυλάσσεται. μεθυσκόμενοι δὲ ἐώθασι βουλεύεσθαι τὰ σπου-
15 δαιέστατα τῶν πρηγμάτων· τὸ δ' ἂν ἄδῃ σφι βουλευομένοισι, τοῦτο τῇ ὑστεραίῃ νήφουσι προτιθεῖ ὁ στέγαρχος, ἐν τοῦ ἂν ἐόντες βουλεύωνται. καὶ ἢν μὲν ἄδῃ καὶ νήφουσι, χρέωνται αὐτέῳ· ἢν δὲ μὴ ἄδῃ, μετιεῖσι. τὰ

tegrum, in camino assatum; pauperiores vero minores adponunt pecudes. Farinaceis cibariis paucis utuntur, obsoniis vero et secundis mensis multis; eisque non simul, sed paulatim, inlatis. Quapropter Persae dicunt, *Graecos, quum cibum capiunt, desinere esurire; quoniam post coenam nihil amplius, quod alicuius momenti sit, eis adponitur: si quid enim porro adponeretur, a comedendo non esse cessaturos.* Vino largiter admodum indulgent: nec vero vomere illis licet, nec urinam mittere, alio praesente; atque hoc illi ita observant. Dum autem vino largius indulgent, interim de rebus maxime seriis deliberare consuerunt: quod vero deliberantibus placuit, id aedium herus, apud quem habita est deliberatio, postridie eius dici ieiunis proponit. Quod si ieiunis idem placet, hoc utuntur; sin minus, omittunt. Con-

δ' ἂν νήφοντες προβουλεύσωνται, μεθυσκόμενοι ἐπι-
134 διαγινώσκουσι. Ἐντυγχάνοντες δ' ἀλλήλοισι ἐν τῇσι
ὁδοῖσι, τῷδε ἄν τις διαγνοίη εἰ ὅμοιοι εἰσὶ οἱ συντυγχά-
νοντες· ἀντὶ γὰρ τοῦ προσαγορεύειν ἀλλήλους, φιλέουσι
τοῖσι στόμασι. ἢν δὲ ᾖ οὕτερος ὑποδεέστερος ὀλίγῳ, τὰς
παρειὰς φιλέονται· ἢν δὲ πολλῷ ᾖ οὕτερος ἀγεννέστε- 5
ρος, προσπίπτων προσκυνέει τὸν ἕτερον. τιμῶσι δὲ ἐκ
πάντων τοὺς ἄγχιστα ἑωυτῶν οἰκέοντας, μετά γε ἑωυ-
τούς· δεύτερα δὲ, τοὺς δευτέρους· μετὰ δὲ, κατὰ λόγον
προβαίνοντες τιμῶσι· ἥκιστα δὲ τοὺς ἑωυτῶν ἑκαστάτω
οἰκημένους ἐν τιμῇ ἄγονται· νομίζοντες ἑωυτοὺς εἶναι ἀν- 10
θρώπων μακρῷ τὰ πάντα ἀρίστους, τοὺς δὲ ἄλλους
κατὰ λόγον τὸν λεγόμενον τῆς ἀρετῆς ἀντέχεσθαι, τοὺς
δὲ ἑκαστάτω οἰκέοντας ἀπὸ ἑωυτῶν κακίστους εἶναι.

tra, quae ieiuni sobriique ante deliberaverunt, ea vino madidi recognoscunt. (134.) Si qui in via sibi mutuo obviam veniunt, hac re cognoscere aliquis potest utrum eâdem conditione sint qui sibi occurrunt: nempe hi, salutationis loco, ora in vicem osculantur. Quod si alteruter paulo est inferior, osculantur genas; sin multo inferior, prostratus adorat alterum. In honore autem habent, post sese mutuo, illos qui a se proxime habitant; post hos, qui his finitimi; et sic deinde in honore habendo pro ratione progrediuntur: minimeque omnium in honore habent hos, qui ab ipsis longissime remoti vivunt. Scilicet se ipsos hominum omnium arbitrantur esse longe praestantissimos; alios vero pro praedicta ratione virtutem colere; denique, qui ab ipsis longissime habitent, esse ignavissimos. Quoad vero penes Me-

Ἐπὶ δὲ Μήδων ἀρχόντων, καὶ ἦρχε τὰ ἔθνεα ἀλλή-
15 λων. συναπάντων μὲν Μῆδοι, καὶ τῶν ἄγχιστα οἰκέον-
των σφίσι· οὗτοι δὲ, καὶ τῶν ὁμούρων· οἱ δὲ, μάλιστα
τῶν ἐχομένων. κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ λόγον καὶ οἱ Πέρ-
σαι τιμῶσι· προέβαινε γὰρ δὴ τὸ ἔθνος ἄρχον τε καὶ
ἐπιτροπεῦον. Ξεινικὰ δὲ νόμαια Πέρσαι προσίενται 135
ἀνδρῶν μάλιστα. καὶ γὰρ δὴ τὴν Μηδικὴν ἐσθῆτα, νο-
μίσαντες τῆς ἑωυτῶν εἶναι καλλίω, φορέουσι· καὶ ἐς
τοὺς πολέμους, τοὺς Αἰγυπτίους θώρηκας. καὶ εὐπα-
5 θείας τε παντοδαπὰς πυνθανόμενοι ἐπιτηδεύουσι· καὶ
δὴ καὶ, ἀπ' Ἑλλήνων μαθόντες, παισὶ μίσγονται. γα-
μέουσι δ' ἕκαστος αὐτέων πολλὰς μὲν κουριδίας γυ-
ναῖκας, πολλῷ δ' ἔτι πλεῦνας παλλακὰς κτῶνται.
Ἀνδραγαθίη δ' αὕτη ἀποδέδεκται, μετὰ τὸ μάχεσθαι 136

dos fuerat imperium, etiam populi alter alteri imperabant: cunctis quidem Medi, et praesertim his qui proxime eis habitabant; hi vero, suis finitimis; et illi rursus his qui eos proxime attingebant. Et pari quoque ratione Persae in honore habent alios populos: nam similiter progrediendo alius populus alii praeest, et in illum imperii partem aliquam sibi commissam exercet. (135.) *Peregrina* autem *instituta* admittunt *Persae* omnium hominum maxime. Etenim Medicam vestem, suâ esse honestioram existimantes, gestant; et ad bella Aegyptiacos adoptarunt thoraces. Atque etiam voluptatum varia genera, ex aliis cognita, sectantur; et quidem pueris etiam ad venerem utuntur, a Graecis edocti. Ducunt autem eorum quisque legitimas uxores multas, multo vero etiam plures habent pellices. (136.) Strenuitas et boni viri

εἶναι ἀγαθὸν, ὃς ἂν πολλοὺς ἀποδέξῃ παῖδας· τῷ δὲ τοὺς πλείστους ἀποδεικνύντι, δῶρα ἐκπέμπει ὁ βασιλεὺς ἀνὰ πᾶν ἔτος. τὸ πολλὸν δ' ἡγέαται ἰσχυρὸν εἶναι. παιδεύουσι δὲ τοὺς παῖδας, ἀπὸ πενταέτεος ἀρξάμενοι 5 μέχρι εἰκοσαέτεος, τρία μοῦνα, ἱππεύειν, καὶ τοξεύειν, καὶ ἀληθίζεσθαι. πρὶν δὲ ἢ πενταέτης γένηται, οὐκ ἀπικνέεται ἐς ὄψιν τῷ πατρὶ, ἀλλὰ παρὰ τῇσι γυναιξὶ δίαιταν ἔχει. τοῦ δὲ εἵνεκα τοῦτο οὕτω ποιέεται, ἵνα ἢν ἀποθάνῃ τρεφόμενος, μηδεμίην ἄσην τῷ πατρὶ 10 προσβάλῃ.

137 Αἰνέω μέν νυν τόνδε τὸν νόμον· αἰνέω δὲ καὶ τόνδε, τὸ μὴ μιῆς αἰτίης εἵνεκα μήτε αὐτὸν τὸν βασιλέα μηδένα φονεύειν, μήτε τῶν ἄλλων Περσέων μηδένα τῶν ἑωυτοῦ οἰκετέων ἐπὶ μιῇ αἰτίῃ ἀνήκεστον πάθος ἔρδειν·

officium apud eos, post bellicam virtutem, aestimatur, si quis multos progenuit filios: et, qui plurimos edidit, huic quotannis dona mittuntur a rege. In multitudine enim existimant robur inesse. Puerorum institutio, a quinto anno incipiens usque in vicesimum, ad sola tria haec refertur, equitare, arcu uti, et verum loqui. Priusquam quinquennis est puer, non venit in patris conspectum, sed apud mulieres vitam agit: id ea fit caussâ, ne, si illa aetate obit, dolorem adferat patri.

(137.) Laudo equidem istud institutum: sed et hoc laudo, quod propter unam simplicem culpam nec rex ipse quemquam morte plectit, nec reliquorum Persarum quisquam unius culpae caussâ in aliquem suorum atrocius quiddam et irreparabile committit:

5 ἀλλὰ λογισάμενος ἢν εὑρίσκῃ πλέω τε καὶ μέζω τὰ ἀδικήματα ἐόντα τῶν ὑπουργημάτων, οὕτω τῷ θυμῷ χρᾶται. Ἀποκτεῖναι δὲ οὐδένα κω λέγουσι τὸν ἑωυτοῦ πατέρα, οὐδὲ μητέρα. ἀλλὰ ὁκόσα ἤδη τοιαῦτα ἐγένετο, πᾶσαν ἀνάγκην φασὶ ἀναζητεόμενα ταῦτα ἀνευ-
10 ρεθῆναι ἤτοι ὑποβολιμαῖα ἐόντα, ἢ μοιχίδια· οὐ γὰρ δὴ φασὶ οἰκὸς εἶναι τόν γε ἀληθέως τοκέα ὑπὸ τοῦ ἑωυτοῦ παιδὸς ἀποθνήσκειν· Ἅσσα δέ σφι ποιέειν 138 οὐκ ἔξεστι, ταῦτα οὐδὲ λέγειν ἔξεστι. αἴσχιστον δὲ αὐτοῖσι τὸ ψεύδεσθαι νενόμισται· δεύτερα δὲ, τὸ ὀφείλειν χρέος· πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων εἵνεκα, μάλιστα δὲ
5 ἀναγκαίην φασὶ εἶναι, τὸν ὀφείλοντα καί τι ψεῦδος λέγειν. Ὃς ἂν δὲ τῶν ἀστῶν λέπρην ἢ λεύκην ἔχῃ, ἐς πόλιν οὗτος οὐ κατέρχεται, οὐδὲ συμμίσγεται τοῖσι

sed, subductis rationibus, postquam plura et maiora esse delicta reperit quam praestita officia, sic demum irae indulget. Ut autem patrem aliquis aut matrem occiderit, id vero numquam aiunt accidisse. Sed quaecumque talia adhuc facta sint, utique necesse esse aiunt, ut caussâ curatius cognitâ reperiantur commissa ea esse aut a supposititiis aut adulterino sanguine natis; nec enim veri simile esse, ut, qui vere pater fuerit, a proprio filio occidatur. (138.) Quaecumque vero illis facere non licet, ea nec dicere licitum est. Turpissimum autem apud eos habetur, mendacium dicere; alterum post hoc, aes alienum habere; et hoc quidem quum aliis de caussis, tum quod necesse esse aiunt, ut, qui aes alienum habet, etiam subinde mendacium dicat. Si quis e civibus leprâ aut vitiligine est correptus, in urbem

ἄλλοισι Πέρσῃσι· Φασὶ δέ μιν ἐς τὸν ἥλιον ἁμαρτόντα τι, ταῦτα ἔχειν. ξεῖνον δὲ πάντα, τὸν λαμβανόμενον ὑπὸ τουτέων, πολλοὶ καὶ ἐλαύνουσι ἐκ τῆς χώρης· καὶ 10 τὰς λευκὰς περιστερὰς, τὴν αὐτὴν αἰτίην ἐπιφέροντες. Ἐς ποταμὸν δὲ οὔτε ἐνουρέουσι, οὔτε ἐμπτύουσι, οὐ χεῖρας ἐναπονίζονται, οὐδὲ ἄλλον οὐδένα περιορέωσι,

139 ἀλλὰ σέβονται ποταμοὺς μάλιστα. Καὶ τόδε ἄλλο σφι ὧδε συμπέπτωκε γίνεσθαι, τὸ Πέρσας μὲν αὐτοὺς λέληθε, ἡμέας μέν τοι οὔ. τὰ οὐνόματά σφι, ἐόντα ὁμοῖα τοῖσι σώμασι καὶ τῇ μεγαλοπρεπείῃ, τελευτῶσι πάντα ἐς τὠυτὸ γράμμα, τὸ Δωριέες μὲν Σὰν κα- 5 λέουσι, Ἴωνες δὲ Σίγμα. ἐς τοῦτο διζήμενος εὑρήσεις τελευτῶντα τῶν Περσέων τὰ οὐνόματα, οὐ τὰ μὲν, τὰ

140 δὲ οὔ, ἀλλὰ πάντα ὁμοίως. Ταῦτα μὲν ἀτρεκέως

hic non intrat, nec cum aliis Persis consuetudinem habet. Dicunt autem, eo huic id accidisse, quod in Solem quidpiam deliquerit. Peregrinum vero quemlibet, qui tali morbo laborat, terrâ eiiciunt: et nonnulli etiam columbas albas exturbant, eodem malo eas laborare existimantes. In fluvium neque immingunt, neque exspuunt, nec manus in eo ablunt, nec alium haec facere patiuntur: sed fluvios praecipue colunt. (139.) Porro hoc aliud habent Persae, quod ipsos quidem latet, at nos non praeteriit. Scilicet nomina eorum, corporibus et maiestate similia, [*alii intelligunt, vel* corporibus vel magnificentiae ipsorum respondentia] desinunt omnia in eamdem literam, quam Dores *San*, Graeci *Sigma* vocant. In hanc literam, si volueris inquirere, reperies desinere Persarum nomina, non unum et alterum, sed pariter omnia. (140.) Haec

ἔχω περὶ αὐτῶν εἰδὼς εἰπεῖν. τάδε μέντοι ὡς κρυπτόμενα λέγεται, καὶ οὐ σαφηνέως, περὶ τοῦ ἀποθανόντος· ὡς οὐ πρότερον θάπτεται ἀνδρὸς Πέρσεω ὁ νέκυς,
5 πρὶν ἂν ὑπ' ὄρνιθος ἢ κυνὸς ἑλκυσθῆναι. μάγους μὲν γὰρ ἀτρεκέως οἶδα ποιέοντας ταῦτα· ἐμφανέως γὰρ δὴ ποιεῦσι. κατακηρώσαντες δὴ ὦν τὸν νέκυν Πέρσαι, γῆ κρύπτουσι. Μάγοι δὲ κεχωρίδαται πολλὸν τῶν τε ἄλλων ἀνθρώπων, καὶ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἱρέων. οἱ μὲν γὰρ
10 ἁγνεύουσι ἔμψυχον μηδὲν κτείνειν, εἰ μὴ ὅσα θύουσι. οἱ δὲ δὴ μάγοι αὐτοχειρίῃ πάντα, πλὴν κυνὸς καὶ ἀνθρώπου, κτείνουσι· καὶ ἀγώνισμα μέγα τοῦτο ποιεῦνται, κτείνοντες ὁμοίως μύρμηκάς τε καὶ ὄφεις, καὶ τἆλλα ἑρπετὰ καὶ πετεινά. καὶ ἀμφὶ μὲν τῷ νόμῳ
15 τούτῳ ἐχέτω ὡς καὶ ἀρχὴν ἐνομίσθη. ἄνειμι δὲ ἐπὶ τὸν πρότερον λόγον.

habui, quae de Persis citra dubitationem bene gnarus dicerem. Istud vero ut occultum refertur, nec satis aperte, quod ad vitâ functos spectat; scilicet, non prius sepeliri hominis Persae cadaver, quam ab ave aut a cane sit discerptum. Et Magis quidem esse hoc institutum, certo scio: faciunt enim aperte. Caeterum cerâ oblitum cadaver terrâ condunt Persae. *Magi* vero multum, quum ab aliis hominibus, differunt, tum a sacertotibus Aegyptiorum. Hi enim nefas existimant, quidquam vivum necare, praeter ea quae diis immolant: Magi vero omnia manu sua occidunt, excepto cane atque homine; et in hoc studium etiam magnum ponunt, necantes perinde et formicas et angues, et alia reptilia atque volucria. Sed utcumque se habeat instisuti istius genuina ratio, haec hactenus: redeo ad superiorem narrationem.

141 Ἴωνες δὲ καὶ Αἰολέες, ὡς οἱ Λυδοὶ τάχιστα κατεστρέψατο ὑπὸ Περσέων, ἔπεμπον ἀγγέλους ἐς Σάρδις παρὰ Κῦρον, ἐθέλοντες ἐπὶ τοῖσι αὐτοῖσι εἶναι τοῖσι καὶ Κροίσῳ ἦσαν κατήκοοι. ὁ δὲ, ἀκούσας αὐτέων τὰ προΐσχοντο, ἔλεξέ σφι λόγον· „Ἄνδρα, φὰς, 5 „αὐλητὴν, ἰδόντα ἰχθῦς ἐν τῇ θαλάσσῃ, αὐλέειν, δο- „κέοντά σφεας ἐξελεύσεσθαι ἐς γῆν. ὡς δὲ ψευσθῆναι „τῆς ἐλπίδος, λαβεῖν ἀμφίβληστρον, καὶ περιβαλεῖν „τε πλῆθος πολλὸν τῶν ἰχθύων καὶ ἐξειρύσαι. ἰδόντα „δὲ παλλομένους, εἰπεῖν ἄρα αὐτὸν πρὸς τοὺς ἰχθῦς· 10 „Παύεσθέ μοι ὀρχεόμενοι, ἐπεὶ οὐδ᾽ ἐμέο αὐλέοντος ἠθέ- „λετε ἐκβαίνειν ὀρχεόμενοι." Κῦρος μὲν τοῦτον τὸν λόγον τοῖσι Ἴωσι καὶ τοῖσι Αἰολεῦσι τῶνδε εἵνεκα ἔλεξε, ὅτι δὴ οἱ Ἴωνες πρότερον, αὐτοῦ Κύρου δεηθέντος δι᾽ ἀγγέλων ἀπίστασθαί σφεας ἀπὸ Κροίσου, οὐκ ἐπείθοντο· 15

(141.) Simul atque Lydi subacti a Persis fuere, *Iones Aeolesque* legatos Sardes miserunt ad *Cyrum*, volentes eisdem conditionibus imperio eius esse subiecti, quibus Croeso paruerant. At ille, auditis eorum postulatis, fabulam eis narravit huiusmodi. *Fuit olim tibicen*, inquit, *qui, piscibus conspectis in mari, tibiâ cecinit, ratus illos in terram esse egressuros. Is ubi spe frustratum se vidit, capit rete, et ingentem piscium numerum reti inclusum extraxit. Quos ubi vidit palpitantes, dixit eis: desinite nunc saltare, quum, me tibiâ canente, egredi saltareque nolueritis.* Hanc fabulam Ionibus Aeolibusque hac caussâ Cyrus proposuit, quoniam ante id tempus Iones, per legatos invitati a Cyro ut a Croeso desciscerent, non paruerant; et tunc de-

τότε δὲ, κατεργασμένων τῶν πρηγμάτων, ἦσαν ἑτοῖμοι πείθεσθαι Κύρῳ. ὁ μὲν δὴ, ὀργῇ ἐχόμενος, ἔλεγέ σφι τάδε. Ἴωνες δὲ ὡς ἤκουσαν τούτων ἀνενειχθέντων ἐς τὰς πόλιας, τείχεά τε περιεβάλλοντο ἕκαστοι, καὶ συν-
20 ελέγοντο ἐς Πανιώνιον οἱ ἄλλοι πλὴν Μιλησίων· πρὸς μούνους γὰρ τούτους ὅρκιον Κῦρος ἐποιήσατο, ἐπ' οἷσί περ ὁ Λυδός. τοῖσι δὲ λοιποῖσι Ἴωσι ἔδοξε κοινῷ λόγῳ πέμπειν ἀγγέλους ἐς Σπάρτην, δεησομένους Ἴωσι τιμωρέειν. Οἱ δὲ Ἴωνες οὗτοι, τῶν καὶ τὸ Πανιώνιόν 142 ἐστι, τοῦ μὲν οὐρανοῦ καὶ τῶν ὡρέων ἐν τῷ καλλίστῳ ἐτύγχανον ἱδρυσάμενοι πόλιας πάντων ἀνθρώπων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν. οὔτε γὰρ τὰ ἄνω αὐτῆς χωρία τὠυτὸ ποιέει
5 τῇ Ἰωνίῃ, οὔτε τὰ κάτω, οὔτε τὰ πρὸς τὴν ἠῶ, οὔτε τὰ πρὸς τὴν ἑσπέρην· τὰ μὲν, ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ τε καὶ

mum, confectis rebus, ad parendum Cyro erant parati. Ille igitur, irâ commotus, ista eis respondit. Quo responso ad Ionum civitates relato, muris singuli oppida sua cingebant, et ad Panionium congregabantur reliqui omnes praeter Milesios; cum his enim solis Cyrus foedus fecerat eisdem conditionibus quibus olim Lydus. Reliquis vero Ionibus placuit, communi consilio Spartam legatos mittere, qui rogarent Spartanos ut Ionibus auxilio venirent.

(142.) Iones hi autem, quorum est etiam *Panionium* illud, prae omnibus quos novimus hominibus oppida condita tenebant in terrae tractu temperie coeli aërisque longe praestantissimo. Etenim neque locorum superius sitorum eadem ratio est atque Ioniae, neque inferius sitorum; nec eorum quae orientem spectant, nec quae occidentem: quorum alia frigore

ὑγροῦ πιεζόμενα· τὰ δὲ, ὑπὸ τοῦ θερμοῦ τε καὶ αὐχμώδεος. Γλῶσσαν δὲ οὐ τὴν αὐτὴν οὗτοι νενομίκασι, ἀλλὰ τρόπους τέσσερας παραγωγέων. Μίλητος μὲν αὐτέων πρώτη κέεται πόλις πρὸς μεσαμβρίην· μετὰ δὲ, 10 Μυούς τε καὶ Πριήνη· αὗται μὲν ἐν τῇ Καρίῃ κατοίκηνται, κατὰ ταὐτὰ διαλεγόμεναί σφι. αἵδε δὲ ἐν τῇ Λυδίῃ· Ἔφεσος, Κολοφὼν, Λέβεδος, Τέως, Κλαζομεναὶ, Φώκαια. αὗται δὲ αἱ πόλιες τῇσι πρότερον λεχθείσῃσι ὁμολογέουσι κατὰ γλῶσσαν οὐδὲν, σφὶ δὲ 15 ὁμοφωνέουσι. ἔτι δὲ τρεῖς ὑπόλοιποι Ἰάδες πόλιες, τῶν αἱ δύο μὲν νήσους οἰκέαται, Σάμον τε καὶ Χίον· ἡ δὲ μία ἐν τῇ ἠπείρῳ ἵδρυται, Ἐρυθραί. Χῖοι μέν νυν καὶ Ἐρυθραῖοι κατὰ τὠυτὸ διαλέγονται, Σάμιοι δὲ ἐπ᾽ ἑωυτῶν μοῦνοι. οὗτοι χαρακτῆρες γλώσσης τέσσερες 20 γίνονται.

aut humiditate premuntur, alia aestu et siccitate. *Linguâ* autem non utuntur eâdem, sed quatuor modis deflexionum. Prima civitatum Miletus versus meridiem sita est; dein Myus et Priene: et hae quidem in Caria sitae sunt, et dialecto utuntur eâdem. Istae vero in Lydia: Ephesus, Colophon, Lebedus, Teus, Clazomenae, Phocaea. Atque hae civitates, ad sermonis characterem quod adtinet, cum illis, quas ante nominavi, nihil commune habent, sed inter se conveniunt. Supersunt tres Ionicae civitates, quarum duae insulas incolunt, Samum atque Chium: tertia in continente sita est, Erythrae. Ex his Chii et Erythraei eâdem utuntur dialecto; Samii vero suâ, ab aliis diversâ. Hi sunt quatuor sermonis characteres.

Τούτων δὴ ὦν τῶν Ἰώνων οἱ Μιλήσιοι μὲν ἦσαν ἐν 143
σκέπῃ τοῦ φόβου, ὅρκιον ποιησάμενοι. τοῖσι δὲ αὐτέων
νησιώτῃσι ἦν δεινὸν οὐδέν· οὔτε γὰρ Φοίνικες ἦσάν κω
Περσέων κατήκοοι, οὔτε αὐτοὶ οἱ Πέρσαι ναυβάται.
5 Ἀπεσχίσθησαν δὲ ἀπὸ τῶν ἄλλων Ἰώνων οὗτοι κατ'
ἄλλο μὲν οὐδέν, ἀσθενέος δὲ ἐόντος τοῦ παντὸς τότε Ἑλ-
ληνικοῦ γένεος, πολλῷ δὲ ἦν ἀσθενέστατον τῶν ἐθνέων
τὸ Ἰωνικὸν, καὶ λόγου ἐλαχίστου· ὅτι γὰρ μὴ Ἀθῆναι,
ἦν οὐδὲν ἄλλο πόλισμα λόγιμον. οἱ μέν νυν ἄλλοι Ἴω-
10 νες καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἔφυγον τὸ οὔνομα, οὐ βουλόμενοι
Ἴωνες κεκλῆσθαι· ἀλλὰ καὶ νῦν φαίνονταί μοι οἱ πολ-
λοὶ αὐτέων ἐπαισχύνεσθαι τῷ οὐνόματι. αἱ δὲ δυώδεκα
πόλιες αὗται τῷ τε οὐνόματι ἠγάλλοντο, καὶ ἱρὸν ἱδρύ-
σαντο ἐπὶ σφέων αὐτέων, τῷ οὔνομα ἔθεντο Πανιώνιον·

(143.) Horum igitur Ionum *Milesii* tuti a metu erant, utpote foedus cum Cyro pacti. Qui autem ex eisdem insulas incolebant, ne illi quidem quidquam metuebant: necdum enim eo tempore Phoenices Persarum imperio erant subiecti, nec Persae ipsi mare exercebant. Separaverant se autem hi Iones ab aliis Ionibus, [*societatemque inter se contraxerant*] non aliam ob caussam, nisi quod, quum universa tunc stirps Hellenica infirma esset, populorum omnium infirmissimus et minimi momenti fuerit Ionicus: nam, praeter Athenas, nulla alia erat eorum civitas notabilis. Quare et alii Iones et ipsi Athenienses nomen etiam fugiebant, nec *Iones* volebant adpellari: immo etiam nunc plerosque eorum pudet huius nominis. Sed duodecim illae civitates gaudebant hoc nomine, et separatim ab aliis templum sibi

ποταμὸς μέγας ἐστί· καὶ Δύμη, καὶ Τριταιέες, οἳ μοῦνοι τουτέων μεσόγαιοι οἰκέουσι. (146.) Ταῦτα δυώδεκα μέρεα νῦν Ἀχαιῶν ἐστὶ, καὶ τότε γε Ἰώνων ἦν. τουτέων δὴ εἵνεκα καὶ οἱ Ἴωνες δυώδεκα πόλιας ἐποιήσαντο· ἐπεὶ, ὥς γε ἔτι μᾶλλον οὗτοι Ἴωνές εἰσι τῶν ἄλλων Ἰώνων, ἤ κάλλιόν τι γεγόνασι, μωρίη πολλὴ 5 λέγειν· τῶν Ἄβαντες μὲν ἐξ Εὐβοίης εἰσὶ οὐκ ἐλαχίστη μοῖρα, τοῖσι Ἰωνίης μέτα οὐδὲ τοῦ οὐνόματος οὐδέν· Μινύαι δὲ Ὀρχομένιοι ἀναμεμίχαται, καὶ Καδμεῖοι, καὶ Δρύοπες, καὶ Φωκέες ἀποδάσμιοι, καὶ Μολοσσοὶ, καὶ Ἀρκάδες Πελασγοὶ, καὶ Δωριέες Ἐπιδαύριοι, 10 ἄλλα τε ἔθνεα πολλὰ ἀναμεμίχαται. οἱ δὲ αὐτέων, ἀπὸ τοῦ πρυτανηίου τοῦ Ἀθηναίων ὁρμηθέντες, καὶ νομίζοντες γενναιότατοι εἶναι Ἰώνων, οὗτοι δὲ οὐ γυναῖκας

istis omnibus mediterranea habitant. (146.) Hae sunt nunc duodecim Achaeorum regiones, quae olim ibi Ionum fuerant: quâ nimirum de caussâ etiam in Asiae duodecim civitates confecerunt: Nam, esse hos magis *Ionas* quam reliqui Iones, aut nobiliori quadam stirpe oriundos, id vero dicere magna foret stultitia. Sunt enim horum quidem haud minima pars Abantes ex Euboea, quibus nihil cum Ionia aut cum nomine isto commune est: admixti porro eis sunt Minyae Orchomenii, et Cadmei, et Dryopes, et Phocenses, qui a popularibus suis se seiunxerunt, et Molossi, et Arcades Pelasgi, et Dorienses Epidaurii; denique multae aliae gentes illis inmixtae sunt. Qui vero eorum ex Athenarum prytaneo sunt profecti, nobilissimique censentur esse Ionum, hi vero uxores secum in coloniam non adduxerant, sed Ca-

ἠγάγοντο ἐς τὴν ἀποικίην, ἀλλὰ Καείρας ἔσχον, τῶν
15 ἐφόνευσαν τοὺς γονέας. διὰ τοῦτον δὲ τὸν φόνον αἱ γυ-
ναῖκες αὗται, νόμον θέμεναι, σφίσι αὐτῇσι ὅρκους
ἐπήλασαν, καὶ παρέδοσαν τῇσι θυγατράσι, μή κοτε
ὁμοσιτῆσαι τοῖσι ἀνδράσι, μηδὲ οὐνόματι βῶσαι τὸν
ἑωυτῆς ἄνδρα· τοῦδε εἵνεκα, ὅτι ἐφόνευσαν σφέων τοὺς
20 πατέρας καὶ ἄνδρας καὶ παῖδας, καὶ ἔπειτεν, ταῦτα
ποιήσαντες, αὐτῇσι συνοίκεον. ταῦτα δὲ ἦν γινόμενα
ἐν Μιλήτῳ. Βασιλέας δὲ ἐστήσαντο, οἱ μὲν αὐτῶν, 147
Λυκίους, ἀπὸ Γλαύκου τοῦ Ἱππολόχου γεγονότας· οἱ
δὲ, Καύκωνας Πυλίους, ἀπὸ Κόδρου τοῦ Μελάνθου·
οἱ δὲ, καὶ συναμφοτέρους. ἀλλὰ γὰρ περιέχονται τοῦ
5 οὐνόματος μᾶλλόν τι τῶν ἄλλων Ἰώνων. ἔστωσαν δὲ
καὶ οἱ καθαρῶς γεγονότες Ἴωνες· εἰσὶ δὲ πάντες Ἴωνες,
ὅσοι ἀπ' Ἀθηνῶν γεγόνασι, καὶ Ἀπατούρια ἄγουσι

ricas habebant uxores, quarum parentes occiderant. Quam ob caedem mulieres hae legem sibi, iuramento firmatam, imposuerunt, filiabusque suis tradiderunt, ne umquam cum maritis caperent cibum, nec maritum suum ulla nomine compellaret; hanc ob caussam, quod ipsarum parentes maritosque et liberos illi occidissent, et dein patrato hoc facinore ipsas duxissent uxores. Haec Mileti facta erant. (147.) Reges autem sibi constituerant, alii Lycios, a Glauco Hippolochi filio oriundos; alii Caucones Pylios, a Codro Melanthi filio: alii ex utroque genere. Enimvero nomen hi tuentur aliquanto acrius quam reliqui Iones. Sint vero etiam ipsi maxime genuini Iones: sunt tamen *Iones* omnes, quicumque ex Attica oriundi sunt, et Apaturia celebrant: celebrant

ὁρτήν. ἄγουσι δὲ πάντες, πλὴν Ἐφεσίων καὶ Κολοφωνίων· οὗτοι γὰρ μοῦνοι Ἰώνων οὐκ ἄγουσι Ἀπατούρια· καὶ οὗτοι κατὰ φόνου τινὰ σκῆψιν. 148 Τὸ δὲ Πανιώνιον ἐστὶ τῆς Μυκάλης χῶρος ἱρὸς, πρὸς ἄρκτον τετραμμένος, κοινῇ ἐξαραιρημένος ὑπὸ Ἰώνων Ποσειδέωνι Ἑλικωνίῳ· ἡ δὲ Μυκάλη ἐστὶ τῆς ἠπείρου ἄκρη, πρὸς ζέφυρον ἄνεμον κατήκουσα Σάμῳ. ἐς τὴν συλλεγόμενοι ἀπὸ τῶν πολίων Ἴωνες, ἄγεσκον ὁρτὴν, τῇ 5 ἔθεντο οὔνομα Πανιώνια. πεπόνθασι δὲ οὔτι μοῦναι αἱ Ἰώνων ὁρταὶ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ Ἑλλήνων πάντων ὁμοίως πᾶσαι ἐς τὠυτὸ γράμμα τελευτῶσι, κατάπερ τῶν Περσέων τὰ οὐνόματα. αὗται μὲν αἱ Ἰάδες πόλιές 10 149 εἰσι. Αἵδε δὲ αἱ Αἰολίδες, Κύμη, ἡ Φρικωνὶς καλεομένη, Λήρισσαι, Νέον τεῖχος, Τῆμνος, Κίλλα, Νότιον, Αἰγιρόεσσα, Πιτάνη, Αἰγαῖαι, Μύρινα, Γρύ-

autem hoc festum omnes, exceptis Ephesiis et Colophoniis; hi enim soli ex Ionibus Apaturia non celebrant, idque ob caedis alicuius culpam. (148.) Est autem *Panionium* sacer locus Mycalae, septentrionem spectans, communi Ionum consilio Neptuno Heliconio dedicatus. Mycale autem promontorium est continentis, ab occidente Samum versus porrectum. Huc convenientes e civitatibus omnibus Iones festum celebrabant, quod *Panionia* nominabant. Habent hoc autem non solum Ionum festa, sed etiam Graecorum omnium; ut eorum nomina in eamdem desinant literam, quemadmodum etiam Persarum nomina. Hae igitur, quas dixi, Ionum sunt civitates. (149.) *Aeolides* vero civitates hac sunt: Cymae, Phriconis cognominata, Larissae, Neotichos, Temnus, Cilla, No-

νεια· αὗται ἕνδεκα Αἰολέων πόλιες αἱ ἀρχαῖαι. μία
5 γάρ σφεων παρελύθη ὑπὸ Ἰώνων, Σμύρνη. ἦσαν γὰρ
καὶ αὗται δυώδεκα αἱ ἐν τῇ ἠπείρῳ. οὗτοι δὲ οἱ Αἰο-
λέες χώρην μὲν ἔτυχον κτίσαντες ἀμείνω Ἰώνων, ὡρέων
δὲ ἥκουσαν οὐκ ὁμοίως. Σμύρνην δὲ ὧδε ἀπέβαλον 150
Αἰολέες. Κολοφωνίους ἄνδρας στάσι ἑσσωθέντας, καὶ
ἐκπεσόντας ἐκ τῆς πατρίδος, ὑπεδέξαντο. μετὰ δὲ, οἱ
φυγάδες τῶν Κολοφωνίων φυλάξαντες τοὺς Σμυρναίους
5 ὁρτὴν ἔξω τείχεος ποιευμένους Διονύσῳ, τὰς πύλας
ἀποκληΐσαντες, ἔσχον τὴν πόλιν. βοηθησάντων δὲ πάν-
των Αἰολέων, ὁμολογίῃ ἐχρήσαντο, τὰ ἔπιπλα ἀπο-
δόντων τῶν Ἰώνων, ἐκλιπεῖν Σμύρνην Αἰολέας. ποιη-
σάντων δὲ ταῦτα Σμυρναίων, ἐπιδιείλοντό σφεας αἱ

tium, Aegiroessa, Pitane, Aegaeae, Myrina, Grynea: hac sunt undecim Aeolensium civitates antiquae: una enim eis ademta est a Ionibus, Smyrna. Fuerant enim et hae civitates duodecim, in continente omnes sitae. Colebant autem hi Aeolenses regionem, cui solum praestantius quam Ionum; caeterum coeli temperie Ionum regioni erat inferior. (150.) *Smyrnam* vero tali modo amiserant Aeolenses. Cives Colophonios, qui in popularium seditione inferiores discesserant, patriâque fuerant pulsi, intra urbem suam receperunt. Post haec iidem exsules Colophonii, observato die quo Smyrnenses Neptuno extra muros sacra faciebant, occlusis portis urbem tenuere. Dein succurrentibus Aeolensibus cunctis, fit pactum hac conditione, ut Iones omnia quae moveri possent Aeolensibus redderent, Aeolenses Smyrnam relinquerent. Quo facto, reliquae undecim civitates Smyrnaeos inter

ἕνδεκα πόλιες, καὶ ἐποιήσαντο σφέων αὐτέων πολιή- 10
151 τας. Αὗται μέν νυν αἱ ἠπειρώτιδες Αἰολίδες πόλιες,
ἔξω τῶν ἐν τῇ Ἴδῃ οἰκημένων· κεχωρίδαται γὰρ αὗται.
αἱ δὲ τὰς νήσους ἔχουσαι, πέντε μὲν πόλιες τὴν Λέσ-
βον νέμονται· τὴν γὰρ ἕκτην ἐν τῇ Λέσβῳ οἰκεομένην
Ἀρίσβαν ἠνδραπόδισαν Μεθυμναῖοι, ἐόντας ὁμαίμους. 5
ἐν Τενέδῳ δὲ μία οἰκέεται πόλις, καὶ ἐν τῇσι Ἑκατὸν
Νήσοισι καλεομένῃσι ἄλλη μία. Λεσβίοισι μέν νυν καὶ
Τενεδίοισι, κατάπερ Ἰώνων τοῖσι τὰς νήσους ἔχουσι,
ἦν δεινὸν οὐδέν· τῇσι δὲ λοιπῇσι πόλισι ἕαδε κοινῇ Ἴωσι
ἕπεσθαι, τῇ ἂν οὗτοι ἐξηγέωνται. 10

152 Ὡς δὲ ἀπικέατο ἐς τὴν Σπάρτην τῶν Ἰώνων καὶ
Αἰολέων οἱ ἄγγελοι, (κατὰ γὰρ δὴ τάχος ἦν ταῦτα
πρησσόμενα,) εἵλοντο πρὸ πάντων λέγειν τὸν Φωκαέα,

se dispertitae, in civium numerum receperunt. (151.) Hae sunt igitur *Aeolensium* civitates in continente sitae, praeter eas quae Idam incolunt; hae enim ab illis seiunctae sunt. Qui vero insulas obtinent, eorum quinque civitates Lesbum incolunt: nam sextam, quam in Lesbo condiderant, Arisbam, Methymnaei in servitutem redegerunt, quum essent consanguinei. In Tenedo vero una habitatur civitas; et in Centum-insulis quae vocantur, itidem una. Lesbii igitur et Tenedii, quemadmodum Iones insulas incolentes, nihil metuebant: reliquis vero civitatibus communi consilio placuit Ionas sequi, quocumque hi ducerent.

(152.) *Spartam* ut venerunt *Ionum Aeolumque* legati, (celeriter enim haec conficiebantur) oratorem qui nomine omnium verba faceret delegerunt

τῷ οὔνομα ἦν Πύθερμος. ὁ δὲ, πορφύρεόν τε εἷμα περι-
5 βαλόμενος, ὡς ἂν πυνθανόμενοι πλεῖστοι συνέλθοιεν
Σπαρτιητέων, καὶ καταστὰς, ἔλεγε πολλὰ, τιμωρέειν
ἑωυτοῖσι χρήζων. Λακεδαιμόνιοι δὲ οὔ κως ἤκουον, ἀλλ'
ἀπέδοξέ σφι μὴ τιμωρέειν Ἴωσι. οἱ μὲν δὴ ἀπαλλάσ-
σοντο· Λακεδαιμόνιοι δὲ ἀπωσάμενοι τῶν Ἰώνων τοὺς
10 ἀγγέλους, ὅμως ἀπέστειλαν πεντηκοντέρῳ ἄνδρας, ὡς
μὲν ἐμοὶ δοκέει, κατασκόπους τῶν τε Κύρου πρηγμά-
των καὶ Ἰωνίης. ἀπικόμενοι δὲ οὗτοι ἐς Φώκαιαν, ἔπεμ-
πον ἐς Σάρδις σφέων αὐτέων τὸν δοκιμώτατον, τῷ
οὔνομα ἦν Λακρίνης, ἀπερέοντα Κύρῳ Λακεδαιμονίων
15 ῥῆσιν „γῆς τῆς Ἑλλάδος μηδεμίην πόλιν σιναμωρέειν,
„ὡς αὐτῶν οὐ περιοψομένων." Ταῦτα εἰπόντος τοῦ 153
κήρυκος, λέγεται Κῦρον ἐπείρεσθαι τοὺς παρεόντας οἱ
Ἑλλήνων „τίνες ἐόντες ἄνθρωποι Λακεδαιμόνιοι, καὶ κό-

civem Phocaeensem, cui nomen erat Pythermus. Et ille purpureo amictus pallio, quo major Spartanorum numerus, adventu eorum cognito, conveniret, in medium progressus, multa fecit verba, orans ut ipsis succurrerent. At *Lacedaemonii* neutiquam audiebant, nec placebat eis opem ferre Ionibus. Itaque illi discesserunt: Lacedaemonii vero, reiectis Ionum legatis, tamen quinquaginta remorum navi viros emiserunt, res Cyri Ioniaeque (ut mihi videtur) exploraturos. Qui quum Phocaeam adpulissent, Sardes miserunt e suis virum probatissimum, Lacrinen nomine, qui Lacedaemoniorum verbis ediceret Cyro, *ne ulli civitati terrae Graeciae damnum inferret; se enim eam rem non neglecturos.* (153.) Hae quum dixisset legatus, fertur *Cyrus* ex praesentibus Graecis

„σοι πλῆθος, ταῦτα ἑωυτῷ προαγορεύουσι.“ πυνθανόμενον δέ μιν, εἰπεῖν πρὸς τὸν κήρυκα τὸν Σπαρτιήτην· 5
„Οὐκ ἔδεισά κω ἄνδρας τοιούτους, τοῖσι ἐστὶ χῶρος
„ἐν μέσῃ τῇ πόλει ἀποδεδεγμένος, ἐς τὸν συλλεγό-
„μενοι, ἀλλήλους ὀμοῦντες ἐξαπατῶσι. τοῖσι, ἢν ἐγὼ
„ὑγιαίνω, οὐ τὰ Ἰώνων πάθεα ἔσται ἔλλεσχα, ἀλ-
„λὰ τὰ οἰκήϊα.“ Ταῦτα ἐς τοὺς πάντας Ἕλληνας 10
ἀπέῤῥιψε ὁ Κῦρος τὰ ἔπεα, ὅτι ἀγορὰς κτησάμενοι,
ὠνῇ τε καὶ πρήσει χρέωνται. αὐτοὶ γὰρ οἱ Πέρσαι
ἀγορῇσι οὐδὲν ἐώθασι χρῆσθαι, οὐδέ σφί ἐστι τὸ παράπαν ἀγορή. Μετὰ ταῦτα ἐπιτρέψας τὰς μὲν Σάρδις Ταβάλῳ ἀνδρὶ Πέρσῃ, τὸν δὲ χρυσὸν, τόν τε Κροί- 15
σου καὶ τὸν τῶν ἄλλων Λυδῶν, Πακτύῃ ἀνδρὶ Λυδῷ
κομίζειν, ἀπήλαυνε αὐτὸς ἐς Ἀγβάτανα, Κροῖσόν τε

quaesisse, *quinam homines essent Lacedaemonii, quantaque illorum multitudo, qui haec ei edicerent.* Quae postquam ex his cognovit, legato Spartiatae respondit: *Numquam timui tales viros, qui in medio oppido locum habent designatum, in quo congregati, interposito iuramento, sese invicem decipiunt: quibus, si ego valebo, accidet, ut non de his quae Ionibus, sed quae sibi impendent, sint confabulaturi.* Haec *Cyrus* in universos coniecit Graecos, eo quod fora publica habent, in quibus emtioni et venditioni dant operam: Persae autem foris non utuntur, nec est omnino apud illos forum rerum venalium. Post haec vero, Sardium custodiâ Tabalo traditâ, homini Persae, et auri transferendi curâ, quod Croesi aliorumque Lydorum fuerat, Pactyae commissâ, Lydo homini, ipse Agbatana pro-

ἅμα ἀγόμενος, καὶ τοὺς Ἴωνας ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποιησάμενος τὴν πρώτην εἶναι. ἥ τε γὰρ Βαβυλὼν οἱ ἦν ἐμ-
20 πόδιος, καὶ τὸ Βάκτριον ἔθνος, καὶ Σάκαι τε καὶ Αἰγύπτιοι, ἐπ' οὓς ἐπεῖχέ τε στρατηλατέειν αὐτὸς, ἐπὶ δὲ Ἴωνας ἄλλον πέμπειν στρατηγόν. Ὡς δὲ ἀπήλασε 154 ὁ Κῦρος ἐκ τῶν Σαρδίων, τοὺς Λυδοὺς ἀπέστησε ὁ Πακτύης ἀπό τε Ταβάλου καὶ Κύρου· καταβὰς δὲ ἐπὶ θάλασσαν, ἅτε τὸν χρυσὸν ἔχων πάντα τὸν ἐκ τῶν Σαρδίων, ἐπικούρους τε ἐμισθοῦτο, καὶ τοὺς ἐπὶ
5 θαλασσίους ἀνθρώπους ἔπειθε σὺν ἑωυτῷ στρατεύεσθαι. ἐλάσας δὲ ἐπὶ τὰς Σάρδις, ἐπολιόρκεε Τάβαλον, ἀπεργμένον ἐν τῇ ἀκροπόλει.

Πυθόμενος δὲ κατ' ὁδὸν ταῦτα ὁ Κῦρος, εἶπε πρὸς 155 Κροῖσον τάδε. „Κροῖσε, τί ἔσται τὸ τέλος τῶν γινο-„μένων τούτων ἐμοί; οὐ παύσονται Λυδοὶ, ὡς οἴκασι,

proficiscitur, Croesum secum ducens, nil adtinere in praesentiâ ratus ut continuo adversus Ionas iret. Obstabat enim Babylon, et Bactriana gens, et Sacae atque Aegyptii, in quos ipse expeditionem cogitabat suscipere, adversus Ionas vero alium mittere ducem. (154.) Ut vero Sardibus discesserat Cyrus, Lydos *Pactyas* ad desciscendum a Tabalo et Cyro permovit: et ad mare profectus, quum aurum omne ex Sardibus in potestate haberet, auxilia mercede conduxit, maritimisque hominibus ut secum militarent persuasit. Tum exercitu adversus *Sardes* ducto, Tabalum oppugnavit, in arce conclusum.

(155.) Eâ re in itinere cognitâ, *Cyrus* his verbis Croesum compellavit. *Croese, quis mihi erit harum rerum finis? Non desinent Lydi, uti videtur,*

„πρήγματα παρέχοντες, καὶ αὐτοὶ ἔχοντες. Φροντίζω,
„μὴ ἄριστον ᾖ ἐξανδραποδίσασθαί σφεας. ὁμοίως γάρ
„μοι νῦν γε φαίνομαι πεποιηκέναι, ὡς εἴ τις πατέρα
„ἀποκτείνας, τῶν παίδων αὐτοῦ φείσαιτο· ὡς δὲ καὶ
„ἐγὼ Λυδῶν τὸν μὲν πλέον τι ἢ πατέρα ἐόντα σὲ
„λαβὼν ἄγω, αὐτοῖσι δὲ Λυδοῖσι τὴν πόλιν παρέδω-
„κα· καὶ ἔπειτα θωυμάζω εἴ μοι ἀπεστᾶσι;“ Ὁ
μὲν δὴ τά περ νόεε, ἔλεγε· ὁ δ' ἀμείβετο τοῖσδε, δείσας
μὴ ἀναστάτους ποιήσῃ τὰς Σάρδις· „Ὦ βασιλεῦ,
„τὰ μὲν οἰκότα εἴρηκας· σὺ μέντοι μὴ πάντα θυμῷ
„χρέω, μηδὲ πόλιν ἀρχαίην ἐξαναστήσῃς, ἀναμάρτη-
„τον ἐοῦσαν καὶ τῶν πρότερον, καὶ τῶν νῦν ἑστεώτων.
„τὰ μὲν γὰρ πρότερον ἐγώ τε ἔπρηξα, καὶ ἐγὼ ἐμῇ
„κεφαλῇ ἀναμάξας φέρω. τὰ δὲ νῦν παρεόντα Πακ-

et molestiam creare mihi, et ipsi sibi exhibere? Subit animum cogitatio, optimum fore, ut prorsus in servitutem eos redigam. Similiter enim nunc mihi videor fecisse, atque si quis, quorum patrem occidisset, filiis pepercerit. Sic nempe et ego, quum te in potestate habens mecum ducam, qui amplius etiam aliquid quam pater illis fuisti, ipsis Lydis urbem tradidi: ac dein miror, a me eos descivisse! Sic ille quae sentiebat dixit. Cui *Croesus*, veritus ne funditus everteret Sardes, his verbis respondit. *Aequa sunt*, inquit, *Rex, quae dixisti. At tu tamen ne prorsus indulgeas irae, nec penitus evertas antiquam urbem, quae et ante actorum insons est, et eorum quae nunc aguntur. Nam, quae ante acta sunt, ea ego feci, et meo capite culpam luo. Quae vero nunc aguntur, eorum reus Pactias est, cuius*

„τύης γάρ ἐστι ὁ ἀδικέων, τῷ σὺ ἐπέτρεψας Σάρδις,
„οὗτος δότω τοι δίκην. Λυδοῖσι δὲ συγγνώμην ἔχων,
20 „τάδε αὐτοῖσι ἐπίταξον, ὡς μήτε ἀποστέωσι, μήτε
„δεινοί τοι ἔωσι. ἄπειπε μέν σφι πέμψας, ὅπλα
„ἀρήϊα μὴ ἐκτῆσθαι· κέλευε δέ σφεας κιθῶνάς τε
„ὑποδύνειν τοῖσι εἵμασι, καὶ κοθόρνους ὑποδέεσθαι·
„πρόειπε δ' αὐτοῖσι κιθαρίζειν τε καὶ ψάλλειν καὶ κα-
25 „πηλεύειν παιδεύειν τοὺς παῖδας. καὶ ταχέως σφέας,
„ὦ βασιλεῦ, γυναῖκας ἀντ' ἀνδρῶν ὄψεαι γεγονότας,
„ὥστε οὐδὲν δεινοί τοι ἔσονται μὴ ἀποστέωσι.“ Κροῖ- 156
σος μὲν δὴ ταῦτά οἱ ὑπετίθετο, αἱρετώτερα ταῦτα εὑ-
ρίσκων Λυδοῖσι, ἢ ἀνδραποδισθέντας πρηθῆναι σφέας·
ἐπιστάμενος ὅτι ἢν μὴ ἀξιόχρεων πρόφασιν προτείνῃ,
5 οὐκ ἀναπείσει μιν μεταβουλεύσασθαι· ἀρρωδέων δὲ μὴ

tu fidei Sardes commisisti; hic tibi [illegible] poenas. Lydis vero dans veniam, haec illis impone, ne post- hac a te deficiant, aut ullo modo metuendi sint. Missis nunciis interdicito illis, ne arma possi- deant bellica; et tunicas iube eos sub palliis gesta- re, cothurnosque pro calceis induere: denique edic ut pueros suos instituant citharam pulsare, et canere, et mercaturam exercere: et mox videbis eos, ô Rex, foeminas ex viris factos, ut porro non sit quod verearis ne a te deficiant. (156.) Haec Cyro Croesus suasit, optabiliora Lydis ratus, quam in servitutem redigi et pro mancipiis vendi: pulcre quippe intelligebat, nisi probabilem adferret rationem non persuasurum se esse Cyro, ut mutaret consilium; simul vero timebat, ne in posterum ali- quando Lydi, si praesens periculum evasissent, de-

καὶ ὕστερόν κοτε οἱ Λυδοὶ, ἤν τὸ παρεὸν ὑπεκδράμωσι,
ἀποστάντες ἀπὸ τῶν Περσέων ἀπόλωνται. Κῦρος δὲ
ἡσθεὶς τῇ ὑποθήκῃ, καὶ ὑπεὶς τῆς ὀργῆς, ἔφη οἱ πεί-
θεσθαι. καλέσας δὲ Μαζάρεα ἄνδρα Μῆδον, ταῦτά
οἱ ἐνετείλατο προειπεῖν Λυδοῖσι, τὰ ὁ Κροῖσος ὑπετί- 10
θετο· καὶ πρὸς, ἐξανδραποδίσασθαι τοὺς ἄλλους πάν-
τας, οἳ μετὰ Λυδῶν ἐπὶ Σάρδις ἐστρατεύσαντο, αὐτὸν
157 δὲ Πακτύην πάντως ζῶντα ἀγαγεῖν παρ' ἑωυτόν. Ὁ
μὲν δὴ ταῦτα ἐκ τῆς ὁδοῦ ἐντειλάμενος, ἀπήλαυνε ἐς
ἤθεα τὰ Περσέων. Πακτύης δὲ πυθόμενος ἀγχοῦ εἶναι
στρατὸν ἐπ' ἑωυτὸν ἰόντα, δείσας ᾤχετο φεύγων ἐς
Κύμην. Μαζάρης δὲ ὁ Μῆδος ἐλάσας ἐπὶ τὰς Σάρ- 5
δις, τοῦ Κύρου στρατοῦ μοῖραν ὅσην δή κοτε ἔχων, ὡς
οὐκ εὗρε ἔτι ἐόντας τοὺς ἀμφὶ Πακτύην ἐν Σάρδισι,
πρῶτα μὲν τοὺς Λυδοὺς ἠνάγκασε τὰς Κύρου ἐντολὰς

sciscerent a Persis seseque perditum irent. *Cyrus* admonitione Croesi gavisus, se ei pariturum ait: et vocato ad se Mazari, homini Medo, dat mandatum, ut, quae ipsi *Croesus* suaserat, illis imperaret; caeterum alios omnes, qui cum Lydis contra Sardes militassent, sub hasta venderet, ipsum autem Pactyan utique vivum ad se adduceret. (157.) His ille mandatis ex itinere datis, Persarum in sedes properavit. Pactyas autem, ubi rescivit in propinquo esse exercitum adversus se proficiscentem, timens sibi fugam capessivit, et Cymen pervenit Mazares, cum probabili parte copiarum Cyri Medos adversus Sardes ducens, ubi Pactyan non amplius Sardibus invenit, primum *Lydos* coëgit Cyri mandata exsequi: cuius mandati consequens erat, ut omnem vitae rationem

ἐπιτελέειν· ἐκ τούτου δὲ κελευσμοσύνης Λυδοὶ τὴν πᾶ-
10 σαν δίαιταν τῆς ζόης μετέβαλον. Μαζάρης δὲ μετὰ
τοῦτο ἔπεμπε ἐς τὴν Κύμην ἀγγέλους, ἐκδιδόναι κε-
λεύων Πακτύην· οἱ δὲ Κυμαῖοι ἔγνωσαν, συμβουλῆς
πέρι ἐς θεὸν ἀνῶσαι τὸν ἐν Βραγχίδῃσι. ἦν γὰρ αὐ-
τόθι μαντήϊον ἐκ παλαιοῦ ἱδρυμένον, τῷ Ἴωνές τε πάν-
15 τες καὶ Αἰολέες ἐώθεσαν χρέεσθαι. ὁ δὲ χῶρος οὗτος
ἐστὶ τῆς Μιλησίης ὑπὲρ Πανόρμου λιμένος. Πέμψ[illegible] 158
τες ὦν οἱ Κυμαῖοι ἐς τοὺς Βραγχίδας θεοπρόπους[illegible]
τευν „περὶ Πακτύην ὁκοῖόν τι ποιέοντες θεοῖσι μέλλ[illegible]
„χαριεῖσθαι.“ ἐπειρωτῶσι δέ σφι ταῦτα χρηστ[illegible]
5 ἐγένετο „ἐκδιδόναι Πακτύην Πέρσῃσι.“ Ταῦτα δὲ ὡς
ἀπενειχθέντα ἤκουσαν οἱ Κυμαῖοι, ὁρμέατο ἐκδιδόναι.
ὁρμεωμένου δὲ ταύτῃ τοῦ πλήθεος, Ἀριστόδικος ὁ Ἡρα-
κλείδεω, ἀνὴρ τῶν ἀστῶν ἐὼν δόκιμος, ἔσχε μὴ ποιῆ-

Lydi mutarent. Dein nuncios Cymen misit Mazares, tradi Pactyam iubens. Cymaei vero statuerunt ea de re ad Deum referre qui in Branchidis oracula edit, eumque consulere. Erat enim ibi oraculum ab antiquis temporibus constitutum, quo et Iones omnes et Aeoles uti consueverant. Est autem locus ille in Milesiorum ditione, supra Panormum portum. (158.) Missis igitur ad Branchidas legatis Cymaei quaesiverunt, *de Pactya quidnam facientes gratum maxime diis essent facturi?* Et interrogantibus respondit oraculum, *dederent Pactyam Persis.* Quod responsum ubi ad se relatum audivere Cymaei, tradere illum pararunt. Quam in partem quum ferretur multitudo, Aristodicus Heraclidae filius, probatus vir inter cives, inhibuit eos ne id facerent, fidem non adhi-

ποιεῖν ταῦτα Κυμαίους, ἀπιστίων τε τῷ χρησμῷ, καὶ δοκέων τοὺς θεοπρόπους οὐ λέγειν ἀληθέως· ἐς ὃ, τὸ 10
δεύτερον περὶ Πακτύεω ἐπειρησόμενοι, ἤισαν ἄλλοι θεοπρόποι, τῶν καὶ Ἀριστόδικος ἦν. 159 Ἀπικομένων δὲ ἐς Βραγχίδας, ἐχρηστηριάζετο ἐκ πάντων Ἀριστόδικος, ἐπειρωτέων τάδε· „Ὦ ναξ, ἦλθε παρ' ἡμέας ἱκέτης „Πακτύης ὁ Λυδὸς, φεύγων θάνατον βίαιον πρὸς „Περσέων· οἱ δέ μιν ἐξαιτέονται, προεῖναι Κυμαίους 5
„κελεύοντες. ἡμεῖς δὲ δειμαίνοντες τὴν Περσέων δύναμιν, τὸν ἱκέτην ἐς τόδε οὐ τετολμήκαμεν ἐκδιδόναι, „πρὶν ἂν τὸ ἀπὸ σεῦ ἡμῖν δηλωθῇ ἀτρεκέως ὁκότερα „ποιέωμεν." Ὁ μὲν ταῦτα ἐπειρώτα· ὁ δ' αὖτις τὸν αὐτόν σφι χρησμὸν ἔφαινε, κελεύων ἐκδιδόναι Πακ- 10
τύην Πέρσῃσι. πρὸς ταῦτα ὁ Ἀριστόδικος ἐκ προνοίης ἐποίεε τάδε· περιιὼν τὸν νηὸν κύκλῳ, ἐξαίρεε τοὺς στρου-

bens effato oraculi, existimansque vera non retulisse consultores. Denique alii denuo mittuntur legati, qui de Pactye iterum consultarent, quorum in numero Aristodicus erat. (159.) Hi ubi ad Branchidas venerunt, unus ex omnibus Aristodicus oraculum consuluit interrogavitque his verbis: *O rex, venit ad nos supplex Pactyas Lydus, mortem effugiens violentam, a Persis sibi imminentem. Hunc illi repetunt, Cymaeos illum sibi tradere iubentes. Nos vero, Persarum metuentes potentiam, tradere illum adhuc non sustinuimus, priusquam a te liquido nobis, utrum facere debeamus, declaretur.* Hic postquam ita interrogavit, rursus idem responsum deus dedit, *tradere* iubens *Pactyam Persis.* Tum Aristodicus hoc, a se praemeditatum, instituit facere:

[illegible] καὶ ἄλλα ὅσα ἦν [illegible] τοῦ νηοῦ. ποιεῦντος [illegible] ταῦτα, λέγεται [illegible]
15 τοῦ ἀδύτου [illegible], φέρουσαν μὲν πρὸς τὸν Ἀριστόδικον, λέγουσαν δὲ τάδε· „Ἀνοσιώτατε ἀνθρώπων, τί
„τάδε τολμᾷς ποιέειν; τοὺς ἱκέτας μου ἐκ τοῦ νηοῦ
„κεραΐζεις;" Ἀριστόδικον δὲ, οὐκ ἀπορηθέντα, [illegible]
ταῦτα εἰπεῖν· „Ὦ ἄναξ, αὐτὸς μὲν οὕτω τοῖσι ἱκέτῃσι
20 „βοηθέεις· Κυμαίους δὲ κελεύεις τὸν ἱκέτην ἐκδιδόναι;"
Τὸν δὲ αὖτις ἀμείψασθαι τοῖσδε· „Ναὶ κελεύω,
„γε ἀσεβήσαντες θᾶσσον ἀπόλησθε· ὡς μὴ τὸ [illegible]
„περὶ ἱκετέων ἐκδόσιος ἔλθητε ἐπὶ τὸ χρηστήριον."
Ταῦτα ὡς ἀπενειχθέντα ἤκουσαν οἱ Κυμαῖοι, οὐ βουλόμενοι, οὔτε ἐκδόντες ἀπολέσθαι, οὔτε παρ᾽ ἑωυτοῖσι 160
ἔχοντες πολιορκέεσθαι, ἐς Μυτιλήνην αὐτὸν ἐκπέμπουσι.
Οἱ δὲ Μυτιληναῖοι, ἐπιπέμποντος τοῦ Μαζάρεος ἀγγε-

circa templum circummeans, passeres disturbavit aliaque avium genera, quae in templo nidificaverant. Dum ille hoc facit, aiunt ex adyto prodiisse vocem, ad Aristodicum directam, haec dicentem: *Scelestissime mortalium, quid est quod hic facere audes? Supplices meos ex meo templo evertis!* Et Aristodicus, nil dubitans, respondisse ad haec fertur: *O Rex, tu tuos supplices ipse ita tueris: Cymaeos vero iubes tradere supplicem!* Cui rursus deus regessit: *Immo iubeo, quo vos impii ocyus pereatis: ne dehinc de prodendis supplicibus adeatis oraculum.* (160.) Haec relata ubi audierunt Cymaei, quum nec prodendo hominem vellent ipsi perire, nec apud se servando oppugnari, Mytilenen eum miserunt. Mytilenaei vero, quum missis nuntiis

…ἐκδιδόναι τὸν Πακτύην, παρεσκευάζοντο ἐπὶ μισθῷ 5
ὅσῳ δή· οὐ γὰρ ἔχω τοῦτό γε εἰπεῖν ἀτρεκέως· οὐ γὰρ
ἐτελεώθη. Κυμαῖοι γὰρ, ὡς ἔμαθον ταῦτα πρησσό-
μενα ἐκ τῶν Μυτιληναίων, πέμψαντες πλοῖον ἐς Λέ-
σβον, ἐκκομίζουσι Πακτύην ἐς Χίον. ἐνθεῦτεν δὲ, ἐξ
ἱροῦ Ἀθηναίης Πολιούχου ἀποσπασθεὶς ὑπὸ Χίων, ἐξε- 10
δόθη· ἐξέδοσαν δὲ οἱ Χῖοι ἐπὶ τῷ Ἀταρνέϊ μισθῷ· τοῦ
δὲ Ἀταρνέος τούτου ἐστὶ χῶρος τῆς Μυσίης, Λέσβου
ἀντίος. Πακτύην μέν νυν παραδεξάμενοι οἱ Πέρσαι
εἶχον ἐν φυλακῇ, θέλοντες Κύρῳ ἀποδέξαι. ἦν δὲ
χρόνος οὗτος οὐκ ὀλίγος γενόμενος, ὅτε Χίων οὐδεὶς ἐκ 15
τοῦ Ἀταρνέος τούτου οὔτε οὐλὰς κριθῶν πρόχυσιν ἐποιέε-
το θεῶν οὐδενὶ, οὔτε πέμματα ἐπέσσετο καρποῦ τοῦ
ἐνθεῦτεν, ἀπείχετό τε τῶν πάντων ἱρῶν τὰ πάντα ἐκ
161 τῆς χώρης ταύτης γινόμενα. Χῖοι μέν νυν Πακτύην

…ares eum repetiisset, parati erant eum tradere,
pacti mercedem nescio quam; nec enim hoc perspi-
cue traditum est, nec res effectum habuit: nam
Cymaei, ut intellexerunt id agere Mytilenaeos, navi
Lesbum missâ, in Chium Pactyam transportarunt.
Inde vero, ex Minervae templo urbis Praesidis ex-
tractus a Chiis, et Persis traditus est: tradiderunt
eum autem Chii, mercedem pacti Atarneum; est au-
tem Atarnensis hic ager in Mysia, ex adverso Lesbi.
Pactyan igitur sibi deditum Persae in custodia habue-
runt, Cyri in conspectum volentes eum producere.
Exinde vero multum effluxit temporis, quo nemo
Chiorum molâ ex hordeo Atarnensis illius agri deo-
rum ulli litavit, aut ex frumento illinc adlato libum
coxit; quidquid ille progenuit ager, id ab omnibus

ἐξέδοσαν. Μαζάρης δὲ μετὰ ταῦτα ἐστρατεύετο ἐπὶ
τοὺς συμπολιορκήσαντας Τάβαλον. καὶ τοῦτο
Πριηνέας ἐξηνδραποδίσατο· τοῦτο δὲ, Μαιάνδρου πεδίον
5 πᾶν ἐπέδραμε, λῄην ποιεύμενος τῷ στρατῷ· Μαγνησίην
δὲ ὡσαύτως. μετὰ δὲ ταῦτα, αὐτίκα νούσῳ τελευτᾷ.

Ἀποθανόντος δὲ τούτου, Ἅρπαγος κατέβη διάδοχος 162
τῆς στρατηγίης, γένος καὶ αὐτὸς ἐὼν Μῆδος, τὸν ὁ
Μήδων βασιλεὺς Ἀστυάγης ἀνόμῳ τραπέζῃ ἐδαίσε,
ὁ τῷ Κύρῳ τὴν βασιληΐην συγκατεργασάμενος. οὗτος
5 ὡνὴρ τότε ὑπὸ Κύρου στρατηγὸς ἀποδεχθεὶς, ὡς ἀπίκετο
ἐς τὴν Ἰωνίην, αἵρεε τὰς πόλιας χώμασι. ὅκως
γὰρ τειχήρεας ποιήσειε, τὸ ἐνθεῦτεν χώματα χῶν πρὸς
τὰ τείχεα ἐπόρθεε. πρώτῃ δὲ Φωκαίῃ Ἰωνίης ἐπεχείρησε.

sacrificiis procul habitum est. (161.) Postquam
Pactyan Chii tradiderant, bello adgressus est Mazares
eos qui cum illo Tabalum oppugnaverant. Et Prienenses
quidem devictos sub corona vendidit; Maeandri
vero campum universum incursans, itemque Magnesiam,
exercitum praedâ ditavit. His autem rebus
gestis, paulo post morbo vitam finiit.

(162.) Mortuo Mazare, advenit imperii in inferiore
Asiâ successor *Harpagus*, natione itidem Medus; is
qui a rege Medorum Astyage nefario epulo erat exceptus,
quique Cyro in comparando regno sociam
praestiterat operam. Hic vir tunc a Cyro dux copiarum
nominatus, ut in Ioniam pervenit, oppida aggeribus
iactis capere instituit: scilicet oppidanos intra
muros statim compulit, deinde adgestis ad muros
aggeribus oppugnavit. Et primum quidem Ioniae oppidum,
quod adgressus est, *Phocaea* fuit.

163 Οἱ δὲ Φωκαιέες οὗτοι ναυτιλίῃσι μακρῇσι πρῶτοι Ἑλλήνων ἐχρήσαντο· καὶ τόν τε Ἀδρίην καὶ τὴν Τυρσηνίην, καὶ τὴν Ἰβηρίην καὶ τὸν Ταρτησσὸν οὗτοί εἰσι οἱ καταδέξαντες. ἐναυτίλλοντο δὲ οὐ στρογγύλῃσι νηυσὶ, ἀλλὰ πεντηκοντέροισι. ἀπικόμενοι δὲ ἐς τὸν Ταρτησσὸν προσφιλέες ἐγένοντο τῷ βασιλέϊ τῶν Ταρτησσίων, τῷ οὔνομα μὲν ἦν Ἀργανθώνιος· ἐτυράννευσε δὲ Ταρτησσοῦ ὀγδώκοντα ἔτεα, ἐβίωσε δὲ πάντα εἴκοσι καὶ ἑκατόν. τούτῳ δὴ τῷ ἀνδρὶ προσφιλέες οἱ Φωκαιέες οὕτω δή τι ἐγένοντο, ὡς τὰ μὲν πρῶτά σφεας ἐκλιπόντας Ἰωνίην ἐκέλευε τῆς ἑαυτοῦ χώρης οἰκῆσαι ὅκου βούλονται· μετὰ δὲ, ὡς τοῦτό γε οὐκ ἔπειθε τοὺς Φωκαιέας, ὁ δὲ πυθόμενος τὸν Μῆδον παρ' αὐτῶν ὡς αὔξοιτο, ἐδίδου σφι χρήματα τεῖχος περιβαλέσθαι τὴν πόλιν. ἐδίδου δὲ ἀφειδέως· καὶ γὰρ καὶ ἡ περίοδος τοῦ τείχεος οὐκ ὀλίγοι στάδιοί εἰσι· τοῦτο δὲ πᾶν, λίθων

(163.) *Phocaeenses* hi longinquis navigationibus primi Graecorum usi erant: et Adriaticum mare et Tyrrheniam et Iberiam et Tartessum Graecis ostenderunt. Ac Tartessum quidem postquam venerunt, cari fuerunt regi Tartessiorum, cui erat nomen *Arganthonius*, qui octoginta annos Tartessiorum regno praefuit, vixit autem in universum annos centum et viginti. Huic viro ita cari fuerunt Phocaeenses, ut primum quidem eos hortaretur, Ioniam relinquerent, et qua parte suae ditionis vellent, habitatum concederent: dein, ut hoc eis non persuasit, ex eisdem vero cognovit de ingruente Medorum potentiâ, pecuniam illis dedit ex qua murum urbi circumdarent; et largiter quidem dedit: nam circuitus muri haud pauca sunt

μεγάλων καὶ εὖ συναρμοσμένων. Τὸ μὲν δὴ τεῖχος 164
τοῖσι Φωκαιεῦσι περιεβέβλητο τοιῷδε ἐξεποιήθη. ὁ δὲ Ἅρπα-
γος ὡς ἐπήλασε τὴν στρατιὴν, ἐπολιόρκεε αὐτοὺς,
προϊσχόμενος ἔπεα „ὥς οἱ καταχρᾷ, εἰ βούλονται
5 „Φωκαιέες προμαχεῶνα ἕνα μοῦνον τοῦ τείχεος ἐρεῖ-
„ψαι, καὶ οἴκημα ἓν κατιρῶσαι.“ οἱ δὲ Φωκαιέες,
περιημεκτέοντες τῇ δουλοσύνῃ, ἔφασαν „θέλειν βου-
„λεύσασθαι ἡμέρην μίην, καὶ ἔπειτα ὑποκρινέεσθαι.
„ἐν ᾧ δὲ βουλεύονται αὐτοὶ, ἀπαγαγεῖν ἐκεῖνον ἐκέ-
10 „λευον τὴν στρατιὴν ἀπὸ τοῦ τείχεος.“ Ὁ δ' Ἅρπαγος
ἔφη „εἰδέναι μὲν εὖ τὰ ἐκεῖνοι μέλλοιεν ποιέειν, ὅμως
„δέ σφι παριέναι βουλεύσασθαι.“ Ἐν ᾧ ὦν ὁ Ἅρ-
παγος ἀπὸ τοῦ τείχεος ἀπήγαγε τὴν στρατιὴν, οἱ Φω-
καιέες ἐν τούτῳ κατασπάσαντες τὰς πεντηκοντέρους,

stadia, et totus hic murus ex magnis lapidibus, eis-
que bene coaptatis, est exstructus. (164.) Tali igi-
tur modo perfectus erat Phocaeensium murus. *Har-
pagus* vero admoto exercitu urbem obsidens, condi-
tionem proposuit, *satis sibi fore*, dicens, *si unum
modo propugnaculum muri deiicere Phocaeenses
voluissent, et unam habitationem* [regi] *dedicare.*
Phocaeenses vero, aegerrime ferentes servitutem,
unum diem se deliberaturos aiebant, *ac deinde re-
sponsuros: interim vero dum deliberarent*, postu-
labant ut *exercitum a muro abduceret.* Quibus Har-
pagus, *probe quidem se nosse*, ait, *quid essent fa-
cturi; verumtamen tempus illis ad deliberandum
concedere.* Igitur dum a muro exercitum abduxit
Harpagus, Phocaeenses interim deductis actuariis
quas habebant navibus, liberos, et uxores, et quae

θέμενοι τέκνα καὶ γυναῖκας καὶ ἔπιπλα πάντα, πρὸς 15
δὲ καὶ τὰ ἀγάλματα τὰ ἐκ τῶν ἱρῶν, καὶ τὰ ἄλλα
ἀναθήματα, χωρὶς ὅ τι χαλκὸς ἢ λίθος ἢ γραφὴ ἦν, τὰ
δὲ ἄλλα πάντα ἐσθέντες, καὶ αὐτοὶ ἐσβάντες, ἔπλεον
ἐπὶ Χίου. τὴν δὲ Φωκαίην ἐρημωθεῖσαν ἀνδρῶν ἔσχον
165 οἱ Πέρσαι. Οἱ δὲ Φωκαιέες, ἐπεί τε σφι Χῖοι τὰς
νήσους τὰς Οἰνούσσας καλεομένας οὐκ ἐβούλοντο ὠνεο-
μένοισι πωλέειν, δειμαίνοντες μὴ αἱ μὲν ἐμπόριον γέ-
νωνται, ἡ δὲ αὐτέων νῆσος ἀποκληϊσθῇ τούτου εἵνεκα,
πρὸς ταῦτα οἱ Φωκαιέες ἐστέλλοντο ἐς Κύρνον. ἐν γὰρ 5
τῇ Κύρνῳ εἴκοσι ἔτεσι πρότερον τούτων ἐκ θεοπροπίου
ἀνεστήσαντο πόλιν, τῇ οὔνομα ἦν Ἀλαλίη. Ἀργανθώ-
νιος δὲ τηνικαῦτα ἤδη τετελευτήκεε. στελλόμενοι δὲ ἐπὶ
τὴν Κύρνον, πρῶτα καταπλεύσαντες ἐς τὴν Φωκαίην,

moveri poterant omnia, eis imponunt; ad haec ima-
ginibus ex deorum templis, aliisque donariis, prae-
terquam quidquid aes aut lapis aut pictura esset,
reliquis omnibus in naves inpositis, ipsi eas conscen-
dunt, et Chium versus navigant. Phocaeam autem
hominibus vacuam Persae tenuerunt. (165.) Consti-
tuerant *Phocaeenses* a Chiis dato pretio Oenussas quae
vocantur insulas emere. Sed quum vendere eas nol-
lent Chii, metuentes ne emporium fierent hae insu-
lae, eaque re ipsorum insulae mercatu excluderen-
tur, super haec in Corsicam [*Cyrnum* Graeci vocant]
Phocaeenses sunt profecti. In Corsica enim vicesimo
ante anno, oraculi monitu, oppidum condiderant,
cui nomen Alalia. Arganthonius vero illo tempore e
vita iam discesserat. In Corsicam vero profecturi, prius
ad Phocaeam adpulsis navibus, Persarum praesi-

10 κατεφόνευσαν τῶν Περσέων τὴν φυλακήν, ἣ ἐφρούρεε παραδεξαμένη παρὰ Ἁρπάγου τὴν πόλιν. μετὰ δέ, ὡς τοῦτό σφι ἐξέργαστο, ἐποιήσαντο ἰσχυρὰς κατάρας τῷ ὑπολειπομένῳ ἑωυτῶν τοῦ στόλου. πρὸς δὲ ταύτῃσι, καὶ μύδρον σιδήρεον κατεπόντωσαν, καὶ ὤμοσαν „μὴ
15 „πρὶν ἐς Φωκαίην ἥξειν, πρὶν ἢ τὸν μύδρον τοῦτον ἀνα-„φῆναι." Στελλομένων δὲ αὐτῶν ἐπὶ τὴν Κύρνον, ὑπὲρ ἡμίσεας τῶν ἀστῶν ἔλαβε πόθος τε καὶ οἶκτος τῆς πόλιος καὶ τῶν ἠθέων τῆς χώρης· ψευδόρκιοι δὲ γενόμενοι, ἀπέπλεον ὀπίσω ἐς τὴν Φωκαίην. οἳ δὲ αὐτῶν
20 τὸ ὅρκιον ἐφύλασσον, ἀερθέντες ἐκ τῶν Οἰνουσσέων ἔπλεον. Ἐπεί τε δὲ ἐς τὴν Κύρνον ἀπίκοντο, οἴκεον 166 κοινῇ μετὰ τῶν πρότερον ἀπικομένων ἐπ' ἔτεα πέντε, καὶ ἱρὰ ἐνιδρύσαντο. καί, ἄγον γὰρ δὴ καὶ ἔφερον τοὺς περιοίκους ἅπαντας, στρατεύονται ὦν ἐπ' αὐτοὺς κοινῷ

dium, cui ab Harpago custodia urbis mandata erat, interficiunt; dein, hoc patrato, atroces diras imprecantur si quis ipsorum classem desereret. Ad haec ingentem ferri massam mari demergunt; iurantes *non prius Phocaeam se redituros, quam massa illa e mari emersisset*. Sed dum in Corsicam abire parant, ultra dimidium civium desiderium cepit et misericordia urbis et consuetarum in patria terra sedium. Igitur hi, violato iuramento, retro navigant Phocaeam. Caeteri vero, iusiurandum servantes, sublatis ancoris ex Oenussis insulis sunt profecti. (166.) Hi postquam in *Corsicam* peruenere, quinque annos una cum eis qui antea eo migraverant habitarunt, et templa ibi constituerunt. Caeterum quum vicinos omnes incursionibus praedationibusque molestarent, bellum

χρησάμενοι Τυρσηνοὶ καὶ Καρχηδόνιοι, νηυσὶ ἑκάτεροι ἑξήκοντα. οἱ δὲ Φωκαιέες πληρώσαντες καὶ αὐτοὶ τὰ πλοῖα, ἐόντα ἀριθμὸν ἑξήκοντα, ἀντίαζον ἐς τὸ Σαρδόνιον καλεόμενον πέλαγος. συμμισγόντων δὲ τῇ ναυμαχίῃ, Καδμείη τις νίκη τοῖσι Φωκαιεῦσι ἐγένετο· αἱ μὲν γὰρ τεσσεράκοντά σφι νῆες διεφθάρησαν· αἱ δὲ εἴκοσι αἱ περιεοῦσαι, ἦσαν ἄχρηστοι· ἀπεστράφατο γὰρ τοὺς ἐμβόλους. καταπλώσαντες δὲ ἐς τὴν Ἀλαλίην, ἀνέλαβον τὰ τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας, καὶ τὴν ἄλλην κτῆσιν ὅσην οἷαί τε ἐγίνοντο αἱ νῆες σφι ἄγειν· καὶ ἔπειτα ἀφέντες τὴν Κύρνον, ἔπλεον ἐς Ῥήγιον. 167 Τῶν δὲ διαφθαρεισέων νεῶν τοὺς ἄνδρας, οἵ τε Καρχηδόνιοι καὶ οἱ Τυρσηνοὶ ἔλαχόν τε αὐτέων πολλῷ πλείους, καὶ τούτους ἐξαγαγόντες κατέλευσαν. μετὰ δὲ Ἀγυλλαίοισι πάντα τὰ παριόντα τὸν χῶρον, ἐν τῷ οἱ Φω-

quis communi consilio intulerunt Tyrrheni et Carthaginienses, utrique navibus sexaginta. Quibus *Phocaeenses*, impletis suis navigiis, quae erant numero sexaginta, obviam ivere in Sardonium quod vocatur marc. Tum commisso praelio navali, Cadmea quaedam victoria obtigit Phocaeensibus: nam quadraginta ex eorum navibus perierunt; viginti autem reliquae, detortis rostris, inutiles sunt factae. Inde Alaliam revecti, adsumtis liberis et uxoribus, et quidquid ex eorum facultatibus ferre naves possent, relictâ Corsicâ, Rhegium navigarunt. (167.) Hominum vero, qui navibus depressis vecti erant, multo maiorem numerum Carthaginenses et Tyrrheni, quam ipsi, ceperant; quos illi inter se partiti, in terram eductos, lapidibus obruerunt. Quo facto, quidquid deinde praeter eum locum,

5 καιέες καταλευσθέντες ἐκέατο, ἐγίνετο διάστροφα καὶ
ἔμπηρα καὶ ἀπόπληκτα, ὁμοίως πρόβατα καὶ ὑπο-
ζύγια καὶ ἄνθρωποι. οἱ δὲ Ἀγυλλαῖοι ἐς Δελφοὺς ἔπεμ-
πον, βουλόμενοι ἀκέσασθαι τὴν ἁμαρτάδα. ἡ δὲ Πυθίη
σφέας ἐκέλευσε ποιέειν τὰ καὶ νῦν οἱ Ἀγυλλαῖοι ἔτι
10 ἐπιτελέουσι· καὶ γὰρ ἐναγίζουσί σφι μεγάλως, καὶ
ἀγῶνα γυμνικὸν καὶ ἱππικὸν ἐπιστᾶσι. καὶ οὗτοι μὲν
τῶν Φωκαιέων τοιούτῳ μόρῳ διεχρήσαντο. οἱ δὲ αὐτῶν
ἐς τὸ Ῥήγιον καταφυγόντες, ἐνθεῦτεν ὁρμεόμενοι, ἐκτή-
σαντο πόλιν γῆς τῆς Οἰνωτρίης ταύτην, ἥτις νῦν Ὑέλη
15 καλέεται. ἔκτισαν δὲ ταύτην, πρὸς ἀνδρὸς Ποσειδω-
νιήτεω μαθόντες, ὡς τὸν Κύρνον σφι ἡ Πυθίη ἔχρησε
κτίσαι ἥρων ἐόντα, ἀλλ' οὐ τὴν νῆσον. Φωκαίης
μέν νυν πέρι τῆς ἐν Ἰωνίῃ οὕτω ἔσχε. Παραπλήσια 168

in quo lapidati Phocaeenses iacebant, praeteribat,
(in Agyllaeorum agro is locus erat) id omne distor-
tum, mutilum, aut membris captum reddebatur;
perinde pecudes, iumenta, homines. Itaque Delphos
Agyllaei mittebant quaesituros quo pacto delictum
possent expiare. Quos Pythia id facere iussit, quod
etiam nunc Agyllaei faciunt: nempe magnifice illis
parentant, et in eorum honorem ludos agunt gymni-
cos et equestres. Igitur hi quidem ex Phocaeensium
numero fato tali functi sunt. Qui vero eorum Rhegium
se receperunt, ii oppidum in terrâ Oenotriâ condi-
derunt illud, quod nunc Hyela [*sive* Velia] nomina-
tur. Condiderunt illud autem, ab homine Posidoniata
edocti iussos se esse Pythiae oraculo *Cyrnum* Heroëm
colere, non insulam. Et haec quidem hactenus de re-
bus *Phocaeensium*, Ionicae civitatis. (168.) Simi-

τούτοισι καὶ Τήϊοι ἐποίησαν. ἐπεί τε γάρ σφεων εἷλε χώματι τὸ τεῖχος Ἅρπαγος, ἐσβάντες πάντες ἐς τὰ πλοῖα, οἴχοντο πλέοντες ἐπὶ τῆς Θρηΐκης, καὶ ἐνθαῦτα ἔκτισαν πόλιν Ἄβδηρα· τὴν πρότερος τούτων Κλαζομένιος Τιμήσιος κτίσας, οὐκ ἀπώνητο, ἀλλ' ὑπὸ Θρηΐκων ἐξελασθεὶς, τιμὰς νῦν ὑπὸ Τηΐων τῶν ἐν Ἀβδήροισι ὡς ἥρως ἔχει.

169. Οὗτοι μέν νυν Ἰώνων μοῦνοι, τὴν δουλοσύνην οὐκ ἀνεχόμενοι, ἐξέλιπον τὰς πατρίδας. οἱ δ' ἄλλοι Ἴωνες, πλὴν Μιλησίων, διὰ μάχης μὲν ἀπικέατο Ἁρπάγῳ, κατάπερ οἱ ἐκλιπόντες, καὶ ἄνδρες ἐγένοντο ἀγαθοὶ, περὶ τῆς ἑωυτοῦ ἕκαστος μαχόμενοι· ἑσσωθέντες δὲ καὶ ἁλόντες, ἔμενον κατὰ χώρην ἕκαστοι, καὶ τὰ ἐπιτασσόμενα ἐπετέλεον. Μιλήσιοι δὲ, ὡς καὶ πρότερόν μοι

Pariter vero, atque hi, *Teii* etiam fecerunt. Nam postquam murum illorum, aggere iacto, cepit Harpagus, cuncti navibus conscensis abierunt, in Thraciamque navigarunt, et ibi *Abderam* condiderunt coloniam: quam quum ante eos Clazomenius Timesius condidisset, operae fructum non perceperat, sed a Thracibus erat eiectus; cui nunc honorem, ut heroi, habent Teii Abderam habitantes.

(169.) Isti igitur soli ex Ionibus fuere, qui servitutem non sustinentes, patrias sedes reliquerunt. Caeteri Iones, exceptis Milesiis, armis cum Harpago dimicarunt, quemadmodum hi qui terra excessere, fortesque viri fuerunt, quique pro suâ patriâ pugnantes: sed victi expugnatique, in sua quique patria manentes imperata fecerunt. Milesii vero, qui, ut praedictum est, cum ipso Cyro foedus pepigerant,

εἴρηται, αὐτῷ Κύρῳ ὅρκιον ποιησάμενοι, ἡσυχίην ἄγοντες.
Οὕτω δὴ τὸ δεύτερον Ἰωνίη ἐδεδούλωτο. ὡς δὲ τοὺς ἐν
10 τῇ ἠπείρῳ Ἴωνας ἐχειρώσατο Ἅρπαγος, οἱ τὰς νήσους
ἔχοντες Ἴωνες, καταῤῥωδήσαντες ταῦτα, σφέας αὐτοὺς
ἔδοσαν Κύρῳ. Κεκακωμένων δὲ Ἰώνων, καὶ συλλε- 170
γομένων οὐδὲν ἧσσον ἐς τὸ Πανιώνιον, πυνθάνομαι γνώ-
μην Βίαντα ἄνδρα Πριηνέα ἀποδέξασθαι Ἴωσι χρησι-
μωτάτην· τῇ εἰ ἐπείθοντο, παρεῖχε ἂν σφι εὐδαιμονέειν
5 Ἑλλήνων μάλιστα· ὃς ἐκέλευε „κοινῷ στόλῳ Ἴωνας
„ἀερθέντας πλέειν ἐς Σαρδὼ, καὶ ἔπειτα πόλιν μίαν
„κτίζειν πάντων Ἰώνων. καὶ οὕτω ἀπαλλαχθέντας
„σφέας δουλοσύνης, εὐδαιμονήσειν, νήσων τε ἁπασέων
„μεγίστην νεμομένους, καὶ ἄρχοντας ἄλλων· μένουσι
10 „δέ σφι ἐν τῇ Ἰωνίῃ οὐκ, ἔφη, ἐνορᾶν ἐλευθερίην ἐσο-

quietem habuerunt. Atque ita quidem *Ionia* iterum *in servitutem redacta* est. Postquam vero Ionas continentem incolentes subegit Harpagus, insulani Iones horum exemplo perterriti, ultro se Cyro tradiderunt. (170.) His malis adflicti Iones quum nihilo minus ad Panionium convenirent, *Biantem* civem Prienensem audio saluberrimam illis aperuisse sententiam; quam si essent secuti, potuerant Graecorum omnium esse opulentissimi. Hortabatur ille, ut *sociata classe Iones vela darent ventis, et in Sardiniam navigarent, ibique unam Ionum omnium conderent civitatem: ita servitute liberatos, opulentos fore, insulam omnium maximam obtinentes, aliisque imperantes: qui si in Ionia manerent, non videre se*, ait, *quo pacto libertatem umquam sint recuperaturi*. Haec fuit Biantis sententia, quum

-πισομένην. "Αὕτη μὲν Βίαντος τοῦ Πριηνέος γνώμη, ἐπὶ διεφθαρμένοισι Ἴωσι γενομένη. χρηστὴ δὲ καὶ πρὶν ἢ διαφθαρῆναι Ἰωνίην, Θάλεω ἀνδρὸς Μιλησίου ἐγένετο, τὸ ἀνέκαθεν γένος ἐόντος Φοίνικος· ὃς ἐκέλευε ἓν βουλευτήριον Ἴωνας ἐκτῆσθαι, τὸ δὲ εἶναι ἐν Τέῳ· Τέων 15 γὰρ μέσον εἶναι Ἰωνίης. τὰς δὲ ἄλλας πόλιας οἰκεομένας, μηδὲν ἧσσον νομίζεσθαι κατάπερ εἰ δῆμοι εἶεν. οὗτοι μὲν δή σφι γνώμας τοιάσδε ἀπεδέξαντο.

171 Ἅρπαγος δὲ καταστρεψάμενος Ἰωνίην, ἐποιέετο στρατηΐην ἐπὶ Κᾶρας καὶ Καυνίους καὶ Λυκίους, ἅμα ἀγόμενος καὶ Ἴωνας καὶ Αἰολέας. Εἰσὶ δὲ τούτων Κᾶρες μὲν ἀπιγμένοι ἐς τὴν ἤπειρον ἐκ τῶν νήσων. τὸ γὰρ παλαιὸν ἐόντες Μίνω τε κατήκοοι, καὶ καλεόμενοι Λέ- 5 λεγες, εἶχον τὰς νήσους, φόρον μὲν οὐδένα ὑποτελέον-

iam perditae essent res Ionum. Sed etiam, priusquam pessum iret Ionia, salutaris fuerat *Thaletis* sententia, viri Milesii, qui generis originem e Phoenicia repetebant. Is Ionas erat hortatus, *ut unam communem curiam haberent, quae esset Tei: Teum enim meditullium esse Ioniae: reliquae autem civitates, a Ionibus habitatae, nihilo minus suis uterentur institutis, perinde ac si singuli essent populi.* Tales illis sententias duo hi viri in medium proposuerunt.

(171.) Ioniâ subactâ *Harpagus* bellum intulit Caribus, Cauniis, atque Lyciis, simul et Ionas et Aeolenses secum ducens. CARES, quos dixi, ex insulis in continentem olim advenerant. Prius enim *Minois* imperio subiecti, Lelegesque nominati, insulas incolebant: et tributum quidem, quoad ego auditu, ul-

τες, ὅσον καὶ ἐγὼ δυνατός εἰμι μακρότατον ἐξικέσθαι
ἀκοῇ· οἱ δὲ, ὅκως Μίνως δέοιτο, ἐπλήρουν οἱ τὰς νέας.
ἅτε δὲ δὴ Μίνω τε κατεστραμμένου γῆν πολλὴν, καὶ
10 εὐτυχέοντος τῷ πολέμῳ, τὸ Καρικὸν ἦν ἔθνος λογιμώ-
τατον τῶν ἐθνέων ἁπάντων κατὰ τοῦτον ἅμα τὸν χρόνον
μακρῷ μάλιστα. καί σφι τριξὰ ἐξευρήματα ἐγένετο,
τοῖσι οἱ Ἕλληνες ἐχρήσαντο. καὶ γὰρ ἐπὶ τὰ κράνεα
λόφους ἐπιδέεσθαι Κᾶρές εἰσι οἱ καταδέξαντες, καὶ ἐπὶ
15 τὰς ἀσπίδας τὰ σημήϊα ποιέεσθαι. καὶ ὄχανα ἀσπίσι
οὗτοί εἰσι οἱ ποιησάμενοι πρῶτοι· τέως δὲ ἄνευ ὀχάνων
ἐφόρεον τὰς ἀσπίδας πάντες οἵπερ ἐώθεσαν ἀσπίσι χρᾶ-
σθαι, τελαμῶσι σκυτίνοισι οἰηκίζοντες, περὶ τοῖσι αὐ-
χέσι τε καὶ τοῖσι ἀριστεροῖσι ὤμοισι περικείμενοι. Μετὰ
20 δὲ, τοὺς Κᾶρας χρόνῳ ὕστερον πολλῷ Δωριέες τε καὶ
Ἴωνες ἐξανέστησαν ἐκ τῶν νήσων· καὶ οὕτω ἐς τὴν ἤπει-

tima tempora repetens, potui cognoscere, nullum pependerant; sed, quoties Minos eorum operâ indigebat, naves eius compleverant. Quandoquidem igitur multos terrae tractus Minos sibi subiecit, et felicitate usus est in bello, *Carica gens* omnium gentium per id tempus longe fuerat clarissima. Ac tria illis inventa debentur, quibus Graeci usi sunt: nam et galeis cristas inponere primi Cares docuere, et signa clypeis insculpere; denique, qui clypeis ansas adiungerent, hi primi fuere, quum antea clypeos absque ansis gestassent quicumque clypeis consueverant uti, coriaceis loris illos regentes, quae cervici et dextero humero circumligata habebant. Deinde, multo tempore interiecto, Cares a Doriensibus et Ionibus ex insulis sunt eiecti, atque ita in continentem pervene-

ἀπικέατο. Κατὰ μὲν δὴ Κᾶρας οὕτω Κρῆτες λέγουσι γενέσθαι. οὐ μέν τοι αὐτοί γε ὁμολογέουσι τούτοισι οἱ Κᾶρες· ἀλλὰ νομίζουσι αὐτοὶ ἑωυτοὺς εἶναι αὐτόχθονας ἠπειρώτας, καὶ τῷ οὐνόματι τῷ αὐτῷ αἰεὶ διαχρεωμένους τῷπερ νῦν. ἀποδεικνῦσι δὲ ἐν Μυλάσοισι Διὸς Καρίου ἱρὸν ἀρχαῖον, τοῦ Μυσοῖσι μὲν καὶ Λυδοῖσι μέτεστι, ὡς κασιγνήτοισι ἐοῦσι τοῖσι Καρσί. τὸν γὰρ Λυδὸν καὶ τὸν Μυσὸν λέγουσι εἶναι Καρὸς ἀδελφεούς. τούτοισι μὲν δὴ μέτεστι· ὅσοι δὲ, ἐόντες 30 ἄλλου ἔθνεος, ὁμόγλωσσοι τοῖσι Καρσὶ ἐγένοντο, τούτοισι δὲ οὐ μέτα. 172 Οἱ δὲ Καύνιοι, αὐτόχθονες, δοκέειν ἐμοὶ, εἰσί· αὐτοὶ μέντοι ἐκ Κρήτης φασὶ εἶναι. προσκεχωρήκασι δὲ γλῶσσαν μὲν πρὸς τὸ Καρικὸν ἔθνος, ἢ οἱ Κᾶρες πρὸς τὸ Καυνικόν· τοῦτο γὰρ οὐκ

runt. Haec quidem de Caribus Cretenses memorant; at *Cares* ipsi his non adsentiuntur; sed a prima gentis origine continentem se autumant incoluisse, eodemque nomine semper fuisse adpellatos, quo nunc utuntur. Ostenduntque in oppido, cui Mylasa nomen, priscum *Iovis Carii* templum, quod quidem cum Mysis atque Lydis commune habent, ut qui consanguinei sint Carum; Lydum enim et Mysum fratres Caris aiunt fuisse. Cum his igitur templum illud commune habent; sed quicumque ex alia gente sunt, quamvis eâdem cum Caribus linguâ utentes, ad hos communio illa nihil pertinet. (172.) *Caunii* vero ex eâdem, quam incolunt, terrâ oriundi mihi videntur, quamquam ipsi se Cretenses esse affirmant. Linguam vero aut ipsi ad Caricum populum adcommodarunt, aut Cares ad Caunium; nec enim hoc diiudicare li-

5 ἔχω ἀτρεκέως διακρῖναι. νόμοισι δὲ χρέωνται κεχωρισμένοισι πολλὸν τῶν τε ἄλλων ἀνθρώπων καὶ Καρῶν. τοῖσι γὰρ κάλλιστόν ἐστι, κατ' ἡλικίην τε καὶ φιλότητα εἰλαδὸν συγγίνεσθαι ἐς πόσιν, καὶ ἀνδράσι καὶ γυναιξὶ καὶ παισί. ἱδρυνθέντων δέ σφι ἱρῶν ξεινικῶν, μετέπει-
10 τα ὥς σφι ἀπέδοξε, (ἔδοξε δὲ τοῖσι πατρίοισι μοῦνον χρᾶσθαι θεοῖσι,) ἐνδύντες τὰ ὅπλα ἅπαντες Καύνιοι ἡβηδὸν, τύπτοντες δούρασι τὸν ἠέρα, μέχρι οὔρων τῶν Καλυνδικῶν ἕποντο, καὶ ἔφασαν ἐκβάλλειν τοὺς ξεινικοὺς θεούς. καὶ οὗτοι μὲν τρόποισι τοιούτοισι χρέωνται. Οἱ δὲ Λύκιοι ἐκ Κρήτης τὠρχαῖον γεγόνασι. τὴν γὰρ 173 Κρήτην εἶχον τὸ παλαιὸν πᾶσαν βάρβαροι. διενειχθέντων δὲ ἐν Κρήτῃ περὶ τῆς βασιληΐης τῶν Εὐρώπης παίδων, Σαρπηδόνος τε καὶ Μίνω, ὡς ἐπεκράτησε τῇ στά-
5 σει Μίνως, ἐξήλασε αὐτόν τε Σαρπηδόνα καὶ τοὺς

quido possum. Institutis autem utuntur longe et ab aliis populis et a Caribus discrepantibus; habetur enim apud illos honestissimum, ut secundum aetatem et amicitiam catervatim ad compotationes conveniant viri, et mulieres, et pueri. Iidem, quum prius templa constituta habuissent peregrinorum deorum, deinde mutatâ sententiâ, postquam eis placuit non nisi patriis uti diis, arma capessiverunt cuncti, senes iuvenesque, et hastis aërem ferientes usque ad Calyndicos montes progressi sunt, dicentes se peregrinos eiicere deos. Talibus institutis Caunii utuntur. (173.) *Lycii* vero antiquitus ex Cretâ erant oriundi. Cretam enim omnem olim barbari tenebant. Quum vero de regno in Creta dissiderent Europae filii, Sarpedon et Minos, superior ex contentione discedens Minos, Sar-

στασιώτας αὐτοῦ· οἱ δὲ ἀπωσθέντες, ἀπίκοντο τῆς Ἀσίης ἐς γῆν τὴν Μιλυάδα· τὴν γὰρ νῦν Λύκιοι νέμονται, αὕτη τὸ παλαιὸν ἦν Μιλυάς· οἱ δὲ Μιλύαι, τότε Σόλυμοι ἐκαλέοντο. τέως μὲν δὴ αὐτέων Σαρπηδὼν ἦρχε· οἱ δὲ ἐκαλέοντο, τό περ τε ἠνείκαντο οὔνομα, καὶ 10 νῦν ἔτι καλέονται ὑπὸ τῶν περιοίκων οἱ Λύκιοι, Τερμίλαι. ὡς δὲ ἐξ Ἀθηνέων Λύκος ὁ Πανδίονος, ἐξελασθεὶς καὶ οὗτος ὑπὸ τοῦ ἀδελφεοῦ Αἰγέως, ἀπίκετο ἐς τοὺς Τερμίλας παρὰ Σαρπηδόνα, οὕτω δὴ κατὰ τοῦ Λύκου τὴν ἐπωνυμίην Λύκιοι ἀνὰ χρόνον ἐκλήθησαν. 15 νόμοισι δὲ, τὰ μὲν Κρητικοῖσι, τὰ δὲ Καρικοῖσι χρέωνται. ἓν δὲ τόδε ἴδιον νενομίκασι, καὶ οὐδαμοῖσι ἄλλοισι συμφέρονται ἀνθρώπων· καλέουσι ἀπὸ τῶν μητέρων ἑωυτοὺς, καὶ οὐκὶ ἀπὸ τῶν πατέρων. εἰρομένου δὲ

pedonem eiusque asseclas eiecit. Tum hi, insulâ expulsi, in Asiam pervenerunt, in terram Milyadem: nam, quam regionem nunc *Lycii* incolunt, haec olîm *Milyas* erat: Milyae vero Solymi olim nominabantur. Aliquantum igitur temporis regnum in eos obtinuit Sarpedon: ipsi vero nominabantur, quod et olim nomen obtinuerant, et quo etiam nunc Lycii a finitimis adpellantur, *Termilae*. Ut vero Athenis *Lycus*, Pandionis filius, et ipse a fratre expulsus Aegeo, in Termilas ad Sarpedonem pervenit, inde demum, a Lyci nomine, successu temporis, *Lycii* sunt adpellati. Institutis autem utuntur partim Creticis, partim Caricis. Unum autem hocce proprium habent, nec cum ullis aliis hominibus commune: sese ipsi a matribus nominant, non a patribus. Si quis ex altero, quis sit, quaerit; respondebit illi hic, *esse*

20 ἑτέρου τὸν πλησίον, τίς εἴη, καταλέξει ἑωυτὸν μητρόθεν, καὶ τῆς μητρὸς ἀνανεμέεται τὰς μητέρας. καὶ ἢν μέν γε γυνὴ ἀστὴ δούλῳ συνοικήσῃ, γενναῖα τὰ τέκνα νενόμισται· ἢν δὲ ἀνὴρ ἀστὸς, καὶ ὁ πρῶτος αὐτέων, γυναῖκα ξείνην ἢ παλλακὴν ἔχῃ, ἄτιμα τὰ τέκνα γίνεται.

Οἱ μέν νυν Κᾶρες οὐδὲν λαμπρὸν ἔργον ἀποδεξάμενοι, ἐδουλώθησαν ὑπὸ Ἁρπάγου· οὔτε αὐτοὶ οἱ Κᾶρες ἀποδεξάμενοι οὐδὲν, οὔτε ὅσοι Ἑλλήνων ταύτην τὴν χώρην οἰκέουσι. οἰκέουσι δὲ καὶ ἄλλοι, καὶ Λακεδαιμο-5 νίων ἄποικοι Κνίδιοι, τῆς χώρης τῆς σφετέρης τετραμμένης ἐς πόντον, τὸ δὴ Τριόπιον καλέεται. ἀργμένης δὲ ἐκ τῆς χερσονήσου τῆς Βυβασσίης, ἐούσης τε πάσης τῆς Κνιδίης, πλὴν ὀλίγης, περιῤῥόου· (τὰ μὲν γὰρ αὐτῆς πρὸς βορῆν ἄνεμον, ὁ Κεραμεικὸς κόλπος ἀπέρ- 174

se huius vel illius matris filium, et matris suae matres a superioribus temporibus repetet. Porro, si mulier, quae civis sit, servo nupserit, honesto loco nati censentur liberi: sin vir civis, atque etiam princeps civium, peregrinam aut uxorem aut pellicem habet, ignobiles erunt liberi.

(174.) Iam Cares quidem, nullo claro edito facinore, subiugati sunt ab Harpago: nec vel Cares ipsi memorabile quidquam tunc gesserunt, nec quicumque natione Graeci illam regionem incolunt. Incolunt autem quum alii, tum Lacedaemoniorum coloni *Cnidii*, quorum ager mari est obversus, Triopiumque vocatur. Initium capit Cnidiorum ditio a Bybassiâ peninsulâ, et est tota, exiguo excepto spatio, mari circumflua: nam quae pars eius ad septemtrionem spectat, eam Ceramicus sinus includit; quae vero ad

γῃ, τὰ δὲ πρὸς νότον ἡ κατὰ Σύμην τε καὶ Ῥόδον θάλασσα·) τὸ ὦν δὴ ὀλίγον τοῦτο, ἐὸν ὅσον τε ἐπὶ πέντε στάδια, ὤρυσσον οἱ Κνίδιοι, ἐν ὅσῳ Ἅρπαγος τὴν Ἰωνίην κατεστρέφετο, βουλόμενοι νῆσον τὴν χώρην ποιῆσαι. ἐντὸς δέ πᾶσά σφι ἐγίνετο· τῇ γὰρ ἡ Κνιδίη χώρη ἐς τὴν ἤπειρον τελευτᾷ, ταύτῃ ὁ ἰσθμός ἐστι τὸν ὤρυσσον. καὶ δὴ πολλῇ χειρὶ ἐργαζομένων τῶν Κνιδίων· μᾶλλον γάρ τι καὶ θειότερον ἐφαίνοντο τιτρώσκεσθαι οἱ ἐργαζόμενοι τοῦ οἰκότος τά τε ἄλλα τοῦ σώματος, καὶ μάλιστα τὰ περὶ τοὺς ὀφθαλμούς, θραυομένης τῆς πέτρης· ἔπεμπον ἐς Δελφοὺς θεοπρόπους ἐπειρησομένους τὸ ἀντίξοον. ἡ δὲ Πυθίη σφι, ὡς αὐτοὶ Κνίδιοι λέγουσι, χρᾷ ἐν τριμέτρῳ τόνῳ τάδε·

Ἰσθμὸν δὲ μὴ πυργοῦτε, μηδ᾽ ὀρύσσετε·

meridiem, mare quod ad Symen et Rhodum est. Istud igitur exiguum spatium, quod quinque fere stadiorum est, perfodere instituerunt Cnidii per id tempus quo Ioniam Harpagus subegit; cupientes ex agro suo insulam facere. Erat autem universa eorum ditio intra isthmum; nam ubi illa versus continentem desinit, ibi is isthmus est, quem perfodiebant. Multorum igitur hominum manibus in opere occupatis, quum magis quam consentaneum erat vulnerarentur et alia corporis membra et maxime oculi eorum qui opus faciebant et petram perfringebant, ita ut adpareret non sine deorum numine id fieri; miserunt Delphos qui consulerent oraculum *quidnam esset quod ipsis adversaretur*. Quibus Pythia, ut ipsi fatentur Cnidii, trimetro tenore haecce respondit:

Nec aggerate, nec vel isthmum fodite;

Ζεὺς γάρ κ' ἔθηκε νῆσον, εἴ κ' ἐβούλετο.

25 Κνίδιοι μὲν, ταῦτα τῆς Πυθίης χρησάσης, τοῦ τε ὀρύγματος ἐπαύσαντο· καὶ Ἁρπάγῳ, ἐπιόντι σὺν τῷ στρατῷ, ἀμαχητί σφεας αὐτοὺς παρέδοσαν. Ἦσαν δὲ 175 Πηδασέες οἰκοῦντες ὑπὲρ Ἁλικαρνησσοῦ μεσόγαιαν· τοῖσι ὅκως τι μέλλοι ἀνεπιτήδειον ἔσεσθαι, αὐτοῖσί τε καὶ τοῖσι περιοίκοισι, ἡ ἱερείη τῆς Ἀθηναίης πώγωνα 5 μέγαν ἴσχει. τρίς σφι τοῦτο ἐγένετο. οὗτοι τῶν περὶ Καρίην ἀνδρῶν μοῦνοί τε ἀντέσχον χρόνον Ἁρπάγῳ, καὶ πρήγματα παρέσχον πλεῖστα, ὄρος τειχίσαντες, τῷ οὔνομά ἐστι Λίδη. Πηδασέες μέν νυν χρόνῳ ἐξαιρέθησαν. Λύκιοι δὲ, ὡς ἐς τὸ Ξάνθιον πεδίον ἤλασε 176 ὁ Ἅρπαγος τὸν στρατὸν, ὑπεξιόντες, καὶ μαχόμενοι ὀλίγοι πρὸς πολλοὺς, ἀρετὰς ἀπεδείκνυντο· ἑσσωθέντες

nam, si placuisset, insulam dederat Deus.

Quo accepto responso, Cnidii a fodiendo destitere; et Harpago cum exercitu advenienti ultro sese, nullâ initâ pugnâ, dediderunt. (175.) Fuere autem *Pedasenses*, mediterranea super Halicarnassum habitantes: quibus quoties publice imminet aliquod incommodum, sacerdos foemina Minervae ingentem emittit barbam; quae res illis tribus separatis temporibus accidit. Hi soli ex omnibus Cariam habitantibus Harpago aliquamdiu restitere, et plurimam illi molestiam crearunt; quum montem, cui Lida nomen, muro muniissent. Sed et hi haud multo post sunt expugnati. (176.) *Lycii* vero, ut in *Xanthium* campum Harpagus promovit exercitum, eductis copiis pugnam inierunt, pauci adversus multos, et egregia virtutis specimina edidere. Sed praelio superati, et

δέ, καὶ κατειληθέντες ἐς τὸ ἄστυ, συνήλισαν ἐς τὴν ἀκρόπολιν τάς τε γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα καὶ τὰ χρήματα καὶ τοὺς οἰκέτας· καὶ ἔπειτα ὑπῆψαν τὴν ἀκρόπολιν πᾶσαν ταύτην καίεσθαι. ταῦτα δὲ ποιήσαντες καὶ συνομόσαντες ὅρκους δεινούς, ὑπεξελθόντες ἀπέθανον πάντες Ξάνθιοι μαχόμενοι. τῶν δὲ νῦν Λυκίων φαμένων Ξανθίων εἶναι, οἱ πολλοί, πλὴν ὀγδώκοντα ἱστιέων, εἰσὶ ἐπήλυδες· αἱ δὲ ὀγδώκοντα ἱστίαι αὗται ἔτυχον τηνικαῦτα ἐκδημέουσαι, καὶ οὕτω περιεγένοντο. τὴν μὲν δὴ Ξάνθον οὕτως ἔσχε ὁ Ἅρπαγος. παραπλησίως δὲ καὶ τὴν Καῦνον ἔσχε. καὶ γὰρ οἱ Καύνιοι τοὺς Λυκίους ἐμιμήσαντο τὰ πλέω.

177. ΤΑ μέν νυν κάτω τῆς Ἀσίης Ἅρπαγος ἀνάστατα ἐποίεε· τὰ δὲ ἄνω αὐτῆς, αὐτὸς Κῦρος, πᾶν ἔθνος καταστρεφόμενος, καὶ οὐδὲν παριείς. τὰ μέν νυν αὐτέων

in oppidum compulsi, congregatis in arcem uxoribus liberisque et rebus pretiosis et servis, ignem subiecerunt arci, ut tota concremaretur. His factis, diris iuramentis invicem adstricti, egressi sunt, et fortiter pugnantes Xanthii omnes obierunt. Eorum Lyciorum, qui nostra aetate *Xanthios* se esse praedicant, advenae sunt plerique, exceptis octoginta familiis; quae familiae tunc temporis forte domo aberant, atque ita superfuerunt. Xantho igitur tali modo potitus Harpagus est. Simili vero ratione etiam *Cauno* est potitus; nam et Caunii maiori ex parte Lycios sunt imitati.

(177.) Inferiorem igitur Asiam subegit Harpagus, superiora autem Asiae *Cyrus* ipse; singulos populos in potestatem suam redigens, nullumque praeter-

πλέω παρήσομεν· τὰ δέ οἱ παρέσχε πόνον τε πλεῖστον,
5 καὶ ἀξιαπηγητότατά ἐστι, τούτων ἐπιμνήσομαι.

Κῦρος ἐπεί τε τὰ πάντα τῆς ἠπείρου ὑποχείρια ἐποιή- 178
σατο, Ἀσσυρίοισι ἐπετίθετο. Τῆς δὲ Ἀσσυρίης ἐστὶ
μέν κου καὶ ἄλλα πολίσματα μεγάλα πολλά· τὸ δὲ
ὀνομαστότατον καὶ ἰσχυρότατον, καὶ ἔνθα σφι, Νίνου
5 ἀναστάτου γενομένης, τὰ βασιλήϊα κατεστήκεε, ἦν
ΒΑΒΥΛΩΝ· ἐοῦσα τοιαύτη δή τις. πόλις κέεται ἐν πε-
δίῳ μεγάλῳ, μέγαθος ἐοῦσα μέτωπον ἕκαστον, εἴκοσι
καὶ ἑκατὸν σταδίων, ἐούσης τετραγώνου· οὗτοι στάδιοι
τῆς περιόδου τῆς πόλιος γίνονται συνάπαντες ὀγδώκοντα
10 καὶ τετρακόσιοι. τὸ μέν νυν μέγαθος τοσοῦτόν ἐστι τοῦ
ἄστεος τοῦ Βαβυλωνίου. ἐκεκόσμητο δὲ ὡς οὐδὲν ἄλλο
πόλισμα τῶν ἡμεῖς ἴδμεν. τάφρος μὲν πρῶτά μιν βα-

mittens. Cuius res gestas plerasque quidem silentio nos praeteribimus: quae vero plurimo cum labore gessit, quaeve prae caeteris maxime sunt memorabilia, eorum faciam mentionem.

(178.) Universo continente inferioris Asiae potestati suae subiecto, *Assyrios* Cyrus adgressus est. Sunt autem Assyriae quum aliae urbes insignes multae, tum clarissima omnium et munitissima, quae post Ninum eversam regia sedes erat, *Babylon;* cuius haec erat conditio. Sita in ampla planitie, formam habet quadratam, cuius quodque latus centum et viginti stadia metitur: ita totius urbis circuitus conficitur quadringentorum octoginta stadiorum. Haec amplitudo est urbis Babyloniae. Exornata vero instructaque erat ita, ut nulla alia cuius ad nos notitia pervenit. Statim fossa eam circumdat alta lataque,

θέα τε καὶ εὐρέα καὶ πλέη ὕδατος [illegible]· μετὰ δὲ, τεῖχος πεντήκοντα μὲν πηχέων βασιληΐων ἐὸν τὸ εὖρος, ὕψος δὲ, διηκοσίων πηχέων. ὁ δὲ βασιλήϊος πῆχυς τοῦ 15
179 μετρίου ἐστὶ πήχεος μέζων τρισὶ δακτύλοισι. Δεῖ δή με πρὸς τούτοισι ἐπιφράσαι, ἵνα τε ἐκ τῆς τάφρου ἡ γῆ ἀναισιμώθη, καὶ τὸ τεῖχος ὅντινα τρόπον ἔργαστο. ὀρύσσοντες ἅμα τὴν τάφρον, ἐπλίνθευον τὴν γῆν τὴν ἐκ τοῦ ὀρύγματος ἐκφερομένην· ἑλκύσαντες δὲ πλίνθους 5
ἱκανὰς, ὤπτησαν αὐτὰς ἐν καμίνοισι. μετὰ δὲ, τέλματι χρεώμενοι ἀσφάλτῳ θερμῇ, καὶ διὰ τριήκοντα δόμων πλίνθου ταρσοὺς καλάμων διαστοιβάζοντες, ἔδειμαν πρῶτα μὲν τῆς τάφρου τὰ χείλεα· δεύτερα δὲ, αὐτὸ τὸ τεῖχος τὸν αὐτὸν τρόπον. ἐπάνω δὲ τοῦ τείχεος 10
παρὰ τὰ ἔσχατα, οἰκήματα μουνόκωλα ἔδειμαν, τετραμμένα ἐς ἄλληλα· τὸ μέσον δὲ τῶν οἰκημάτων ἐλι-

et aquâ nunquam non repleta: dein murus, cuius latitudo quinquaginta cubitorum regiorum est, altitudo ducentorum cubitorum. Est autem cubitus regius maior vulgari tribus digitis. (179.) Oportet me vero ad haec declarare, quem in usum insumta sit terra e fossâ egesta, et murus ille quo pacto fuerit confectus. Ut fossam fodiebant, ita simul terram e fossâ egestam formabant in lateres: ubique laterum probabilem numerum duxerant, ita eos in fornacibus coquebant. Tum loco calcis asphalto calidâ utentes, et tricesimo cuique laterum ordini arundinum alas interstipantes, primum labia construxerunt fossae, deinde ipsum murum eodem modo. Super muro vero in utriusque lateris orâ, contiguas aedificarunt domunculas, sibi invicem obversas; medium autem

πον τεθρίππῳ περιέλαυνειν. πύλαι δὲ ἐνεστᾶσι πέριξ τοῦ
τείχεος ἑκατὸν, χάλκεαι πᾶσαι· καὶ σταθμοί τε καὶ
15 ὑπέρθυρα ὡσαύτως. ἔστι δὲ ἄλλη πόλις ἀπέχουσα
ἑπτὰ ἡμερέων ὁδὸν ἀπὸ Βαβυλῶνος· Ἲς οὔνομα αὐτῇ.
ἔνθα ἐστὶ ποταμὸς οὐ μέγας· Ἲς καὶ τῷ ποταμῷ τὸ
οὔνομα· ἐσβάλλει δὲ οὗτος ἐς τὸν Εὐφρήτην ποταμὸν
τὸ ῥέεθρον. οὗτος ὦν ὁ Ἲς ποταμὸς, ἅμα τῷ ὕδατι
20 θρόμβους ἀσφάλτου ἀναδιδοῖ πολλούς· ἔνθεν ἡ ἄσφαλ-
τος ἐς τὸ ἐν Βαβυλῶνι τεῖχος ἐκομίσθη. Τετείχιστο 180
μέν νυν ἡ Βαβυλὼν τρόπῳ τοιῷδε. ἔστι δὲ δύο φάρσεα
τῆς πόλιος· τὸ γὰρ μέσον αὐτῆς ποταμὸς διέργει, τῷ
οὔνομά ἐστι Εὐφρήτης. ῥέει δὲ ἐξ Ἀρμενίων, ἐὼν μέ-
5 γας, καὶ βαθὺς, καὶ ταχύς· ἐξίει δὲ οὗτος ἐς τὴν Ἐρυ-
θρὴν θάλασσαν. τὸ ὦν δὴ τεῖχος ἑκάτερον τοὺς ἀγκῶ-
νας ἐς τὸν ποταμὸν ἐλήλαται. τὸ δὲ ἀπὸ τούτου, αἱ

spatium tantum reliquerunt, ut circumagi quadrigae possent. In muro circumcirca centum sunt portae, aeneae omnes; et postes etiam, et superiora limina, itidem ex aere. Est autem aliud oppidum, octo dierum itinere distans a Babylone, cui nomen Is. Ibi fluvius est, non magnus, cui et ipsi Is nomen, qui in Euphratem undam suam infundit. Hic igitur Is fluvius simul cum undâ suâ complures edit grumos asphalti: unde ad aedificandum murum Babylonis asphaltus devecta est. (180.) Tali igitur modo munita *Babylon* est. Sunt autem duae urbis regiones: mediam enim perfluit et in duas partes dividit flumen, cui nomen *Euphrates*. Is ex Armenia fluit amplus et altus atque rapidus; exonerat se autem in Erythraeum mare. Murus igitur utrimque brachia ad

ἐπικαμπαὶ παρὰ χεῖλος ἑκάτερον τοῦ ποταμοῦ, αἱμασιὴ πλίνθων ὀπτέων παρατείνει. τὸ δὲ ἄστυ αὐτὸ, ἐὸν πλῆρες οἰκιέων τριορόφων τε καὶ τετρωρόφων, κατατέτμηται τὰς ὁδοὺς ἰθείας, τάς τε ἄλλας, καὶ τὰς ἐπικαρσίας τὰς ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἐχούσας. κατὰ δὴ ὦν ἑκάστην ὁδὸν ἐν τῇ αἱμασιῇ τῇ παρὰ τὸν ποταμὸν πυλίδες ἐπῆσαν, ὅσαι περ αἱ λαῦραι, τοσαῦται ἀριθμόν. ἦσαν δὲ καὶ αὗται χάλκεαι, φέρουσαι καὶ αὐταὶ ἐς αὐτὸν τὸν ποταμόν. (181) Τοῦτο μὲν δὴ τὸ τεῖχος θώρηξ ἐστί. ἕτερον δὲ ἔσωθεν τεῖχος περιθεῖ, οὐ πολλῷ τέῳ ἀσθενέστερον τοῦ ἑτέρου τείχεος, στεινότερον δέ. Ἐν δὲ φάρσεϊ ἑκατέρῳ τῆς πόλιος τετείχιστο ἐν μέσῳ· ἐν τῷ ἦεν τὰ βασιλήϊα, περιβόλῳ μεγάλῳ τε καὶ ἰσχυρῷ·

CLXXXI. 5. ἦεν. εἶεν *unus cod. ms.* μὲν *corrigunt viri docti. Poteras et* ἐν τῷ ἑνὶ *suspicari.*

flumen usque ducta habet: inde inflexa procedit utrinque maceria ex coctili latere, quae utrique fluminis labio praetenditur. Urbs ipsa domibus repleta est trium aut quatuor tabulatorum; per eamque ductae sunt viae ad lineam directae, quum aliae, tum eae quae e transverso ad flumen pertinent. Ad quamque harum viarum apertae sunt in maceria iuxta flumen decurrente portae minores, totidem numero quot viae sunt: atque etiam hae portae ex aere sunt, per quas ad ipsum flumen transitur. (181.) Murus quem dixi, robur praecipuum munimenti est: circumductus est autem interius alius murus, haud multo infirmior altero, sed angustior. In medio autem utriusque regionis, in quas urbs dividitur, exstructa erat, in alterâ quidem regia aula, vasto circuitu validoque;

ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ, Διὸς Βήλου ἱρὸν χαλκόπυλον, καὶ ἐς
ἐμὲ τοῦτο ἔτι ἐὸν, δύο σταδίων πάντῃ, ἐὸν τετράγω-
νον. ἐν μέσῳ δὲ τοῦ ἱροῦ πύργος στερεὸς οἰκοδόμηται,
σταδίου καὶ τὸ μῆκος καὶ τὸ εὖρος· καὶ ἐπὶ τούτῳ τῷ
10 πύργῳ ἄλλος πύργος ἐπιβέβηκε, καὶ ἕτερος μάλα ἐπὶ
τούτῳ, μέχρις οὗ ὀκτὼ πύργων. ἀνάβασις δὲ ἐς αὐ-
τοὺς ἔξωθεν κύκλῳ περὶ πάντας τοὺς πύργους ἔχουσα
πεποίηται. μεσοῦντι δέ κου τῆς ἀναβάσιος, ἔστι κατα-
γωγή τε καὶ θῶκοι ἀμπαυστήριοι, ἐν τοῖσι κατίζοντες
15 ἀμπαύονται οἱ ἀναβαίνοντες. ἐν δὲ τῷ τελευταίῳ πύρ-
γῳ νηὸς ἔπεστι μέγας· ἐν δὲ τῷ νηῷ κλίνη μεγάλη
κέεται εὖ ἐστρωμένη, καί οἱ τράπεζα παρακέεται χρυ-
σέη. ἄγαλμα δὲ οὐκ ἔνι οὐδὲν αὐτόθι ἐνιδρυμένον· οὐδὲ
νύκτα οὐδεὶς ἐναυλίζεται ἀνθρώπων, ὅτι μὴ γυνὴ μούνη
20 τῶν ἐπιχωρίων, τὴν ἂν ὁ θεὸς ἕληται ἐκ πασέων, ὡς

in alterâ, Iovis Beli templum aeneis portis instructum, quod nunc etiam superest, duo stadia quaquaversum metiens, formâ quadratâ. Huius in templi medio turris solida exstructa est, unum stadium tam in longitudinem quum in latitudinem patens: et super hac turri erecta est alia, iterumque super hac alia ad octo turres numero. Hae turres conscenduntur extrinsecus, viâ circum omnes sursum ducente: in medio vero adscensu diversorium est, et sellae in quibus residentes requiescere possint qui adscendunt. Extremae turri templum superstructum est amplum: quo in templo stratus lectus magnus, iuxtaque eum adposita mensa aurea. Imago autem aut statua nulla inest, neque pernoctat ibi quisquam mortalium, praeter unam mulierum ex indigenis, quamcumque

λέγουσι οἱ Χαλδαῖοι ἐόντες ἱρέες τούτου τοῦ θεοῦ.
182 Φασὶ δὲ οἱ αὐτοὶ οὗτοι, ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγοντες,
τὸν θεὸν αὐτὸν φοιτᾶν τε ἐς τὸν νηὸν καὶ ἀμπαύεσθαι
ἐπὶ τῆς κλίνης, κατάπερ ἐν Θήβῃσι τῇσι Αἰγυπτίῃσι
κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὡς λέγουσι οἱ Αἰγύπτιοι· καὶ
γὰρ δὴ ἐκεῖθι κοιμᾶται ἐν τῷ τοῦ Διὸς τοῦ Θηβαιέος 5
γυνή· ἀμφότεραι δὲ αὗται λέγονται ἀνδρῶν οὐδαμῶν
ἐς ὁμιλίην φοιτᾶν· καὶ κατάπερ ἐν Πατάροισι τῆς Λυ-
κίης ἡ πρόμαντις τοῦ θεοῦ, ἐπεὰν γένηται· οὐ γὰρ ὦν
αἰεί ἐστι χρηστήριον αὐτόθι· ἐπεὰν δὲ γένηται, τότε ὦν
183 συγκατακληίεται τὰς νύκτας ἔσω ἐν τῷ νηῷ. Ἔστι
δὲ τοῦ ἐν Βαβυλῶνι ἱροῦ καὶ ἄλλος κάτω νηός, ἔνθα
ἄγαλμα μέγα τοῦ Διὸς ἔνι κατήμενον χρύσεον, καί
οἱ τράπεζα μεγάλη παρακέεται χρυσέη, καὶ τὸ βά-
θρον οἱ καὶ ὁ θρόνος χρύσεός ἐστι· καὶ ὡς ἔλεγον οἱ 5
Χαλδαῖοι, ταλάντων ὀκτακοσίων χρυσίου πεποίηται

ex omnibus selegerit deus, ut Chaldaei aiunt, qui sunt huius dei sacerdotes. (182.) Narrant autem iidem, quod mihi quidem non persuadent, ventitare hunc deum in istud templum, et in lecto illo quiescere, sicut Thebis Aegyptiis fit eodem modo, ut Aegyptii narrant, nam et ibi in Iovis Thebani templo decumbit mulier: utrumque autem harum cum nullo viro aiunt habere consuetudinem. Simile institutum Pataris in Lycia obtinet, quando ibi fatidica Dei sacerdos est; nec enim constanter ibi est oraculum: quod si est, tunc qualibet nocte cum deo illa in templo includitur. (183.) Est autem in Babylonico templo alia etiam aedes inferne: ubi magnum est simulacrum Iovis sedentis, cui mensa adposita aurea, et scabellum et sella ex auro: omnia, ut narraverunt

ταῦτα. ἔξω δὲ τοῦ νηοῦ, βωμός ἐστι χρύσεος. ἔστι δὲ καὶ ἄλλος βωμὸς μέγας, ὅπου θύεται τὰ τέλεα τῶν προβάτων· ἐπὶ γὰρ τοῦ χρυσέου βωμοῦ οὐκ ἔξεστι
10 θύειν, ὅτι μὴ γαλαθηνὰ μοῦνα. ἐπὶ δὲ τοῦ μέζονος βωμοῦ καὶ καταγίζουσι λιβανωτοῦ χίλια τάλαντα ἔτεος ἑκάστου οἱ Χαλδαῖοι, τότε ἐπεὰν τὴν ὁρτὴν ἄγωσι τῷ θεῷ τούτῳ. ἦν δὲ ἐν τῷ τεμένεϊ τούτῳ ἔτι τὸν χρόνον ἐκεῖνον καὶ ἀνδριὰς δυώδεκα πηχέων, χρύσεος,
15 στερεός. ἐγὼ μέν μιν οὐκ εἶδον· τὰ δὲ λέγεται ὑπὸ Χαλδαίων, ταῦτα λέγω. τούτῳ τῷ ἀνδριάντι Δαρεῖος μὲν ὁ Ὑστάσπεος ἐπιβουλεύσας, οὐκ ἐτόλμησε λαβεῖν· Ξέρξης δὲ ὁ Δαρείου ἔλαβε, καὶ τὸν ἱρέα ἀπέκτεινε, ἀπαγορεύοντα μὴ κινέειν τὸν ἀνδριάντα. τὸ μὲν
20 δὴ ἱρὸν τοῦτο οὕτω κεκόσμητο. ἔστι δὲ καὶ ἴδια ἀναθήματα πολλά.

Chaldaei, ex octingentis auri talentis confecta. Extra templum vero altare est aureum: estque praeterea alia ara ingens, ubi iustae aetatis mactantur victimae; nam ad auream illam aram non nisi lactentes mactare pecudes fas est. In maiore ara vero adolent etiam singulis annis Chaldaei mille thuris talenta, quo tempore festos dies huic deo agunt. Erat autem illa adhuc aetate in eodem templo statua solida ex auro, duodecim cubitorum: quam ego quidem non vidi, refero autem quae a Chaldaeis narrantur. Huic statuae insidiatus Darius, Hystaspis filius, non tamen ausus est eam auferre: Xerxes vero abstulit, occiso sacerdote, qui, ut statuam loco moveret, conatus erat prohibere. Atque ita quidem exornatum illud templum erat: exstant vero in eodem complura etiam privata donaria.

184 Τῆς δὲ Βαβυλῶνος ταύτης πολλοὶ μέν κου καὶ ἄλ-
λοι ἐγένοντο βασιλῆες, τῶν ἐν τοῖσι Ἀσσυρίοισι λόγοισι
μνήμην ποιήσομαι, οἳ τὰ τείχεά τε ἐπεκόσμησαν καὶ
τὰ ἱρά· ἐν δὲ δὴ καὶ γυναῖκες δύο. ἡ μὲν πρότερον ἄρ-
ξασα, τῆς ὕστερον γενεῇσι πέντε προτέρη γενομένη, τῇ 5
οὔνομα ἦν Σεμίραμις. αὕτη μὲν ἀπεδέξατο χώματα
ἀνὰ τὸ πεδίον ἐόντα ἀξιοθέητα· πρότερον δὲ ἐώθεε ὁ πο-
185 ταμὸς ἀνὰ τὸ πεδίον πᾶν πελαγίζειν. Ἡ δὲ δὴ δεύ-
τερον γενομένη ταύτης βασίλεια, τῇ οὔνομα ἦν Νίτω-
κρις, (αὕτη δὲ συνετωτέρη γενομένη τῆς πρότερον ἀρξά-
σης,) τοῦτο μὲν, μνημόσυνα ἐλίπετο τὰ ἐγὼ ἀπηγή-
σομαι· τοῦτο δὲ, τὴν Μήδων ὁρῶσα ἀρχὴν μεγάλην τε 5
καὶ οὐκ ἀτρεμίζουσαν, ἄλλα τε ἀραιρημένα ἄστεα
αὐτοῖσι, ἐν δὲ δὴ καὶ τὴν Νῖνον, προεφυλάξατο ὅσα
ἐδύνατο μάλιστα. Πρῶτα μὲν τὸν Εὐφρήτην ποταμόν,

(184.) *Babylonis* huius quum multi alii fuerant *Reges*, qui et urbem et templa exornarunt, quorum in *Assyriarum rerum Historiâ* faciam mentionem: tum in his etiam duae mulieres. Harum illa, quae prior regnavit, posteriorem quinque generationibus antecessit, cui nomen fuit *Semiramis;* quae aggeres per planitiem excitavit spectatu dignos, quum antea fluvius per universum campum solitus esset restagnare. (185.) Altera, quae post hanc regnavit, nomine *Nitocris*, quae priori fuit intelligentior, partim monumenta reliquit, quae commemorabo; partim, quum Medorum imperium amplum videret, nec agens quietem, quod et alia multa oppida ab illis capta essent, et in his Ninus, praemunivit se adversus illos quam maxime potuit. Primum quidem Eu-

ῥέοντα πρότερον ἰθὺν, ὅς σφι διὰ τῆς πόλιος μέσης ῥέει,
10 τοῦτον, ἄνωθεν διώρυχας ὀρύξασα, οὕτω δή τι ἐποίησε σκολιὸν, ὥστε δὴ τρὶς ἐς τῶν τινα κωμέων τῶν ἐν τῇ Ἀσσυρίῃ ἀπικνέεται ῥέων. τῇ δὲ κώμῃ οὔνομά ἐστι, ἐς τὴν ἀπικνέεται ὁ Εὐφρήτης, Ἀρδέρικκα. καὶ νῦν οἳ ἂν κομίζωνται ἀπὸ τῆσδε τῆς θαλάσσης ἐς Βαβυλῶνα,
15 καταπλέοντες ἐς τὸν Εὐφρήτην ποταμὸν, τρίς τε ἐς τὴν αὐτὴν ταύτην κώμην παραγίνονται, καὶ ἐν τρισὶ ἡμέρῃσι. τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτο ἐποίησε. Χῶμα δὲ παρέχωσε παρ' ἑκάτερον τοῦ ποταμοῦ τὸ χεῖλος, ἄξιον θώυματος, μέγαθος καὶ ὕψος ὅσον τί ἐστι. κατύπερθε
20 δὲ πολλῷ Βαβυλῶνος ὤρυσσε ἔλυτρον λίμνῃ, ὀλίγον τι παρατείνουσα ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ, βάθος μὲν ἐς τὸ ὕδωρ αἰεὶ ὀρύσσουσα, εὖρος δὲ τὸ περίμετρον αὐτοῦ ποιεῦσα εἰκοσί τε καὶ τετρακοσίων σταδίων· τὸν δὲ ὀρυσσόμενον

phratem fluvium, qui Babylonem perfluit, quum antea recto cursu fluxisset, hunc illa, fossis superne ductis, ita tortuosum reddidit, ut ter in suo cursu ad quempiam Assyriae vicum perveniat. Ardericca vici nomen est, ad quem ita Euphrates accedit. Et nunc, qui ab hoc nostro mari Babylonem proficiscuntur, quum Euphrate fluvio versus illam descendunt, ter ad eumdem vicum accedunt, et quidem tribus deinceps diebus. Hoc tale ab illa effectum est. Praeterea aggerem ad utramque fluvii ripam adgessit miratu dignum, quum latitudinis caussâ, tum altitudinis. Longe vero supra Babylonem alveum effodit recipiendo lacui, nonnihil deflectens a flumine; et in altitudinem quidem ubique fodit usque dum aqua scaturiret, in amplitudinem vero circuitum alvei

χοῦν ἐκ τούτου τοῦ ὀρύγματος ἀναισίμου παρὰ τὰ χεί-
λεα τοῦ ποταμοῦ παραχέουσα. ἐπεί τε δέ οἱ ὤρυκτο, 25
λίθους ἀγαγομένη, κρηπῖδα κύκλῳ περὶ αὐτὴν ἤλασε.
Ἐποίεε δὲ ἀμφότερα ταῦτα, τόν τε ποταμὸν σκολιὸν,
καὶ τὸ ὄρυγμα πᾶν ἕλος· ὡς ὅ τε ποταμὸς βραδύ-
τερος εἴη, περὶ καμπὰς πολλὰς ἀγνύμενος, καὶ οἱ
πλόοι ἔωσι σκολιοὶ ἐς τὴν Βαβυλῶνα· ἔκ τε τῶν πλόων 30
ἐκδέκηται περίοδος τῆς λίμνης μακρή. κατὰ τοῦτο δὲ
εἰργάζετο τῆς χώρης τῇ αἵ τε ἐσβολαὶ ἦσαν, καὶ τὰ
σύντομα τῆς ἐκ Μήδων ὁδοῦ, ἵνα μὴ ἐπιμισγόμενοι οἱ
186 Μῆδοι ἐκμανθάνοιεν αὐτῆς τὰ πρήγματα. Ταῦτα μὲν
δὴ ἐκ βάθεος περιεβάλετο· τοιήνδε δὲ ἐξ αὐτῶν παρεν-
θήκην ἐποιήσατο. Τῆς πόλιος ἐούσης δύο φαρσέων,

fecit quadringentorum et viginti stadiorum : terram autem ex fossa egestam insumsit in aggeres iuxta ripam fluvii iaciendos. Tum, absoluto effodiendi labore, advectis lapidibus, totum alveum circumcirca crepidine munivit. Duo autem ista opera fecit, flumen tortuosum, et ex effosso alveo lacunam, hoc consilio, ut lentior flueret flumen, multis flexibus fracto illius impetu, utque flexuosa fieret navigatio, aut, si navibus vellent exscendere hostes, exciperet illos longus circa lacunam anfractus. Ab ea autem parte terrae Babyloniae fecit haec Nitocris, quâ erat ex Media introitus et iter brevissimum; ne Medi sese ingerentes, res ipsius specularentur. (186.) Has igitur munitiones illa ex profundo sibi circumdedit : quibus tale quoddam corollarium, alteri instituto veluti medium interponens, adiecit. Quum in duas regiones divisa urbs esset, quarum medium fluvius obti-

τοῦ δὲ ποταμοῦ μέσον ἔχοντος, ἐπὶ τῶν πρότερον βα-
5 σιλέων ὅκως τις ἐθέλοι ἐκ τοῦ ἑτέρου φάρσεος ἐς τοὔ-
τερον διαβῆναι, χρῆν πλοίῳ διαβαίνειν. καὶ ἦν, ὡς ἐγὼ
δοκέω, ὀχληρὸν τοῦτο· αὕτη δὲ καὶ τοῦτο προεῖδε. ἐπεί
τε γὰρ ὤρυσσε τὸ ἔλυτρον τῇ λίμνῃ, μνημόσυνον τόδε
ἄλλο ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἔργου ἐλίπετο. ἐτάμνετο λίθους
10 περιμήκεας· ὡς δέ οἱ ἦσαν οἱ λίθοι ἑτοῖμοι, καὶ τὸ
χωρίον ὀρώρυκτο, ἐκτρέψασα τοῦ ποταμοῦ τὸ ῥέεθρον
πᾶν ἐς τὸ ὤρυσσε χωρίον· ἐν τῷ ἐπίμπλατο τοῦτο, ἐν
τούτῳ ἀπεξηρασμένου τοῦ ἀρχαίου ῥεέθρου, τοῦτο μὲν,
τὰ χείλεα τοῦ ποταμοῦ κατὰ τὴν πόλιν καὶ τὰς κα-
15 ταβάσιας, τὰς ἐκ τῶν πυλίδων ἐς τὸν ποταμὸν φερού-
σας, ἀνοικοδόμησε πλίνθοισι ὀπτῇσι, κατὰ τὸν αὐτὸν
λόγον τῷ τείχεϊ· τοῦτο δὲ, κατὰ μέσην κου μάλιστα
τὴν πόλιν, τοῖσι λίθοισι, τοὺς ὠρύξατο, οἰκοδόμεε γέφυ-

nebat; superiorum regum aetate, quoties ex una regione in alteram vellet aliquis tranaire, navigio erat transeundum. Quod quum, ut equidem existimo, esset molestum, illa huic rei providit. Ut enim alveum stagno recipiendo effodit, simul aliud hoc monumentum eiusdem operis reliquit. Lapides caedendos curavit permagnos: qui postquam fuere parati, effossusque locus fuit quem dixi, in hunc ipsum effossum locum cursum omnem fluminis avertit; qui locus ut implebatur, ita vetus fluminis alveus exsiccabatur. Igitur per id tempus partim fluvii labia, qua is per urbem decurrit, ac descensus qui ex minoribus portis ad flumen ducunt, coctis lateribus eodem modo, quo murus structus erat, exaedificavit: partim, in mediâ fere urbe, ex lapidibus, quos excindi iusse-

ραν, δέουσα τοὺς λίθους σιδήρῳ τε καὶ μολύβδῳ. ἐπιτείνεσκε δὲ ἐπ' αὐτήν, ὅκως μὲν ἡμέρη γίνοιτο, ξύλα 20 τετράγωνα, ἐπ' ὧν τὴν διάβασιν ἐποιεῦντο οἱ Βαβυλώνιοι· τὰς δὲ νύκτας τὰ ξύλα ταῦτα ἀπαιρέεσκον, τοῦδε εἵνεκα, ἵνα μὴ διαφοιτέοντες τὰς νύκτας κλέπτοιεν παρ' ἀλλήλων. ὡς δὲ τό τε ὀρυχθὲν λίμνη πλήρης ἐγεγόνεε ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ, καὶ τὰ περὶ τὴν γέφυραν 25 ἐκεκόσμητο, τὸν Εὐφρήτην ποταμὸν ἐς τὰ ἀρχαῖα ῥέεθρα ἐκ τῆς λίμνης ἐξήγαγε· καὶ οὕτω τὸ ὀρυχθὲν, ἕλος γενόμενον, ἐς δέον ἐδόκεε γεγονέναι, καὶ τοῖσι πολιή-
187 τῃσι γέφυρα ἦν κατεσκευασμένη. Ἡ δ' αὐτὴ αὕτη βασίλεια καὶ ἀπάτην τοιήνδε τινὰ ἐμηχανήσατο. Ὑπὲρ τῶν μάλιστα λεωφόρων πυλέων τοῦ ἄστεος τάφον ἑωυτῇ κατεσκευάσατο μετέωρον ἐπιπολῆς αὐτέων τῶν πυλέων. ἐνεκόλαψε δὲ ἐς τὸν τάφον γράμματα λέ- 5

rat, pontem aedificavit, ferro et plumbo lapides vinciens. Eo super ponte interdiu quotidie tigna quadrata intendebantur, quibus transirent Babylonii; noctu vero tollebantur haec tigna, eâ caussâ, ne per noctem ex altera urbis regione in alteram transeuntes furta exercerent. Postquam fossa lacus fuerat factus aquâ fluminis repletus, perfectusque pons fuerat; tum deinde Euphrates fluvius in pristinum alveum iterum est derivatus: atque ita, quum effossus locus palus fieret, commode hoc recteque factum visum est, et civibus pons erat exstructus. (187.) Eadem regina dolum etiam quempiam machinata est huiusmodi. Super porta urbis celeberrima sepulcrum exstrui sibi iussit sublime, in summo ipsius portae. Ei sepulcro inscriptionem incidi curavit in hanc sententiam: Si

γοντα τάδε· ΤΩΝ ΤΙΣ ἘΜΕΥ ὙΣΤΕΡΟΝ ΓΙΝΟΜΕ-
ΝΩΝ ΒΑΒΥΛΩΝΟΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ, ἬΝ ΣΠΑΝΙΣΗι ΧΡΗ-
ΜΑΤΩΝ, ἈΝΟΙΞΑΣ ΤΟΝ ΤΑΦΟΝ, ΛΑΒΕΤΩ ὉΚΟΣΑ
ΒΟΥΛΕΤΑΙ ΧΡΗΜΑΤΑ. ΜΗ ΜΕΝΤΟΙ ΓΕ ΜΗ ΣΠΑΝΙ-
10 ΣΑΣ ΓΕ, ἈΛΛΩΣ ἈΝΟΙΞΗι. ΟΥ ΓΑΡ ἈΜΕΙΝΟΝ.
Οὗτος ὁ τάφος ἦν ἀκίνητος, μέχρι οὗ ἐς Δαρεῖον περιῆλθε ἡ βασιληΐη. Δαρείῳ δὲ καὶ δεινὸν ἐδόκεε εἶναι τῇσι πύλῃσι ταύτῃσι μηδὲν χρέεσθαι· καὶ χρημάτων κειμένων, καὶ αὐτῶν τῶν χρημάτων ἐπικαλεομένων,
15 μὴ οὐ λαβεῖν αὐτά. τῇσι δὲ πύλῃσι ταύτῃσι οὐδὲν ἐχρᾶτο, τοῦδε εἵνεκα, ὅτι ὑπὲρ κεφαλῆς οἱ ἐγίνετο ὁ νεκρὸς διεξελαύνοντι. ἀνοίξας δὲ τὸν τάφον, εὗρε χρήματα μὲν οὔ, τὸν δὲ νεκρὸν, καὶ γράμματα λέγοντα τάδε·
ἘΙ ΜΗ ἈΠΛΗΣΤΟΣ ΤΕ ἘΑΣ ΧΡΗΜΑΤΩΝ ΚΑΙ ΑἸ-
20 ΣΧΡΟΚΕΡΔΗΣ, ΟΥ̓Κ ἊΝ ΝΕΚΡΩΝ ΘΗΚΑΣ ἈΝΕΩ-

QUIS EORUM, QUI POST ME REGES ERUNT BABYLONIS, PECUNIA INDIGUERIT, APERIAT HOC SEPULCRUM, ET SUMAT QUANTUM VOLUERIT PECUNIAE. AT, NISI AD MODUM INDIGUERIT, UTIQUE NON APERIAT. NEQ ENIM ID ILLI PROFUERIT. Hoc sepulcrum intactum stetit, donec regnum ad Darium pervenit. Dario vero indigna res esse videbatur, hac portâ non uti, et pecuniam quae ibi deposita esset, atque etiam ipsa invitaret, non auferre. Portâ hac autem non utebatur eo, quod per illam transeunti cadaver capiti immineret. Igitur aperuit sepulcrum: at pecuniam quidem reperit nullam, sed cadaver, et aliam inscriptionem, in hanc sententiam: NISI INSATIABILIS ESSES ET TURPI LUCRO INHIANS, DEFUNCTORUM LOCULOS

Αὕτη μέν νυν ἡ βασίλεια, τοιαύτη τις λέγεται γενέσθαι.

188 Ὁ δὲ δὴ Κῦρος ἐπὶ ταύτης τῆς γυναικὸς τὸν παῖδα ἐστρατεύετο, ἔχοντά τε τοῦ πατρὸς τοῦ ἑωυτοῦ τοὔνομα Λαβυνήτου καὶ τὴν Ἀσσυρίων ἀρχήν. Στρατεύεται δὲ δὴ βασιλεὺς ὁ μέγας καὶ σιτίοισι εὖ ἐσκευασμένοισι ἐξ οἴκου, καὶ προβάτοισι· καὶ δὴ καὶ ὕδωρ ἀπὸ τοῦ 5 Χοάσπεω ποταμοῦ ἅμα ἄγεται τοῦ παρὰ Σοῦσα ῥέοντος, τοῦ μούνου πίνει βασιλεὺς, καὶ ἄλλου οὐδενὸς ποταμοῦ. τούτου δὲ τοῦ Χοάσπεω τοῦ ὕδατος ἀπεψημένου πολλαὶ κάρτα ἅμαξαι τετράκυκλοι ἡμιόνειαι, κομίζουσαι ἐν ἀγγείοισι ἀργυρέοισι, ἕπονται ὅπη ἂν ἐλαύ- 10 νῃσι ἑκάστοτε.

189 Ἐπεί τε δὲ ὁ Κῦρος πορευόμενος ἐπὶ τὴν Βαβυλῶνα ἐγίνετο ἐπὶ Γύνδῃ ποταμῷ, τοῦ αἱ μὲν πηγαὶ ἐν Ματιηνοῖσι οὔρεσι, ῥέει δὲ διὰ Δαρδανέων,

CLXXXIX. 3. Δαρδανίων. Δαρνίων *forsan.*

... APERUISSES. Haec sunt quae de regione hac memorantur.

(188.) Eiusdem huius reginae filium, Assyriae regem, cui nomen erat *Labynetus*, idem quod patri, bello petiit *Cyrus*. Proficiscitur autem in bellum Rex magnus, bene instructus domo farinaceis cibariis et pecudibus: atque etiam aquam ex Choaspe fluvio secum vehit, qui Susa praeterfluit, ex quo solo rex bibit. Hoc ex Choaspe aquam decoctam vehentes in vasis argenteis quam plurimae quadrigae mulis iunctae constanter eum sequuntur quocumque proficiscitur. (189.) Cyrus igitur, adversus Babylonem profectus, ubi ad Gyndem amnem pervenit; qui fontes in Matianis habens, postquam per Dardanenses

ἐκδιδοῖ δὲ ἐς ἕτερον ποταμὸν Τίγριν· ὁ δὲ παρὰ Ὦπιν
5 πόλιν ῥέων ἐς τὴν Ἐρυθρὴν θάλασσαν ἐκδιδοῖ· τοῦτον
δὴ τὸν Γύνδην ποταμὸν ὡς διαβαίνειν ἐπειρᾶτο ὁ Κῦ-
ρος, ἐόντα νηυσὶ περητὸν, ἐνθαῦτά οἱ τῶν τις ἱρῶν ἵπ-
πων τῶν λευκῶν ὑπὸ ὕβριος ἐσβὰς ἐς τὸν ποταμὸν,
διαβαίνειν ἐπειρᾶτο. ὁ δέ μιν συμψήσας, ὑποβρύχιον
10 οἰχώκεε Φέρων. κάρτα τε δὴ ἐχαλέπαινε τῷ ποταμῷ
ὁ Κῦρος τοῦτο ὑβρίσαντι, καί οἱ ἐπηπείλησε, οὕτω δή
μιν ἀσθενέα ποιήσειν, ὥστε τοῦ λοιποῦ καὶ γυναῖκάς
μιν εὐπετέως, τὸ γόνυ οὐ βρεχούσας, διαβήσεσθαι.
μετὰ δὲ τὴν ἀπειλὴν, μετεὶς τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνα στρά-
15 τευσιν, διαίρεε τὴν στρατιὴν δίχα. διελὼν δὲ, κατέτεινε
σχοινοτενέας ὑποδέξας διώρυχας ὀγδώκοντα καὶ ἑκατὸν
παρ' ἑκάτερον τὸ χεῖλος τετραμμένας τοῦ Γύνδεω πάν-
τα τρόπον. διατάξας δὲ τὸν στρατὸν, ὀρύσσειν ἐκέλευε.

perfluit, in alium fluvium Tigrin sese exonerat, qui
Opin oppidum praeterfluens in Erythraeum mare
infunditur; hunc *Gyndem* fluvium, qui navibus erat
traiiciendus, quum transire Cyrus conaretur; ibi
tunc unus e sacris equis candidis, ferox et petulans
ut erat, ingressus flumen, transire conabatur: at flu-
minis impetus, illum contorquens, demersum abri-
puit. Cui fluvio vehementer ob hanc contumeliam
iratus Cyrus, minatus est, ita tenuem illum se effe-
cturum, ut posthac mulieres etiam, ne genu quidem
madefacientes, possint transire. Haec minatus, omis-
sâ adversus Babylonem expeditione, exercitum bifa-
riam divisit: eoque facto, intentis funibus designavit
ab utraque fluminis ripâ centum et octoginta fossas,
quaquaversum ducendas; distributumque exercitum

ἅτε δὲ ὁμίλου πολλοῦ ἐργαζομένου, ἤνετο μὲν τὸ ἔργον, ὅμως μέντοι τὴν θερείην πᾶσαν αὐτοῦ ταύτῃ διέτριψαν 20
190 ἐργαζόμενοι. Ὡς δὲ τὸν Γύνδην ποταμὸν ἐτίσατο Κῦρος, ἐς τριηκοσίας καὶ ἑξήκοντά μιν διώρυχας διαλαβὼν, καὶ τὸ δεύτερον ἔαρ ὑπέλαμπε, οὕτω δὴ ἤλαυνε ἐπὶ τὴν Βαβυλῶνα. οἱ δὲ Βαβυλώνιοι ἐκστρατευσάμενοι, ἔμενον αὐτόν. ἐπεὶ δὲ ἐγένετο ἐλαύνων ἀγχοῦ τῆς 5 πόλιος, συνέβαλόν τε οἱ Βαβυλώνιοι, καὶ ἑσσωθέντες τῇ μάχῃ, κατειλήθησαν ἐς τὸ ἄστυ. οἷα δὲ ἐξεπιστάμενοι ἔτι πρότερον τὸν Κῦρον οὐκ ἀτρεμίζοντα, ἀλλ' ὁρέοντες αὐτὸν παντὶ ἔθνεϊ ὁμοίως ἐπιχειρέοντα, προεσάξαντο σιτία ἐτέων κάρτα πολλῶν. Ἐνθαῦτα οὗτοι μὲν 10 λόγον εἶχον τῆς πολιορκίης οὐδένα· Κῦρος δὲ ἀπορίῃσι ἐνείχετο, ἅτε χρόνου τε ἐγγινομένου συχνοῦ, ἀνωτέρω

has fossas fodere iussit. Igitur, magnâ hominum multitudine opus faciente, effectum quidem est opus; verumtamen totam aestatem in eodem hoc loco opus facientes consumsere. (190.) Postquam Gyndae fluvio hanc poenam inflixit *Cyrus*, ut in trecentos sexaginta canales esset diductus, altero demum adpetente vere adversus *Babylonem* exercitum duxit. Et Babylonii, copiis extra urbem eductis, eum exspectarunt. Ubi propius urbem accessit, praelio cum eo confixerunt Babylonii; quo praelio superati, in urbem sunt compulsi. Iam pridem vero, bene gnari non quieturum Cyrum, quum vidissent eum cunctos pariter populos adgredi, permultorum annorum commeatum in urbem comportaverant. Quare hi quidem non admodum graviter ferebant obsidionem: at Cyrus difficultatibus premebatur, quandoquidem multo iam

τε οὐδὲν τῶν πρηγμάτων προκοπτομένων. Εἴτε δὴ ὦν 191
ἄλλος οἱ ἀπορέοντι ὑπεθήκατο, εἴ τε καὶ αὐτὸς ἔμαθε
τὸ ποιητέον οἱ ἦν, ἐποίεε δὴ τοιόνδε. τάξας τὴν στρα-
τιὴν ἅπασαν ἐξ ἐμβολῆς τοῦ ποταμοῦ, τῇ ἐς τὴν πό-
5 λιν ἐσβάλλει, καὶ ὄπισθε αὖτις τῆς πόλιος τάξας
ἑτέρους, τῇ ἐξίει ἐκ τῆς πόλιος ὁ ποταμός· προεῖπε
τῷ στρατῷ, ὅταν διαβατὸν τὸ ῥέεθρον ἴδωνται γινό-
μενον, ἐσιέναι ταύτῃ ἐς τὴν πόλιν. οὕτω τε δὴ τάξας,
καὶ κατὰ ταῦτα παραινέσας, ἀπήλαυνε αὐτὸς σὺν
10 τῷ ἀχρηΐῳ τοῦ στρατοῦ. Ἀπικόμενος δὲ ἐπὶ τὴν λίμνην,
τά περ ἡ τῶν Βαβυλωνίων βασίλεια ἐποίησε κατά τε
τὸν ποταμὸν καὶ κατὰ τὴν λίμνην, ἐποίεε καὶ ὁ Κῦ-
ρος ἕτερα τοιαῦτα. τὸν γὰρ ποταμὸν διώρυχι ἐσαγα-
γὼν ἐς τὴν λίμνην ἐοῦσαν ἕλος, τὸ ἀρχαῖον ῥέεθρον δια-
15 βατὸν εἶναι ἐποίησε, ὑπονοστήσαντος τοῦ ποταμοῦ. γε-

tempore circumacto nihil admodum promotae res eius erant. (191.) Igitur, sive quis alius ei dubitanti consilium subgessit, sive ipse quid faciendum esset intellexit, hoc facere instituit. Universo exercitu circa flumen disposito, ab ea maxime parte qua urbem influit, partim vero etiam a tergo ubi ex urbe egreditur, praedixit militibus, ut, quum viderint vado transiri flumen posse, tunc eâ viâ urbem ingrediantur. Hoc dato mandato, ipse cum inutili copiarum parte abiit, et ad lacunam contendit. Quo ut pervenit, quod Babyloniorum regina circa flumen et circa paludem fecerat, idem nunc ipse *Cyrus* fecit. Fluvio per fossam in eum locum, qui nunc palus erat, derivato, pristinum alveum vado pervium reddidit, subsidente

γενομένου δὲ τούτου τοιούτου, οἱ Πέρσαι, οἵπερ ἐτετάχατο ἐπ' αὐτῷ τούτῳ, κατὰ τὸ ῥέεθρον τοῦ Εὐφρήτεω ποταμοῦ; ὑπονενοστηκότος ἀνδρὶ ὡς ἐς μέσον μηρὸν μάλιστά κῃ, κατὰ τοῦτο ἐσήισαν ἐς τὴν Βαβυλῶνα. Εἰ μέν νυν προεπύθοντο, ἢ ἔμαθον οἱ Βαβυλώνιοι τὸ ἐκ τοῦ 20
Κύρου ποιεύμενον, οὐκ ἄν, περιϊδόντες τοὺς Πέρσας ἐσελθεῖν ἐς τὴν πόλιν, διέφθειραν κάκιστα. κατακληΐσαντες γὰρ ἂν πάσας τὰς ἐς τὸν ποταμὸν πυλίδας ἐχούσας, καὶ αὐτοὶ ἐπὶ τὰς αἱμασιὰς ἀναβάντες τὰς παρὰ τὰ χείλεα τοῦ ποταμοῦ ἐληλαμένας, ἔλαβον 25
ἂν σφεας ὡς ἐν κύρτῃ. νῦν δὲ ἐξ ἀπροσδοκήτου σφι παρέστησαν οἱ Πέρσαι. ὑπὸ δὲ μεγάθεος τῆς πόλιος, ὡς λέγεται ὑπὸ τῶν ταύτῃ οἰκημένων, τῶν περὶ τὰ ἔσχατα τῆς πόλιος ἑαλωκότων, τοὺς τὸ μέσον οἰκέοντας τῶν Βαβυλωνίων οὐ μανθάνειν ἑαλωκότας· ἀλλὰ 30

aquâ. Quo facto Persae, qui ad hoc ipsum ibi dispositi erant, per alveum Euphratis fluvii, cuius aqua in tantum retrogressa erat, ut vix medium femur hominis adtingeret, per hunc alveum Babylonem sunt ingressi. Quod si igitur aut ante cognovissent aut animadvertissent Babylonii quae *Cyrus* instituebat, sane non passi essent Persas urbem intrare, neque ita misere periissent Quippe si portulas omnes, quae ad flumen pertinent, clausissent, ipsique macerias conscendissent secundum utramque fluminis ripam ductas, veluti in nassâ capturi illos fuerant. Nunc ex inopinato adstiterunt eis Persae. Propter amplitudinem vero urbis, ut aiunt oppidani, postquam captae iam erant extremae urbis partes, qui mediam Babylonem incolebant, non animadverterunt captos se esse; sed,

(τυχεῖν γάρ σφι ἐοῦσαν ὁρτὴν) χορεύειν τε τοῦτον τὸν χρόνον, καὶ ἐν εὐπαθείῃσι εἶναι, ἐς ὃ δὴ καὶ τὸ κάρτα ἐπύθοντο. καὶ Βαβυλὼν μὲν οὕτω τότε πρῶτον ἀραίρητο.

192 Τὴν δὲ δύναμιν τῶν Βαβυλωνίων πολλοῖσι μὲν καὶ ἄλλοισι δηλώσω ὅση τίς ἐστι, ἐν δὲ δὴ καὶ τῷδε. Βασιλέϊ τῷ μεγάλῳ ἐς τροφὴν αὐτοῦ τε καὶ τῆς στρατιῆς διαραίρηται, πάρεξ τοῦ φόρου, γῆ πᾶσα ὅσης ἄρχει.
5 δυώδεκα ὦν μηνῶν ἐόντων ἐς τὸν ἐνιαυτὸν, τοὺς τέσσερας μῆνας τρέφει μιν ἡ Βαβυλωνίη χώρη· τοὺς δὲ ὀκτὼ τῶν μηνῶν, ἡ λοιπὴ πᾶσα Ἀσίη. οὕτω τριτημορίη ἡ Ἀσσυρίη χώρη τῇ δυνάμει τῆς ἄλλης Ἀσίης· καὶ ἡ ἀρχὴ τῆς χώρης ταύτης, τὴν οἱ Πέρσαι σατραπηίην καλέουσι,
10 ἔστι ἁπασέων τῶν ἀρχέων πολλόν τι κρατίστη· ὅκου Τριτανταίχμῃ τῷ Ἀρταβάζου ἐκ βασιλέως

quum festus forte tunc ageretur dies, saltabant per id tempus et voluptatibus indulgebant, donec tandem verum resciverunt. Atque ita quidem tunc primum capta est *Babylon*.

(192.) *Opes* autem quantae sint *Babyloniorum*, quum aliis documentis declarabo, tum hoc. Magno Regi, praeter tributa quae ei penduntur, universa terra cui imperat, ad alendum ipsum et exercitum eius, in certas partes est distributa. Iam quum anno duodecim sint menses; per quatuor menses alit eum Babylonica terra; per octo reliquos menses, alit reliqua Asia. Ita Assyria haec terra tertiam partem possidet opum totius Asiae: et praefectura huius regionis (*Satrapias* Persae vocant) omnium praefecturarum longe est praestantissima; quippe quae

...οντι τὸν νομὸν τοῦτον, ἀργυρίου μὲν προσήιε ἑκάστης
...ρης ἀρτάβη μεστή· ἡ δὲ ἀρτάβη, μέτρον ἐὸν Περ-
...ὸν, χωρέει μεδίμνου Ἀττικῆς πλεῖον χοίνιξι τρισὶ
...τικῇσι. ἵπποι δέ οἱ αὐτοῦ ἦσαν ἰδίῃ, πάρεξ τῶν πο- 15
λ...ιστηρίων, οἱ μὲν ἀναβαίνοντες τὰς θηλέας, ὀκτα-
...σιοι· αἱ δὲ βαινόμεναι, ἑξακισχίλιαι καὶ μύριαι.
...αινε γὰρ ἕκαστος τῶν ἐρσένων τούτων εἴκοσι ἵπ-
...ς. κυνῶν δὲ Ἰνδικῶν τοσοῦτο δή τι πλῆθος ἐτρέφετο,
...ε τέσσερες τῶν ἐν τῷ πεδίῳ κῶμαι μεγάλαι, τῶν 20
...λων ἐοῦσαι ἀτελέες, τοῖσι κυσὶ προσετετάχατο σι-
... παρέχειν. τοιαῦτα μὲν τῷ ἄρχοντι τῆς Βαβυλῶ-
193 ... ὑπῆρχε ἐόντα. Ἡ δὲ γῆ τῶν Ἀσσυρίων ὕεται μὲν
ὀλίγῳ, καὶ τὸ ἐκτρέφον τὴν ῥίζαν τοῦ σίτου ἐστὶ τοῦτο.
...όμενον μέντοι ἐκ τοῦ ποταμοῦ ἁδρύνεταί τε τὸ λήϊον,

tantacchmae, Artabazi filio, cui hic districtus a rege commissus erat, quotidie redibat artaba pecuniâ repleta: est autem *artaba* mensura Persica, capiens medimnum Atticum cum tribus choenicibus Atticis. Equos autem ibidem rex suum in usum alebat, exceptis his qui ad belli usum erant destinati, admissarios quidem octingentos, equas autem, quibus illi admittebantur, decies sexies mille; nam singuli mares vicenis foeminis admittebantur. Canum autem Indicorum tanta alebatur multitudo, ut quatuor essent ampli vici in planitie siti, aliorum tributorum immunes, quibus hoc iniunctum erat, ut canes illos alerent. Has opes possidebat is, qui Babyloni imperabat. (193.) In agro Assyriaco pluit quidem aliquantulum, et hoc est ex quo radix frumenti primum capit nutrimentum; dein vero ex fluvio irrigata seges

καὶ παραγίνεται ὁ σῖτος· οὐ, κατάπερ ἐν Αἰγύπτῳ,
5 αὐτοῦ τοῦ ποταμοῦ ἀναβαίνοντος ἐς τὰς ἀρούρας, ἀλλὰ χερσί τε καὶ κηλωνηΐοισι ἀρδόμενος. ἡ γὰρ Βαβυλωνίη χώρη πᾶσα, κατάπερ ἡ Αἰγυπτίη, κατατέτμηται ἐς διώρυχας· καὶ ἡ μεγίστη τῶν διωρύχων ἐστὶ νηυσιπέρητος, πρὸς ἥλιον τετραμμένη τὸν χειμερινόν· ἐσέχει
10 δὲ ἐς ἄλλον ποταμὸν ἐκ τοῦ Εὐφρήτεω, ἐς τὸν Τίγριν, παρ' ὃν Νῖνος πόλις οἴκητο. ἔστι δὲ χωρέων αὕτη ἁπασέων μακρῷ ἀρίστη, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, Δήμητρος καρπὸν ἐκφέρειν. τὰ γὰρ δὴ ἄλλα δένδρεα οὐδὲ πειρᾶται ἀρχὴν φέρειν, οὔτε συκέην, οὔτε ἄμπελον, οὔτε ἐλαίην.
15 τὸν δὲ τῆς Δήμητρος καρπὸν ὧδε ἀγαθὴ ἐκφέρειν ἐστὶ, ὥστε ἐπὶ διηκόσια μὲν τὸ παράπαν ἀποδιδοῖ· ἐπεὰν δὲ ἄριστα αὐτὴ ἑωυτῆς ἐνείκῃ, ἐπὶ τριηκόσια ἐκφέρει. τὰ δὲ φύλλα αὐτόθι τῶν τε πυρῶν καὶ τῶν κριθέων τὸ

augetur, et maturescit triticum; non quod fluvius ipse, sicut in Aegypto, arva inundet, sed manibus hominum et tollenonibus haec irrigantur. Est enim tota *Babylonica terra* fossis discissa: quarum fossarum maxima, orienti hiberno obversa, navibus traiicitur; influit autem ex Euphrate in alium fluvium Tigrin, ad quem Ninus urbs aedificata erat. Est autem haec regio omnium, quas quidem novimus, longe fertilissima ferendo cereali frumento. Nam alias fruges ex arboribus ne conatur quidem proferre, nec ficum, nec vitem progignens, nec oleam. Sed cereali frumento progignendo ita opportunum solum est, ut ducena plerumque reddat: quando vero plurimum, etiam tricena profert. Folia autem tritici et

πλάτος γίνεται τεσσέρων εὐπετέως δακτύλων. ἐκ δὲ
κέγχρου καὶ σησάμου ὅσον τι δένδρον μέγαθος γίνεται, 20
ἐξεπιστάμενος, μνήμην οὐ ποιήσομαι· εὖ εἰδὼς ὅτι
τοῖσι μὴ ἀπιγμένοισι ἐς τὴν Βαβυλωνίην χώρην, καὶ
τὰ εἰρημένα καρπῶν ἐχόμενα ἐς ἀπιστίην πολλὴν ἀπῖκ-
ται. χρέωνται δὲ οὐδὲν ἐλαίῳ, ἀλλ' ἐκ τῶν σησάμων
ποιεῦντες. εἰσὶ δέ σφι Φοίνικες πεφυκότες ἀνὰ πᾶν τὸ 25
πεδίον· οἱ πλεῦνες αὐτέων καρποφόροι, ἐκ τῶν καὶ σι-
τία καὶ οἶνον καὶ μέλι ποιεῦνται. τοὺς συκέων τρόπον
θεραπεύουσι, τά τε ἄλλα, καὶ Φοινίκων τοὺς ἔρσενας
Ἕλληνες καλέουσι, τούτων τὸν καρπὸν περιδέουσι τῇσι
βαλανηφόροισι τῶν Φοινίκων, ἵνα πεπαίνῃ τέ σφι ὁ 30
ψὴν τὴν βάλανον ἐσδύνων, καὶ μὴ ἀποῤῥέῃ ὁ καρπὸς ὁ
τοῦ Φοίνικος. ψῆνας γὰρ δὴ Φορέουσι ἐν τῷ καρπῷ οἱ
ἔρσενες, κατάπερ δὴ οἱ ὄλυνθοι.

que hordei quatuor admodum digitorum latitudinem habent. Ex milio et sesamo quantae magnitudinis arbor existat, bene equidem cognitum habens, commemorare nolo; satis gnarus, eos qui Babyloniam terram non adierunt, ne his quidem, quae de aliis frumenti generibus dicta sunt, fidem adhibituros. Oleo non utuntur, nisi quod e sesamo paratur. *Palmas* vero arbores habent, per totam planitiem plantatas: quarum pleraeque frugiferae sunt, e quibus et cibum et vinum et mel parant. Has arbores colunt ficuum more, quum aliis rebus, tum quod mascularum quas Graeci vocant palmarum fructum glandiferis palmis circumligant, quo glandem maturet culex sese insinuans, nec decidat fructus palmae. Nam culices in suo fructu generant masculae palmae, similiter ut apud nos caprificorum grossi.

194

Τὸ δὲ ἁπάντων θῶυμα μέγιστόν μοί ἐστι τῶν ταύ-
τῃ, μετά γε αὐτὴν τὴν πόλιν, ἔρχομαι φράσων. τὰ
πλοῖα αὐτοῖσί ἐστι τὰ κατὰ τὸν ποταμὸν πορευόμενα
ἐς τὴν Βαβυλῶνα, ἐόντα κυκλοτερέα, πάντα σκύτινα.
5 ἐπεὰν γὰρ ἐν τοῖσι Ἀρμενίοισι, τοῖσι κατύπερθε Ἀσ-
συρίων οἰκημένοισι, νομέας ἰτέης ταμόμενοι ποιήσωνται,
περιτείνουσι τούτοισι διφθέρας στεγαστρίδας ἔξωθεν
ἐδάφεος τρόπον, οὔτε πρύμνην ἀποκρίναντες, οὔτε πρῴ-
ρην συνάγοντες, ἀλλ' ἀσπίδος τρόπον κυκλοτερέα ποιή-
10 σαντες. καὶ καλάμης πλήσαντες πᾶν τὸ πλοῖον τοῦ-
το, ἀπιᾶσι κατὰ τὸν ποταμὸν φέρεσθαι, φορτίων πλή-
σαντες· μάλιστα δὲ βίκους φοινικηίου κατάγουσι οἴ-
νου πλέους. ἰθύνεται δὲ ὑπό τε δύο πλήκτρων, καὶ
δύο ἀνδρῶν ὀρθῶν ἑστεώτων· καὶ ὁ μὲν ἔσω ἕλκει τὸ
15 πλῆκτρον, ὁ δὲ ἔξω ὠθέει. ποιέεται δὲ καὶ κάρτα με-

(194.) Quod vero eorum quae sunt in illa regione, post ipsam quidem urbem, maxime mihi mirabile visum est, exponere adgredior. *Navigia,* quibus utuntur qui secundo flumine Babylonem proficiscuntur, rotunda sunt, et ex corio confecta cuncta. Scilicet in Armeniis, qui supra Assyrios incolunt, ex sectis salicibus costas conficiunt: his, fundi loco, pelles extrinsecus tectorias praetendunt, nec puppim distinguentes, nec proram in angustius contrahentes, sed clypei instar rotunda facientes navigia. Tale navigium, mercibus inpositis, totum stramine complent, et flumini permittunt deferendum: maxime vero dolia palmeo vino onusta devehunt. Regitur autem navis duobus remis, a duobus viris, quorum alter introrsus trahit remum, alter extrorsus pellit, uterque stans rectus.

γάλα ταῦτα τὰ πλοῖα, καὶ ἐλάσσω· τὰ δὲ μέγι-
στα αὐτέων, καὶ πεντακισχιλίων ταλάντων γόμον
ἔχει. ἐν ἑκάστῳ δὲ πλοίῳ ὄνος ζωὸς ἔνεστι, ἐν δὲ τοῖσι
μέζοσι πλεῦνες. ἐπεὰν ὦν ἀπίκωνται πλέοντες ἐς τὴν
Βαβυλῶνα, καὶ διαθέωνται τὸν φόρτον, νομέας μὲν 20
τοῦ πλοίου καὶ τὴν καλάμην πᾶσαν ἀπ' ὧν ἐκήρυξαν·
τὰς δὲ διφθέρας ἐπισάξαντες ἐπὶ τοὺς ὄνους, ἀπελαύ-
νουσι ἐς τοὺς Ἀρμενίους. ἀνὰ τὸν ποταμὸν γὰρ δὴ οὐκ
οἷά τέ ἐστι πλέειν οὐδενὶ τρόπῳ, ὑπὸ τάχεος τοῦ ποτα-
μοῦ. διὰ γὰρ ταῦτα καὶ οὐκ ἐκ ξύλων ποιεῦνται τὰ 25
πλοῖα, ἀλλ' ἐκ διφθερέων. ἐπεὰν δὲ τοὺς ὄνους ἐλαύ-
νοντες ἀπίκωνται ὀπίσω ἐς τοὺς Ἀρμενίους, ἄλλα τρό-
πῳ τῷ αὐτῷ ποιεῦνται πλοῖα. τὰ μὲν δὴ πλοῖα αὐ-
195 τοῖσί ἐστι τοιαῦτα. Ἐσθῆτι δὲ τοιῆδε χρέωνται, κι-
θῶνι ποδηνεκέϊ λινέῳ· καὶ ἐπὶ τοῦτον ἄλλον εἰρίνεον κιθῶ-

Conficiuntur autem huiusmodi navigia etiam admodum magna, itemque minora: et maxima quidem onus ferunt quinque millium talentorum. In quoque navigio asinus inest vivus, in maioribus plures. Postquam igitur navi Babylonem pervenerunt, mercesque distraxerunt, tum et costas navigii et stramentum venumdant; pelles vero asinis imponunt, hosque retro agunt in Armeniam. Nam adverso flumine navigari nullo pacto potest, propter fluminis impetum: quam ob caussam etiam non ex ligno, sed ex pellibus, conficiunt navigia. Postquam asinos agitando in Armeniam redierunt, alia navigia eodem modo conficiunt. Talis igitur illis est navigiorum ratio. (195.) *Vestimento* autem utuntur huiusmodi: tunicâ ad pedes promissâ lineâ, cui aliam superinduunt

να ἐπενδύνει, καὶ χλανίδιον λευκὸν περιβαλλόμενος·
ὑποδήματα ἔχων ἐπιχώρια, παραπλήσια τῇσι Βοιω-
5 τίῃσι ἐμβάσι. κομῶντες δὲ, τὰς κεφαλὰς μίτρῃσι ἀνα-
δέονται, μεμυρισμένοι πᾶν τὸ σῶμα. σφρηγῖδα δ' ἕκα-
στος ἔχει, καὶ σκῆπτρον χειροποίητον· ἐπ' ἑκάστῳ δὲ
σκήπτρῳ ἔπεστι πεποιημένον ἢ μῆλον, ἢ ῥόδον, ἢ κρί-
νον, ἢ αἰετὸς, ἢ ἄλλο τι. ἄνευ γὰρ ἐπισήμου οὔ σφι
10 νόμος ἐστὶ ἔχειν σκῆπτρον. αὕτη μὲν δή σφι ἄρτισις
περὶ τὸ σῶμα ἐστί.

Νόμοι δὲ αὐτοῖσι ὧδε κατεστέαται. ὁ μὲν σοφώτα- 196
τος ὅδε, κατὰ γνώμην τὴν ἡμετέρην, τῷ καὶ Ἰλλυριῶν
Ἐνετοὺς πυνθάνομαι χρῆσθαι. κατὰ κώμας ἑκάστας
ἅπαξ τοῦ ἔτεος ἑκάστου ἐποιέετο τάδε. ὡς ἂν αἱ παρ-
5 θένοι γινοίατο γάμων ὡραῖαι, ταύτας ὅκως συναγά-
γοιεν πάσας, ἐς ἓν χωρίον ἐσάγεσκον ἁλέας· πέριξ δὲ

tunicam laneam, tum candidam paenulam superne circumiiciunt. Calceamenta gestant sui moris, Boeotiis soccis fere similia. Comam alunt; mitris caput redimiunt: toto corpore unguntur. Annulum signatorium unusquisque gestat, et baculum arte factum: in quoque baculo superne vel malum est arte factum, vel rosa, vel lilium, vel aquila, aut aliud quidpiam: nec enim illis mos est baculum absque insigni gestare. Talis igitur illis est corporis cultus.

(196.) *Institutis* vero utuntur huiusmodi. Uno quidem hoc, ut mea fert sententia, prudentissimo; quo etiam Venetos uti, Illyricum populum, fando accepi. In singulis vicis semel quotannis, haec faciebant. Virgines, quotquot viro maturae essent, congregatas simul omnes, in unum locum deducebant;

περιστὰς ἵστατο ὅμιλος ἀνδρῶν. ἀνιστὰς δὲ κατὰ μίαν
ἑκάστην κῆρυξ πωλέεσκε, πρῶτα μὲν τὴν εὐειδεστάτην
ἐκ πασέων· μετὰ δὲ, ὅκως αὕτη εὑροῦσα πολλὸν
χρυσίον πρηθείη, ἄλλην ἀνεκήρυσσε, ἣ μετ' ἐκείνην 10
ἔσκε εὐειδεστάτη. ἐπωλέοντο δὲ ἐπὶ συνοικήσει. ὅσοι
μὲν δὴ ἔσκον εὐδαίμονες τῶν Βαβυλωνίων ἐπίγαμοι,
ὑπερβάλλοντες ἀλλήλους ἐξωνέοντο τὰς καλλιστευού-
σας· ὅσοι δὲ τοῦ δήμου ἔσκον ἐπίγαμοι, οὗτοι δὲ εἴ-
δεος μὲν οὐδὲν ἐδέοντο χρηστοῦ, οἱ δ' ἂν χρήματά τε 15
καὶ αἰσχίονας παρθένους ἐλάμβανον. ὡς γὰρ δὴ διεξ-
έλθοι ὁ κῆρυξ πωλέων τὰς εὐειδεστάτας τῶν παρθέ-
νων, ἀνίστη ἂν τὴν ἀμορφεστάτην, ἢ εἴ τις αὐτέων ἔμ-
πηρος ἦε, καὶ ταύτην ἀνεκήρυσσε, ὅστις θέλοι, ἐλά-
χιστον χρυσίον λαβὼν, συνοικέειν αὐτῇ· ἐς ὃ τῷ τὸ 20

[illegible] eas virorum circulus circumstabat. Tunc praeco singulas deinceps, quamque sigillatim, in medio statuens venum exponebat; incipiens ab ea quae omnium pulcerrima esset: deinde, hac magno auri pretio venum datâ, aliam proclamabat, quae huic venustate formae proxima erat. Vendebantur autem hac conditione, ut matrimonio iungerentur. Igitur ex Babyloniis nuptiarum cupidis quicumque erant locupletiores, hi licitando quisque alterum superantes emebant sibi formosissimas: qui vero de plebe erant, hi formae speciem nihil curantes, pecuniam accipiebant et virgines deformiores. Nam praeco, postquam speciosissimarum virginum peregerat venditionem, tum vero deformissimam excitabat, aut si qua illarum manca esset, et hanc proclamabat quis vellet, accepto minimo auri pondere, in matrimo-

ἐλάχιστον ὑπισταμένῳ προσεκέετο. τὸ δὲ ἂν χρυσίον ἐγίνετο ἀπὸ τῶν εὐειδέων παρθένων· καὶ οὕτω αἱ εὔμορφοι τὰς ἀμόρφους καὶ ἐμπήρους ἐξεδίδοσαν. ἐκδοῦναι δὲ τὴν ἑωυτοῦ θυγατέρα ὅτεῳ βούλοιτο ἕκαστος
25 οὐκ ἐξῆν, οὐδὲ ἄνευ ἐγγυητέω ἀπαγαγέσθαι τὴν παρθένον πριάμενον, ἀλλ' ἐγγυητὰς χρῆν καταστήσαντα ἦ μὴν συνοικήσειν αὐτῇ, οὕτω ἂν ἄγεσθαι· εἰ δὲ μὴ συμφεροίατο, ἀποφέρειν τὸ χρυσίον ἐκέετο νόμος. ἐξῆν δὲ καὶ ἐξ ἄλλης ἐλθόντα κώμης τὸν βουλόμενον ὠνέε-
30 σθαι. ὁ μέν νυν κάλλιστος νόμος, οὗτός σφι ἦν· οὐ μέντοι νῦν γε διετέλεσε ἐών. ἄλλο δέ τι ἐξευρήκασι νεωστὶ γενέσθαι, ἵνα μὴ ἀδικοῖεν αὐτὰς, μηδ' ἐς ἑτέρην πόλιν ἄγωνται· ἐπεί τε γὰρ ἁλόντες ἐκακώθησαν

nium ducere; et, qui minimo se contentum fore declarasset, ei haec tradebatur. Aurum autem conficiebatur a formosioribus virginibus: atque ita formosiores elocabant deformes et mancas. Nemini autem licitum erat, filiam suam cui ipse vellet in matrimonium dare: neque absque fideiussore domum ducere virginem emtam licebat; sed dato praede spondere quisque tenebatur, *in matrimonium se eam utique accepturum*, et sic demum abducere secum licebat: si sibi mutuo non convenissent, lege cautum erat ut pecuniam acceptam sponsus repraesentaret. Licitum vero etiam erat homini, qui ex alio vico adfuisset, aliquam ex virginibus, si quam vellet, sibi emere. Hoc igitur pulcerrimum institutum apud eos olim valebat. At nunc quidem non amplius est in usu. Sed recens aliud quiddam invenerunt, ne iniuria adficerentur filiae aut in aliam civitatem abducerentur.

καὶ οἰκοφθορήθησαν, πᾶς τις τοῦ δήμου, βίου σπανί-
197 ζων, καταπορνεύει τὰ θήλεα τέκνα. Δεύτερος δὲ σο-
φίη ὅδε ἄλλος σφι νόμος κατεστήκεε. τοὺς κάμνοντας
ἐς τὴν ἀγορὴν ἐκφορέουσι· οὐ γὰρ δὴ χρέωνται ἰητροῖσι.
προσιόντες ὦν πρὸς τὸν κάμνοντα, συμβουλεύουσι περὶ
τῆς νούσου, εἴ τις καὶ αὐτὸς τοιοῦτο ἔπαθε, ὁκοῖον ἔχει 5
ὁ κάμνων, ἢ ἄλλον εἶδε παθόντα. ταῦτα προσιόντες
συμβουλεύουσι, καὶ παραινέουσι ἅσσα αὐτὸς ποιήσας
ἐξέφυγε ὁμοίην νοῦσον, ἢ ἄλλον εἶδε ἐκφυγόντα. σιγῇ
δὲ παρεξελθεῖν τὸν κάμνοντα οὔ σφι ἔξεστι, πρὶν ἂν
198 ἐπείρηται ἥντινα νοῦσον ἔχει. Ταφαὶ δέ σφι ἐν μέλιτι.
θρῆνοι δὲ παραπλήσιοι τοῖσι ἐν Αἰγύπτῳ. ὁσάκις δ' ἂν
μιχθῇ γυναικὶ τῇ ἑωυτοῦ ἀνὴρ Βαβυλώνιος, περὶ θυ-
μίημα καταγιζόμενον ἵζει· ἑτέρωθι δὲ ἡ γυνὴ τὠυτὸ τοῦτο

tur: ex quo captâ urbe malis premi coeperunt, resque eorum perditae sunt, quilibet homo de plebe, inopiâ victus laborans, filias suas ad quaestum corpore faciendum adigit. (197.) Alio, post istud, prudenti instituto utuntur hocce. Aegrotos in forum publicum exportant; medicis enim non utuntur: ibi accedunt ad aegrotum, eique de curando morbo consulunt, si quis vel eodem morbo, quo ille, olim laboravit, aut alium vidit laborantem. Adeuntes igitur consulunt huic ea suadentque, quibus quisque remediis adhibitis vel ipse morbum evaserat, vel alium vidit evasisse. Silentio vero praeterire aegrotum nemini licet, quin eum interrogaverit quonam morbo laboret. (198.) Mortuos melle condunt. Luctus funebres, Aegyptiis similes. Quoties cum uxore concubuit vir Babylonius, incenso thuri adsidet, et ex aliâ parte idem

5 ποιέει. ὄρθρου δὲ γενομένου, λοῦνται καὶ ἀμφότεροι· ἄγγεος γὰρ οὐδενὸς ἅψονται πρὶν ἂν λούσωνται. ταὐτὰ δὲ ταῦτα καὶ Ἀράβιοι ποιεῦσι.

Ὁ δὲ δὴ αἴσχιστος τῶν νόμων, ἔστι τοῖσι Βαβυλωνίοισι ὅδε. δεῖ πᾶσαν γυναῖκα ἐπιχωρίην ἱζομένην ἐς ἱρὸν Ἀφροδίτης, ἅπαξ ἐν τῇ ζόῃ μιχθῆναι ἀνδρὶ ξείνῳ. πολλαὶ δὲ καὶ, οὐκ ἀξιεύμεναι ἀναμίσγεσθαι τῇσι ἄλ- 199
5 λῃσι, οἷα πλούτῳ ὑπερφρονέουσαι, ἐπὶ ζευγέων ἐν καμάρῃσι ἐλάσασαι, πρὸς τὸ ἱρὸν ἑστᾶσι· θεραπηΐη δέ σφι ὄπισθεν ἕπεται πολλή. αἱ δὲ πλεῦνες ποιεῦσι ὧδε. ἐν τεμένεϊ Ἀφροδίτης κατέαται, στέφανον περὶ τῇσι κεφαλῇσι ἔχουσαι θώμιγγος, πολλαὶ γυναῖκες· αἱ
10 μὲν γὰρ προσέρχονται, αἱ δὲ ἀπέρχονται. σχοινοτενέες δὲ διέξοδοι πάντα τρόπον ὁδῶν ἔχουσι διὰ τῶν γυναι-

CXCIX. 11. ὁδῶν. *Al.* ὁδόν. *Prorsus fors. delendum vocab.*

facit mulier: tum, ubi illucescit, lavantur ambo; nullum enim vas tangunt priusquam se abluerint. Idem institutum Arabes sequuntur.

(199.) Est autem aliud *institutum turpissimum*, quo *Babylonii* utuntur, huiusmodi. Quamlibet indigenam mulierem oportet, in Veneris templo sedentem, semel in vitâ cum peregrino viro consuetudinem habere. Multae igitur, dedignantes aliis se immiscere mulieribus, quippe divitiis superbientes, plaustris vectae in camaris stant ad templum, et ingens illas famularum numerus sequitur. Pleraeque autem hoc modo faciunt. In septo Veneri consecrato sedent coronâ funiculi modo tortâ caput redimitae mulieres numero multae; aliae enim adveniunt, aliae abeunt. Sunt autem per medias mulieres transitus

κῶν, δι' ὧν οἱ ξεῖνοι διεξιόντες ἐκλέγονται. ἔνθα ἐπεὰν
ἵζηται γυνὴ, οὐ πρότερον ἀπαλλάσσεται ἐς τὰ οἰκία,
ἤ τίς οἱ ξείνων ἀργύριον ἐμβαλὼν ἐς τὰ γούνατα, μιχθῇ
ἔξω τοῦ ἱροῦ. ἐμβαλόντα δὲ δεῖ εἰπεῖν τοσόνδε· „Ἐπι- 15
„καλέω τοι τὴν θεὸν Μύλιττα." Μύλιττα δὲ καλέου-
σι τὴν Ἀφροδίτην Ἀσσύριοι. τὸ δὲ ἀργύριον μέγαθός
ἐστι ὅσον ὦν· οὐ γάρ μὴ ἀπώσηται· οὐ γάρ οἱ θέμις
ἐστί· γίνεται γὰρ ἱρὸν τοῦτο τὸ ἀργύριον. τῷ δὲ πρώτῳ
ἐμβαλόντι ἕπεται, οὐδὲ ἀποδοκιμᾷ οὐδένα. ἐπεὰν δὲ 20
μιχθῇ, ἀποσιωσαμένη τῇ θεῷ, ἀπαλλάσσεται ἐς τὰ
οἰκία· καὶ τὠπὸ τούτου οὐκ οὕτω μέγα τί οἱ δώσεις
ὥς μιν λάμψεαι. ὅσαι μέν νυν εἴδεός τε ἐπαμμέναι εἰσὶ
καὶ μεγάθεος, ταχὺ ἀπαλλάσσονται· ὅσαι δὲ ἄμορ-
φοι αὐτέων εἰσὶ, χρόνον πολλὸν προσμένουσι, οὐ δυνά- 25

viarum ad lineam quaquaversum directi, quibus transeuntes viri seligunt quas volunt. Ibi postquam consedit mulier, non prius domum abit, quam peregrinorum quispiam, pecuniâ in sinum coniectâ, cum eâ extra fanum concubuit. Qui pecuniam ei proiicit, is compellare eam his verbis debet: *Mylitta deam, ut tibi adsit, precor. Mylitta* autem Venerem vocant Assyrii. Pecunia vero quantulacumque fuerit, nefas est mulieri eam reiicere; fit enim sacra pecunia. Sequitur igitur eum qui primus pecuniam proiecit, nec enim ullum repudiat. Postquam vero cum illo rem habuit, deam testata se religioni illius satisfecisse, domum abit: ab eoque tempore, quantumcumque sit quod ei offeras, frustra eris. Quae igitur speciosâ sunt formâ et staturâ, eae cito redeunt: quae vero deformes, multum manent tempo-

μεναι τὸν νόμον ἐκπλῆσαι· καὶ γὰρ τριέτεα καὶ τετραέ-
τεα μετεξέτεραι χρόνον μένουσι. Ἐνιαχῆ δὲ καὶ τῆς Κύ-
πρου ἐστὶ παραπλήσιος τούτῳ νόμος. Νόμοι μὲν δὴ 200
τοῖσι Βαβυλωνίοισι οὗτοι κατεστέασι. Εἰσὶ δὲ αὐτέων
πατριαὶ τρεῖς, αἳ οὐδὲν ἄλλο σιτέονται εἰ μὴ ἰχθῦς
μοῦνον· τοὺς ἐπεί τε ἂν θηρεύσαντες αὐήνωσι πρὸς ἥλιον,
5 ποιεῦσι τάδε. ἐσβάλλουσι ἐς ὅλμον, καὶ λεήναντες
ὑπέροισι, σῶσι διὰ σινδόνος· καὶ ὃς μὲν ἂν βούληται
αὐτέων, ἅτε μάζαν μαξάμενος ἔχει· ὁ δὲ, ἄρτου τρό-
πον ὀπτήσας.

Ὡς δὲ τῷ Κύρῳ καὶ τοῦτο τὸ ἔθνος κατέργαστο, 201
ἐπεθύμησε Μασσαγέτας ὑπ᾽ ἑωυτῷ ποιήσασθαι. τὸ
δὲ ἔθνος τοῦτο, καὶ μέγα λέγεται εἶναι καὶ ἄλκιμον,
οἰκημένον δὲ πρὸς ἠῶ τε καὶ ἡλίου ἀνατολὰς, πέρην τοῦ
5 Ἀράξεω ποταμοῦ, ἀντίον δὲ Ἰσσηδόνων ἀνδρῶν. εἰσὶ

ris, priusquam legi possint satisfacere; manent enim nonnullae ad tres et quatuor annos. Obtinet autem alicubi etiam in Cypro simile institutum. (200.) Sed de institutis Babyloniorum haec hactenus. Sunt autem inter illos tres familiae sive tribus, quae nullâ re aliâ, nisi piscibus vescuntur. Hos illi postquam ceperunt, siccant ad solem, deinde tali modo parant. In mortarium coniectos, et pistillis contusos, per sindonem tamquam cribro incernunt. Tum, qui his vesci cupit, vel tamquam mazam subigit, vel coquit veluti panem.

(201.) Iam *Cyrum*, hoc etiam subacto populo, incessit cupido *Massagetas* sub potestatem suam redigendi. Populus hic et magnus dicitur esse et validus, habitans versus orientem trans Araxen fluvium, ex

δὲ οἵ τινες καὶ Σκυθικὸν λέγουσι τοῦτο τὸ ἔθνος εἶναι.
202 Ὁ δὲ Ἀράξης λέγεται καὶ μέζων καὶ ἐλάσσων εἶναι τοῦ Ἴστρου· νήσους δ' ἐν αὐτῷ, Λέσβῳ μεγάθεα παραπλησίας, συχνάς φασι εἶναι. ἐν δὲ αὐτῇσι ἀνθρώπους, οἳ σιτέονται μὲν ῥίζας τὸ θέρος ὀρύσσοντες παντοίας· καρποὺς δὲ ἀπὸ δενδρέων ἐξευρημένους σφι ἐς φορβὴν κατατίθεσθαι ὡραίους, καὶ τούτους σιτέεσθαι τὴν χειμερινήν. ἄλλα δέ σφι ἐξευρῆσθαι δένδρεα, καρποὺς τοιούσδε τινὰς φέροντα, τοὺς, ἐπεί τε ἂν ἐς τωὐτὸ συνέλθωσι κατὰ εἴλας, καὶ πῦρ ἀνακαύσωνται, κύκλῳ περιιζομένους ἐπιβάλλειν ἐπὶ τὸ πῦρ· ὀσφραινομένους δὲ καταγιζομένου τοῦ καρποῦ τοῦ ἐπιβαλλομένου, μεθύσκεσθαι τῇ ὀδμῇ, κατάπερ Ἕλληνας τῷ οἴνῳ. πλεῦνος δὲ ἐπιβαλλομένου τοῦ καρποῦ, μᾶλλον μεθύσκεσθαι· ἐς ὃ ἐς ὄρχησίν τε ἀνίστασθαι, καὶ ἐς

adverso Issedonum. Aiuntque etiam nonnulli, esse Scythicum hunc populum. (202.) *Araxes* autem ab aliis maior, ab aliis minor esse perhibetur Istro: esse autem in illo aiunt insulas frequentes, Lesbi fere magnitudine. In his habitare homines, qui aestate radicibus vescantur cuiusque generis, quas e terra effodiunt; fruges autem arborum, quas maturas reperiunt, in cibum seponant, eisque vescantur per hiemem. Repertas autem ab his etiam esse alias arbores, huiusmodi fructus ferentes, quos catervatim congressi, accensoque igni circumsedentes, in ignem coniiciant, tum olfacientes fructum in igne ardentem, odore inebrientur, perinde atque Graeci vino: maiore vero copiâ iniecto fructu, magis inebriari; denique ad saltandum surgere, et ad canendum pro-

15 ἀοιδὴν ἀπικνέεσθαι. τούτων μὲν αὕτη λέγεται δίαιτα
εἶναι. Ὁ δὲ Ἀράξης ποταμὸς ῥέει μὲν ἐκ Ματιηνῶν,
ὅθεν περ ὁ Γύνδης, τὸν ἐς τὰς διώρυχας τὰς ἑξήκοντά τε
καὶ τριηκοσίας διέλαβε ὁ Κῦρος· στόμασι δὲ ἐξερεύ-
γεται τεσσεράκοντα, τῶν τὰ πάντα, πλὴν ἑνός, ἐς
20 ἕλεά τε καὶ τενάγεα ἐκδιδοῖ. ἐν τοῖσι ἀνθρώπους κατοι-
κῆσθαι λέγουσι ἰχθῦς ὠμοὺς σιτεομένους, ἐσθῆτι δὲ
νομίζοντας χρᾶσθαι Φωκέων δέρμασι. τὸ δὲ ἓν τῶν στο-
μάτων τοῦ Ἀράξεω ῥέει διὰ καθαροῦ ἐς τὴν Κασπίην
θάλασσαν. ἡ δὲ Κασπίη θάλασσα, ἔστι ἐπ' ἑωυτῆς,
25 οὐ συμμίσγουσα τῇ ἑτέρῃ θαλάσσῃ. τὴν μὲν γὰρ Ἕλ-
ληνες ναυτίλλονται πᾶσαν, καὶ ἡ ἔξω στηλέων θά-
λασσα ἡ Ἀτλαντὶς καλεομένη, καὶ ἡ Ἐρυθρή, μία
τυγχάνει ἐοῦσα. Ἡ δὲ Κασπίη, ἔστι ἑτέρη ἐπ' ἑωυ- 203
τῆς· ἐοῦσα μῆκος μὲν πλόου, εἰρεσίῃ χρεωμένῳ, πεν-

gredi. Talem his esse vitae rationem narrant. Fluit autem Araxes ex Matianis, indidem atque Gyndes ille quem in trecentos sexaginta fossas Cyrus diduxit: Erumpit autem ex quadraginta orificiis, quae omnia, uno excepto, in paludes et lacunas exeunt; quibus in paludibus habitare aiunt homines, nudis piscibus vescentes, et pro vestimento pellibus utentes phocarum. Unus ille, quem dixi, alveorum Araxis nullo obstante impedimento in Caspium mare influit. Exsistit autem *Caspium mare* seorsim per se, et cum reliquo mari non miscetur. Nam et totum quod Graeci navigant mare, et quod est extra columnas, quod Atlanticum vocatur, et Erythraeum, haec omnia unum sunt mare et continuum. (203.) Caspium autem aliud est, ab illo disiunctum; longitudinem habens

τεκαίδεκα ἡμερέων· εὖρος δὲ, τῇ εὐρυτάτη ἐστὶ αὐτὴ ἑωυτῆς, ὀκτὼ ἡμερέων. Καὶ τὰ μὲν πρὸς τὴν ἑσπέρην φέροντα τῆς θαλάσσης ταύτης ὁ Καύκασος παρατείνει, 5 ἐὸν οὐρέων καὶ πλήθεϊ μέγιστον, καὶ μεγάθεϊ ὑψηλότατον. ἔθνεα δὲ ἀνθρώπων πολλὰ καὶ παντοῖα ἐν ἑωυτῷ ἔχει ὁ Καύκασος· τὰ πολλὰ πάντα ἀπ' ὕλης ἀγρίης ζώοντα. ἐν τοῖσι καὶ δένδρεα φύλλα τοιῆσδε ἰδέης παρεχόμενα εἶναι λέγεται, τὰ τρίβοντάς τε καὶ 10 παραμίσγοντας ὕδωρ, ζῶα ἑωυτοῖσι ἐς τὴν ἐσθῆτα ἐγγράφειν· τὰ δὲ ζῶα οὐκ ἐκπλύνεσθαι, ἀλλὰ συγκαταγηράσκειν τῷ ἄλλῳ εἰρίῳ, κατάπερ ἐνυφανθέντα ἀρχήν. μίξιν δὲ τούτων τῶν ἀνθρώπων εἶναι ἐμφανέα, 204 κατάπερ τοῖσι προβάτοισι. Τὰ μὲν δὴ πρὸς ἑσπέρην τῆς θαλάσσης ταύτης, τῆς Κασπίης καλεομένης, ὁ Καύκασος ἀπέργει· τὰ δὲ πρὸς ἠῶ τε καὶ ἥλιον ἀνα-

navigationis dierum quindecim, navi remis agitata; latitudinem, ubi latissime patet, octo dierum. Et ei quidem parti huius maris quae ad occidentem spectat, *Caucasus* mons praetenditur, montium omnium et amplissimus et altissimus. Populos enim multos et multiplicis generis in se comprehendit Caucasus; quorum plerique fructibus sylvestrium arborum arbustorumque vitam sustentant. In his aiunt esse arbores, folia huiusmodi ferentes, quibus contritis, admixtâ aquâ, varias in vestimentis figuras pingant; easque figuras non elui, sed cum reliqua lana senescere, tales manentes, quales initio intextae fuissent. Concubitum autem horum hominum in propatulo fieri aiunt, veluti pecudum. (204.) Occidentalem igitur plagam huius maris, quod Caspium vocatur, Caucasus

τέλλοντα, πεδίον ἐκδέκεται, πλῆθος ἄπειρον ἐς ἄπο-
5 ψιν. τοῦ ὦν δὴ πεδίου τοῦ μεγάλου οὐκ ἐλαχίστην
μοίρην μετέχουσι οἱ Μασσαγέται, ἐπ' οὓς ὁ Κῦρος
ἔσχε προθυμίην στρατεύσασθαι. πολλά τε γάρ μιν
καὶ μεγάλα τὰ ἐπαείροντα καὶ ἐποτρύνοντα ἦν. πρῶ-
τον μὲν ἡ γένεσις, τὸ δοκέειν πλέον τι εἶναι ἀνθρώπου·
10 δεύτερα δὲ, ἡ εὐτυχίη ἡ κατὰ τοὺς πολέμους γενομένη·
ὄκη γὰρ ἰθύσειε στρατεύεσθαι Κῦρος, ἀμήχανον ἦν
ἐκεῖνο τὸ ἔθνος διαφυγέειν.

205 Ἦν δὲ, τοῦ ἀνδρὸς ἀποθανόντος, γυνὴ τῶν Μασσαγε-
τέων βασίλεια· Τόμυρίς οἱ ἦν οὔνομα. ταύτην πέμ-
πων ὁ Κῦρος ἐμνᾶτο τῷ λόγῳ, θέλων γυναῖκα ἣν
ἔχειν. ἡ δὲ Τόμυρις συνιεῖσα οὐκ αὐτήν μιν μνώμενον,

mons includit: versus auroram vero et orientem solem, excipit planities, immensae amplitudinis prospectu: cuius amplae planitiei haud minimam partem tenebant hi *Massagetae*, quos *Cyrus* bello adgredi ingenti studio parabat. Fuerunt autem multae res magnaeque, quae ad hoc bellum illum excitaverant atque stimulaverant. Primum quidem, ipsius ortus, quo fiebat ut aliquid amplius quam hominem se esse existimaret: tum vero felicitas, qua in bellis usus erat; nam quocumque arma sua Cyrus direxisset, nullo pacto fieri poterat ut ea gens vim illius effugeret.

(205.) Erat ea tempestate Massagetarum regnum penes foeminam, quam mortuus rex viduam reliquerat: *Tomyris* reginae nomen fuit. Hanc *Cyrus*, missis legatis, voluit sibi (ut aiebat) despondere, cupiens in matrimonio habere. At Tomyris intelligens, non se, sed regnum ambiri Massagetarum, aditu

ἀλλὰ τὴν Μασσαγετέων βασιληΐην, ἀπείπατο τὴν 5
πρόσοδον. Κῦρος δὲ μετὰ τοῦτο, ὥς οἱ δόλῳ οὐ προε-
χώρεε, ἐλάσας ἐπὶ τὸν Ἀράξεα, ἐποιέετο ἐκ τοῦ ἐμ-
φανέος ἐπὶ τοὺς Μασσαγέτας στρατηΐην, γεφύρας τε
ζευγνύων ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ, διάβασιν τῷ στρατῷ, καὶ
πύργους ἐπὶ πλοίων τῶν διαπορθμευόντων τὸν ποτα- 10
206 μὸν οἰκοδομεόμενος. Ἔχοντι δέ οἱ τοῦτον τὸν πόνον,
πέμψασα ἡ Τόμυρις κήρυκα, ἔλεγε τάδε· „Ὦ βα-
„σιλεῦ Μήδων, παῦσαι σπεύδων τὰ σπεύδεις· οὐ
„γὰρ ἂν εἰδείης εἴ τοι ἐς καιρὸν ἔσται ταῦτα τελεύ-
„μενα· παυσάμενος δὲ, βασίλευε τῶν σεωυτοῦ, καὶ 5
„ἡμέας ἀνέχευ ὁρέων ἄρχοντας τῶν περ ἄρχομεν. Οὐκ-
„ων ἐθελήσεις ὑποθήκῃσι τῇσίδε χρέεσθαι, ἀλλὰ πάν-
„τα μᾶλλον ἢ δι' ἡσυχίης εἶναι. σὺ δὲ εἰ μεγάλως
„προθυμέαι Μασσαγετέων πειρηθῆναι, φέρε, μόχθον

illi interdixit. Post haec *Cyrus*, ut dolo res non successit, exercitu ad Araxem ducto, aperto bello *Massagetas* adortus est, fluvium pontibus iungens, quibus traduceret copias, et turres in navigiis aedificans, quibus pars copiarum transveheretur. (206.) Qui dum his rebus occupatur, mittit ad eum *Tomyris* caduceatorem, qui reginae verbis haec Cyro diceret: *O rex Medorum, desine urgere quae tu urges: nec enim nosti an tuo commodo sit futurum ut haec perficiantur. His vero omissis, regna in tuis, et patere ut nos videas regnare apud hos quibus imperamus. Noles autem meis monitis uti; immo quidlibet potius, quam quietem agere, voles. Quod si ergo vehementer cupis pugnae discrimen cum Massagetis experiri; age, omisso labore quem iun-*

10 „μὲν, τὸν ἔχεις ζευγνὺς τὸν ποταμὸν, ἄφες· σὺ δὲ,
„ἡμέων ἀναχωρησάντων ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τριῶν ἡμε-
„ρέων ὁδὸν, διάβαινε ἐς τὴν ἡμετέρην. εἰ δ' ἡμέας βού-
„λεαι ἐσδέξασθαι μᾶλλον ἐς τὴν ὑμετέρην, σὺ τὠυ-
„τὸ τοῦτο ποίεε." Ταῦτα δὲ ἀκούσας ὁ Κῦρος, συνε-
15 κάλεσε Περσέων τοὺς πρώτους· συναγείρας δὲ τούτους,
ἐς μέσον σφι προετίθεε τὸ πρῆγμα, συμβουλευόμενος
ὁκότερα ποιέοι. τῶν δὲ κατὰ τὠυτὸ αἱ γνῶμαι συνεξέ-
πιπτον, κελευόντων ἐσδέκεσθαι Τόμυρίν τε καὶ τὸν
στρατὸν αὐτῆς ἐς τὴν χώρην. Παρεὼν δὲ καὶ μεμφό- 207
μενος τὴν γνώμην ταύτην Κροῖσος ὁ Λυδὸς, ἀπεδείκνυτο
ἐναντίην τῇ προκειμένῃ γνώμῃ, λέγων τάδε· „Ὦ βα-
„σιλεῦ, εἶπον μὲν καὶ πρότερόν τοι, ὅτι ἐπεί με Ζεὺς
5 „ἔδωκέ τοι, τὸ ἂν ὁρῶ σφάλμα ἐὸν οἴκῳ τῷ σῷ, κα-
„τὰ δύναμιν ἀποτρέψειν. τὰ δέ μοι παθήματα, ἐόν-

gendo flumini impendis, ingredere nostram terram, nos interim trium dierum itinere a fluvio recedemus. Sin malueris nos in vestram recipere, tu similiter fac. His auditis *Cyrus*, convocatis Persarum primatibus, rem in medium proposuit, una cum eis deliberaturus quidnam faceret. Quorum cunctorum sententiae in hoc consentiebant, ut illum iuberent Tomyrin eiusque exercitum in suam regionem recipere. (207.) At consilio quum interesset *Croesus* Lydus, hanc ille sententiam improbans, contrariam proposuit, his usus verbis: *O Rex, iam aliâs tibi professus sum, quoniam me Deus tibi in manus tradidit, si quem videro casum domui tuae impendere, pro viribus me illum aversurum. Quae mihi acciderant tristia, documenta mihi fuere.*

„τα ἀχάριτα, μαθήματα γεγόνε. Εἰ μὲν ἀθάνατος
„δοκέεις εἶναι, καὶ στρατιῆς τοιαύτης ἄρχειν, οὐδὲν ἂν
„εἴη πρῆγμα γνώμας ἐμὲ σοι ἀποφαίνεσθαι. εἰ δ᾽
„ἔγνωκας ὅτι ἄνθρωπος καὶ σύ εἶς, καὶ ἑτέρων τοιῶν- 10
„δε ἄρχεις, ἐκεῖνο πρῶτον μάθε, ὡς κύκλος τῶν ἀν-
„θρωπηίων ἐστὶ πρηγμάτων· περιφερόμενος δὲ, οὐκ
„ἐᾷ αἰεὶ τοὺς αὐτοὺς εὐτυχέειν. ἤδη ὦν ἐγὼ γνώμην
„ἔχω περὶ τοῦ προκειμένου πρήγματος τὰ ἔμπαλιν ἢ
„οὗτοι. εἰ γὰρ ἐθελήσομεν ἐσδέξασθαι τοὺς πολεμίους 15
„ἐς τὴν χώρην, ὅδε τοι ἐν αὐτῷ κίνδυνος ἔνι· ἑσσωθεὶς
„μὲν, προσαπολλύεις πᾶσαν τὴν ἀρχήν· δῆλα γὰρ
„δὴ, ὅτι νικῶντες Μασσαγέται, οὐ τὸ ὀπίσω φεύ-
„ξονται, ἀλλ᾽ ἐπ᾽ ἀρχὰς τὰς σὰς ἐλῶσι. νικῶν δὲ,
„οὐ νικᾷς τοσοῦτον, ὅσον εἰ διαβὰς ἐς τὴν ἐκείνων, 20

CCVII. 6 *seq.* ἐόντα ἀχάριτα. τὰ ἐόντα *habent libri fere omnes, et dein unus* ἄριστα μαθήματα, optima documenta, optima monita.

Quod si immortalis existimas esse, et exercitui imperare immortali, nil opus fuerit me meam tibi sententiam declarare. Sin et te hominem esse intelligis, et hominibus imperare; illud primum cogita, orbem quemdam esse rerum humanarum, qui dum convertitur, non sinit eosdem semper esse felices. Iam igitur ego de re propositâ contra, quam hi, sentio. Si enim hostes voluerimus in nostram recipere terram, hoc tibi in ea re periculum inest: si inferior discesseris, simul universum regnum perdes; manifestum est enim, victores Massagetas non retro fugituros, sed in tua regna irrupturos: sin viceris, non tanta erit vi-

„ νικῶν Μασσαγέτας, ἕποιο φεύγουσι· τὠυτὸ γὰρ ἀν-
„ τιθήσω ἐκείνῳ, ὅτι νικήσας τοὺς ἀντιουμένους ἐλᾷς
„ ἰθὺ τῆς ἀρχῆς τῆς Τομύριος. Χωρίς τε τοῦ ἀπηγη-
„ μένου, αἰσχρὸν καὶ οὐκ ἀνασχετὸν, τὸν Κῦρόν γε
25 „ τὸν Καμβύσεω γυναικὶ εἴξαντα ὑποχωρῆσαι τῆς χώ-
„ ρης. Νῦν ὦν μοι δοκέει, διαβάντας προελθεῖν ὅσον ἂν
„ ἐκεῖνοι διεξίωσι· ἐνθεῦτεν δὲ τάδε ποιεῦντας, πειρᾶ-
„ σθαι ἐκείνων περιγενέσθαι. ὡς γὰρ ἐγὼ πυνθάνομαι,
„ Μασσαγέται εἰσὶ ἀγαθῶν τε Περσικῶν ἄπειροι, καὶ
30 „ καλῶν μεγάλων ἀπαθέες. τούτοισι ὦν τοῖσι ἀνδρά-
„ σι, τῶν προβάτων ἀφειδέως πολλὰ κατακόψαντας,
„ καὶ σκευάσαντας, προθεῖναι ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῷ
„ ἡμετέρῳ δαῖτα· πρὸς δὲ, καὶ κρητῆρας ἀφειδέως οἴ-
„ νου ἀκρήτου, καὶ σιτία παντοῖα. ποιήσαντας δὲ ταῦ-

ctoria, quanta si traiecto flumine viceris Massagetas, et fugientes fueris insecutus; nam hoc idem priori oppono, victorem te continuo in medium illorum regnum ducturum exercitum. Sed, praeter haec quae exposui, turpe est, nec ferendum, ut Cyrus Cambysis filius, foeminae cedens, pedem referat ex regione quam occupavit. Nunc ergo mihi videtur, traiecto fluvio progrediendum esse quantum illi recesserint, ac deinde operam dandam ut illos superes tali initâ ratione. Scilicet quum Massagetae, ut equidem audio, bonorum Persicorum sint insueti, et magnorum vitae commodorum expertes; hisce hominibus, caesâ paratâque magnâ pecudum copiâ, ad haec vini meri crateribus et farinaceis omnis generis cibariis largiter adpositis, epulum parandum est nostris in

„τα, ὑπολειπομένους τῆς στρατιῆς τὸ Φλαυρότατον, 35
„τοὺς λοιποὺς αὖτις ἐξαναχωρέειν ἐπὶ τὸν ποταμόν.
„ἢν γὰρ ἐγὼ γνώμης μὴ ἁμάρτω, κεῖνοι ἰδόμενοι ἀγα-
„θὰ πολλὰ, τρέψονταί τε πρὸς αὐτὰ, καὶ ἡμῖν τὸ
„ἐνθεῦτεν λείπεται ἀπόδεξις ἔργων μεγάλων."

208 Γνῶμαι μὲν αὗται συνέστασαν. Κῦρος δὲ, μετεὶς τὴν προτέρην γνώμην, τὴν Κροίσου δὲ ἑλόμενος, προηγόρευε Τομύρι ἐξαναχωρέειν, ὡς αὐτοῦ διαβησομένου ἐπ' ἐκείνην. ἡ μὲν δὴ ἐξαναχώρεε, κατὰ ὑπέσχετο πρῶτα. Κῦρος δὲ, Κροῖσον ἐς τὰς χεῖρας ἐσθεὶς τῷ ἑωυτοῦ 5 παιδὶ Καμβύσῃ, τῷ περ τὴν βασιληΐην ἐδίδου, καὶ πολλὰ ἐντειλάμενός οἱ τιμᾷν τε αὐτὸν καὶ εὖ ποιέειν, ἢν ἡ διάβασις ἡ ἐπὶ Μασσαγέτας μὴ ὀρθωθῇ· ταῦτα ἐντειλάμενος, καὶ ἀποστείλας τούτους ἐς Πέρσας,

castris; ac deinde, relictâ vilissimâ copiarum parte, cum reliquis versus fluvium retrogrediendum. Nisi enim me fallit sententia, illi conspecto bonarum rerum adparatu, in has se coniicient, et nobis oblata erit magnorum edendorum facinorum occasio.

(208.) Hac quum inter se oppositae essent sententiae, *Cyrus* repudiatâ priore, Croesi sententiam amplexus est, et *Tomyri* praedixit, ut *retro cederet; se enim, traiecto flumine, illi occursurum.* Illa igitur retro cessit, quemadmodum prius pollicita erat. Et Cyrus, postquam Croesum in manus filii sui Cambysis, cui etiam regnum reliquit, tradidisset, multisque verbis filio mandasset, ut illum in honore haberet, beneque ei faceret, si transitus in Massagetas minus prospere cessisset; hisce datis man-

10 αὐτὸς διέβαινε τὸν ποταμὸν, καὶ ὁ στρατὸς αὐτοῦ.
Ἐπεί τε δὲ ἐπεραιώθη τὸν Ἀράξεα, νυκτὸς ἐπελθού- 209
σης, εἶδε ὄψιν, εὕδων ἐν τῇ Μασσαγετέων χώρῃ,
τοιήνδε. ἐδόκεε ὁ Κῦρος ἐν τῷ ὕπνῳ ὁρᾷν τῶν Ὑστά-
σπεος παίδων τὸν πρεσβύτατον ἔχοντα ἐπὶ τῶν ὤμων
5 πτέρυγας· καὶ τουτέων τῇ μὲν τὴν Ἀσίην, τῇ δὲ τὴν
Εὐρώπην ἐπισκιάζειν. Ὑστάσπεϊ δὲ τῷ Ἀρσάμεος,
ἐόντι ἀνδρὶ Ἀχαιμενίδῃ, ἦν τῶν παίδων Δαρεῖος πρεσ-
βύτατος, ἐὼν τότε ἡλικίην ἐς εἴκοσί κου μάλιστα ἔτεα.
καὶ οὗτος κατελέλειπτο ἐν Πέρσῃσι· οὐ γάρ εἶχέ κω
10 ἡλικίην στρατεύεσθαι. ἐπεὶ ὦν δὴ ἐξηγέρθη ὁ Κῦρος,
ἐδίδου λόγον ἑωυτῷ περὶ τῆς ὄψιος. ὡς δέ οἱ ἐδόκεε με-
γάλη εἶναι ἡ ὄψις, καλέσας Ὑστάσπεα, καὶ ἀπο-
λαβὼν μοῦνον, εἶπε· „Ὕστασπες, παῖς σὸς ἐπιβου-
„λεύων ἐμοί τε καὶ τῇ ἐμῇ ἀρχῇ ἑάλωκε· ὡς δὲ ἀτρε-

datis, illos remisit in Persiam, ipse vero cum exercitu flumen traiecit. (209.) Traiecto Araxe, prima nocte in Massagetarum terrâ quiescenti Cyro visum oblatum est tale. Visus sibi est per somnum conspicere filiorum Hystapis maximum natu, alas in humeris habentem, et harum alterâ Asiam obumbrantem, alterâ Europam. Erat autem Hystaspi, Arsamis filio, ex Achaemenidarum familiâ, filius natu maximus Darius, iuvenis tunc temporis viginti maxime annorum: isque relictus erat in Perside, quippe militarem nondum habens aetatem. E somno experrectus Cyrus, de oblato viso secum cogitabat: quod quum illi magni videretur esse momenti, Hystaspen ad se vocat, remotisque arbitris ei dicit: *Hystaspes! filius tuus deprehensus est mihi et meo regno insidiari:*

„ κέως ταῦτα οἶδα, ἐγὼ σημανέω. ἐμεῦ θεοὶ κήδον- 15
„ ται, καί μοι πάντα προδεικνύουσι τὰ ἐπιφερόμενα·
„ ἤδη ὦν ἐν τῇ παροιχομένῃ νυκτὶ εὕδων, εἶδον τῶν σῶν
„ παίδων τὸν πρεσβύτατον ἔχοντα ἐπὶ τῶν ὤμων πτέ-
„ ρυγας· καὶ τουτέων τῇ μὲν τὴν Ἀσίην, τῇ δὲ τὴν Εὐ-
„ ρώπην ἐπισκιάζειν. οὔκων ἐστὶ μηχανὴ ἀπὸ τῆς ὄψιος 20
„ ταύτης οὐδεμίη, τὸ μὴ κεῖνον ἐπιβουλεύειν ἐμοί. σὺ
„ τοίνυν τὴν ταχίστην πορεύεο ὀπίσω ἐς Πέρσας, καὶ
„ ποίεε ὅκως ἐπεὰν ἐγὼ τάδε καταστρεψάμενος ἔλθω
„ ἐκεῖ, ὥς μοι καταστήσῃς τὸν παῖδα ἐς ἔλεγχον."

210 Κῦρος μὲν δοκέων Δαρεῖόν οἱ ἐπιβουλεύειν, ἔλεγε τά-
δε· τῷ δὲ ὁ δαίμων προέφαινε, ὡς αὐτὸς μὲν τελευτή-
σειν αὐτοῦ ταύτῃ μέλλοι, ἡ δὲ βασιληΐη αὐτοῦ περι-
χωρέοι ἐς Δαρεῖον. Ἀμείβεται δὴ ὦν ὁ Ὑστάσπης τοῖσ-

id qua ratione certo cognoverim, tibi dicam. Mei curam gerunt dii, mihique ante significant omnia quae imminent. Nunc igitur proximâ nocte per quietem vidi filiorum tuorum natu maximum alas in humeris habentem, earumque alterâ Asiam obumbrantem, alterâ Europam. Quod quum mihi oblatum sit visum, fieri prorsus nullo modo potest quin mihi illum insidiari intelligam. Quare tu ocyus retro proficiscere in Persidem, et fac, postquam rebus hîc bene gestis illuc rediero, filium tuum mihi sistas, ut eius caussam cognoscam.

(210) Haec Cyrus Dario, ratus illius filium sibi insidias struere, dixit: at illi deus significaverat, ipsum eodem loco, ubi erat, periturum, regnumque ipsius ad Darium transiturum. Hystaspes illi his verbis respon-

5 δε· „Ὦ βασιλεῦ, μὴ εἴη ἀνὴρ Πέρσης γεγονὼς,
„ὅστις τοι ἐπιβουλεύσει· εἰ δ' ἔστι, ἀπόλοιτο ὡς τά-
„χιστα· ὃς ἀντὶ μὲν δούλων, ἐποίησας ἐλευθέρους Πέρ-
„σας εἶναι· ἀντὶ δὲ ἄρχεσθαι ὑπ' ἄλλων, ἄρχειν ἁπάν-
„των. εἰ δέ τίς τοι ὄψις ἀπαγγέλλει παῖδα τὸν ἐμὸν
10 „νεώτερα βουλεύειν περὶ σέο, ἐγώ τοι παραδίδωμι
„χρῆσθαι αὐτῷ τοῦτο ὅ τι σὺ βούλεαι." Ὑστάσπης
μὲν τούτοισι ἀμειψάμενος, καὶ διαβὰς τὸν Ἀράξεα,
ἤϊε ἐς Πέρσας, φυλάξων Κύρῳ τὸν παῖδα Δαρεῖον.

Κῦρος δὲ προελθὼν ἀπὸ τοῦ Ἀράξεω ἡμέρης ὁδὸν, 211
ἐποίεε τὰς Κροίσου ὑποθήκας. μετὰ δὲ ταῦτα, Κύρου
τε καὶ Περσέων τοῦ καθαροῦ στρατοῦ ἀπελάσαντος
ὀπίσω ἐπὶ τὸν Ἀράξεα, λειφθέντος δὲ τοῦ ἀχρηΐου,
5 ἐπελθοῦσα τῶν Μασσαγετέων τριτημορὶς τοῦ στρατοῦ,

dit: *O Rex, ne sit is homo Persa, si quis tibi insidias est structurus! Sin fuerit, pereat quam primum! Tibi-ne insidiari, qui Persas ex servitute in libertatem vindicasti; et, quum aliis fuissent subiecti, fecisti ut imperent omnibus! Quod si vero visum aliquod tibi significat, filium meum res novas adversus te moliri, ego illum tibi tradam, ut de eo facias quodcumque placuerit.* Haec postquam respondit Hystaspes, traiecto Araxe in Persas profectus est, Cyro filium suum Darium custoditurus.

(211.) *Cyrus* ab Araxe unius diei itinere progressus, fecit quod Croesus illum monuerat. Deinde postquam ipse, inutili copiarum parte in castris relictâ, cum reliquo exercitu, quotquot natione Persae erant, ad Araxem regressus est, adcurrit castra invadens ter-

τούς τε λειφθέντας τῆς Κύρου στρατιῆς. ἐφόνευέ ἀλεξομένους, καὶ τὴν προκειμένην ἰδόντες δαῖτα, ὡς ἐχειρώσαντο τοὺς ἐναντίους, κλιθέντες δαίνυντο· πληρωθέντες δὲ φορβῆς καὶ οἴνου, εὗδον. οἱ δὲ Πέρσαι ἐπελθόντες πολλοὺς μέν σφεων ἐφόνευσαν, πολλῷ δ᾽ ἔτι πλεῦνας 10 ἐζώγρησαν, καὶ ἄλλους, καὶ τὸν τῆς βασιλείης Τομύριος παῖδα, στρατηγέοντα Μασσαγετέων, τῷ οὔνο-

212 μα ἦν Σπαργαπίσης. Ἡ δὲ, πυθομένη τά τε περὶ τὴν στρατιὴν γεγονότα καὶ τὰ περὶ τὸν παῖδα, πέμπουσα κήρυκα παρὰ Κῦρον, ἔλεγε τάδε· „Ἄπληστε „αἵματος Κῦρε, μηδὲν ἐπαρθῇς τῷ γεγονότι τῷδε „πρήγματι, εἰ ἀμπελίνῳ καρπῷ, τῷ περ αὐτοὶ ἐμ- 5 „πιπλάμενοι μαίνεσθε οὕτω, ὥστε κατιόντος τοῦ οἴνου „ἐς τὸ σῶμα, ἐπαναπλώειν ὑμῖν ἔπεα κακὰ, τοιούτῳ „φαρμάκῳ δολώσας, ἐκράτησας παιδὸς τοῦ ἐμοῦ,

tia pars exercitus Massagetarum. Hi eos, qui de Cyri exercitu relicti erant, repugnantes occidunt; tum, paratum conspicati epulum, superatis adversariis, ad epulandum discumbunt; denique cibo potuque repleti, sopore opprimuntur. Inter haec supervenientes Persae magnum eorum numerum interficiunt, multo vero plures vivos capiunt, quum alios, tum reginae Tomyrios filium, ducem Massagetarum, cui nomen erat Spargapises. (212.) Tum illa, cognitis quae et exercitui et filio suo acciderant, misso ad Cyrum legato, haec ei edixit: *Inexplebilis sanguine Cyre! ne utique efferaris re gestâ, quod viteo fructu, quo repleti vos ita insanitis, ut, postquam vinum in corpus descendit, scelestis vocibus exundetis, tali veneno deceptum filium meum su-*

„ἀλλ' οὐ μάχῃ κατὰ τὸ καρτερόν. νῦν ὦν μευ εὖ παραινεούσης ὑπόλαβε τὸν λόγον. ἀποδούς μοι τὸν παῖδα, ἄπιθι ἐκ τῆσδε τῆς χώρης ἀζήμιος, Μασσαγετέων τριτημορίδι τοῦ στρατοῦ κατυβρίσας. εἰ δὲ μὴ ταῦτα σὺ ποιήσεις, ἥλιον ἐπόμνυμί τοι τὸν Μασσαγετέων δεσπότην, ἦ μὴν σὲ ἐγώ, καὶ ἄπληστον ἐόντα, αἵματος κορέσω." Κῦρος μέν νυν τῶν ἐπέων οὐδένα τουτέων ἀνενειχθέντων ἐποιέετο λόγον. ὁ δὲ τῆς βασιλείης Τομύριος παῖς Σπαργαπίσης, ὥς μιν ὅ τε οἶνος ἀνῆκε, καὶ ἔμαθε ἵνα ἦν κακοῦ, δεηθεὶς Κύρου ἐκ τῶν δεσμῶν λυθῆναι, ἔτυχε· ὡς δὲ ἐλύθη τε τάχιστα καὶ τῶν χειρῶν ἐκράτησε, διεργάζεται ἑωυτόν. καὶ δὴ οὗτος μὲν τρόπῳ τοιούτῳ τελευτᾷ. Τόμυρις δέ, ὥς οἱ ὁ Κῦρος οὐκ ἐσήκουσε, συλλέξασα πᾶσαν

10 213 5 214

perasti, non iusto praelio et bellica virtute vicisti. Nunc ergo consilium, quod tibi bono animo profero, accipe. Redde mihi filium, et abi ex hac terra, impune ferens quod tertiam exercitus Massagetarum partem hac contumeliâ adfecisti. Quod si haec non feceris, Solem iuro, dominum Massagetarum, certe me te, quamvis inexplebilem, sanguine satiaturam. (213.) Horum verborum ad se relatorum nullam Cyrus habuit rationem. Reginae autem Tomyrios filius Spargapises, postquam remissâ vi vini didicit quonam in malo esset, oravit Cyrum ut vinculis solveretur, idque ei rex indulsit. At simulatque solutus erat et manuum suarum potens, se ipse interemit: et hoc vitae exitu ille usus est. (214.) Sed Tomyris, ubi ei morem non gessit Cyrus, contractis omnibus copiis, praelio cum illo

τὴν ἑωυτῆς δύναμιν, συνέβαλε Κύρῳ. ταύτην τὴν μάχην, ὅσαι δὴ βαρβάρων ἀνδρῶν μάχαι ἐγένοντο, κρίνω ἰσχυροτάτην γενέσθαι· καὶ δὴ καὶ πυνθάνομαι οὕτω 5 τοῦτο γενόμενον. πρῶτα μὲν γὰρ λέγεται αὐτοὺς διαστάντας ἐς ἀλλήλους τοξεύειν· μετὰ δὲ, ὥς σφι τὰ βέλεα ἐξετετόξευτο, συμπεσόντας τῇσι αἰχμῇσί τε καὶ τοῖσι ἐγχειριδίοισι συνέχεσθαι· χρόνον τε δὴ ἐπὶ πολλὸν συνεστάναι μαχομένους, καὶ οὐδετέρους ἐθέλειν φεύ- 10 γειν· τέλος δὲ, οἱ Μασσαγέται περιεγενέατο. ἥ τε δὴ πολλὴ τῆς Περσικῆς στρατιῆς αὐτοῦ ταύτῃ διεφθάρη, καὶ δὴ καὶ αὐτὸς Κῦρος τελευτᾷ, βασιλεύσας τὰ πάντα ἑνὸς δέοντα τριήκοντα ἔτεα. ἀσκὸν δὲ πλήσασα αἵματος ἀνθρωπηΐου Τόμυρις, ἐδίζητο ἐν τοῖσι τεθνεῶσι 15 τῶν Περσέων τὸν Κύρου νέκυν. ὡς δὲ εὗρε, ἐναπῆπτε αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν ἐς τὸν ἀσκόν· λυμαινομένη δὲ τῷ νε-

CCXIV. 16. ἐναπῆπτε. *Alii* ἐναπῆκε.

conflixit. Hoc praelium, quotquot a barbaris hominibus praelia commissa sunt, equidem existimo omnium fuisse acerrimum; rem enim tali modo gestam esse accepi. Primum ex aliquo spatio distantes, tela invicem coniecisse; dein, absumtis telis, concurrisse, et hastis conflixisse gladiisque; atque diutius ita consertis manibus pugnasse, neutris fugam capessere volentibus. Ad extremum vero superiores Massagetae discesserunt. Igitur maxima pars Persici exercitus eodem in loco est interemta, et ipse *Cyrus obiit*, postquam annos regnasset undetriginta. Tum Tomyris, sacco sanguine repleto humano, Cyri cadaver inter caesorum Persarum stragem iussit perquiri: repertique caput in sacco suspendit, [*sive*, in saccum de-

χρῶ, ἐπέλεγε τάδε· „Σὺ μὲν ἐμὲ ζώουσάν τε καὶ νικῶ-
„σάν σε μάχῃ ἀπώλεσας, παῖδα τὸν ἐμὸν ἑλὼν δόλῳ·
20 „σὲ δ᾽ ἐγὼ, κατάπερ ἠπείλησα, αἵματος κορέσω.“
Τὰ μὲν δὴ κατὰ τὴν Κύρου τελευτὴν τοῦ βίου, πολ-
λῶν λόγων λεγομένων, ὅδε μοι ὁ πιθανώτατος εἴρηται.

Μασσαγέται δὲ ἐσθῆτά τε ὁμοίην τῇ Σκυθικῇ φο- 215
ρέουσι, καὶ δίαιταν ἔχουσι. ἱππόται δέ εἰσι καὶ ἄνιπ-
ποι· ἀμφοτέρων γὰρ μετέχουσι. καὶ τοξόται τε καὶ
αἰχμοφόροι, σαγάρις νομίζοντες ἔχειν. χρυσῷ δὲ καὶ
5 χαλκῷ τὰ πάντα χρέωνται· ὅσα μὲν γὰρ ἐς αἰχμὰς,
καὶ ἄρδις, καὶ σαγάρις, χαλκῷ τὰ πάντα χρέων-
ται· ὅσα δὲ περὶ κεφαλὴν, καὶ ζωστῆρας, καὶ μα-
σχαλιστῆρας, χρυσῷ κοσμέονται. ὡς δ᾽ αὔτως τῶν ἵπ-
πων τὰ μὲν περὶ τὰ στέρνα, χαλκέους θώρηκας περι-
10 βάλλουσι· τὰ δὲ περὶ τοὺς χαλινοὺς καὶ στόμια καὶ

misit,] mortuo his verbis insultans: *Tu me vivam, tuique victricem, perdidisti, qui filium meum dolo cepisti: te vero ego, sicuti minata sum, sanguine satiabo.* Quod igitur ad *vitae finem Cyri* spectat, multa quidem alia diversaque narrantur, sed ista mihi maxime verisimilis visa erat narratio.

(215.) Utuntur *Massagetae* et vestimento et vitae ratione simili Scytharum. Ex equis pugnant, et pedites: nam utroque genere valent. Et arcu et hastis utuntur, bipennesque gestare consuerunt. Ad omnia auro utuntur aut aere. Ad hastas, ad sagittarum cuspides, ad bipennes non nisi aere utuntur; ad capitis ornatum, et ad cingula circum lumbos et circa axillas, auro. Similiter equis circa pectus aeneos circumponunt thoraces: habenarum autem ornatum et

φάλαρα, χρυσῷ. σιδήρῳ δὲ οὐδ' ἀργύρῳ χρέωνται οὐδέν· οὐδὲ γάρ οὐδέ σφί ἐστι ἐν τῇ χώρῃ· ὁ δὲ χαλ-
nullum templum ingrediuntur: neque quisquam illis filiam vult elocare, nec illorum filiam ducere uxorem: sed inter se subulci filias elocant, et matrimonia incunt. Aliis igitur diis sues immolare nefas ducunt Aegyptii: Lunae vero et Baccho solis, eodem tempore, eodem plenilunio, sues immolant, et carne eorum vescuntur. Cur autem aliis in festis a suibus abhorreant, in hoc vero eas immolent, caussam huius rei adferunt Aegyptii; quam licet noverim, non me decet referre. Sacrificantur autem sues *Lunae* in hunc modum. Qui sacrum facit, is mactatâ sue extremam eius caudam, splenem, et omentum, in unum componit, omnique adipe, qui in pecudis abdomine est, obtegit, tum accenso igne adolet. Deinde reliquâ carne vescuntur eodem plenilunii die, quo sacra

κρέα σιτέονται ἐν τῇ πανσελήνῳ, ἐν τῇ ἂν τὰ ἱρὰ θύ- 20
σωσι· ἐν ἄλλῃ δὲ ἡμέρῃ οὐκ ἂν ἔτι γευσαίατο. οἱ δὲ
πένητες αὐτῶν ὑπ' ἀσθενείης βίου σταιτίνας πλάσαν-
48 τες ὗς, καὶ ὀπτήσαντες ταύτας, θύουσι. Τῷ δὲ Διο-
νύσῳ, τῆς ὁρτῆς τῇ δορπίῃ, χοῖρον πρὸ τῶν θυρέων
σφάξας ἕκαστος, διδοῖ ἀποφέρεσθαι τὸν χοῖρον αὐτῷ
τῷ ἀποδομένῳ τῶν συβωτέων. τὴν δὲ ἄλλην ἀνάγουσι
ὁρτὴν τῷ Διονύσῳ οἱ Αἰγύπτιοι, πλὴν χορῶν, κατὰ 5
ταὐτὰ σχεδὸν πάντα Ἕλλησι. ἀντὶ δὲ φαλλῶν, ἄλλα
σφί ἐστι ἐξευρημένα ὅσον τε πηχυαῖα ἀγάλματα νευ-
ρόσπαστα, τὰ περιφορέουσι κατὰ κώμας γυναῖκες,
νεῦον τὸ αἰδοῖον, οὐ πολλῷ τέῳ ἔλασσον ἐὸν τοῦ ἄλ-
λου σώματος. προηγέεται δὲ αὐλός· αἱ δὲ ἕπονται 10
ἀείδουσαι τὸν Διόνυσον. διότι δὲ μέζον τε ἔχει τὸ αἰ-
δοῖον, καὶ κινέει μοῦνον τοῦ σώματος, ἔστι λόγος περὶ

XLVIII. 5. *Alii* πλὴν χοίρων, exceptis *porcis*.

fecerunt: alio vero die nemo amplius gustaverit. Pauperes vero, ob victus tenuitatem, farinaceas fingunt sues, easque coctas offerunt. (48.) *Baccho* vero, vesperâ quae festum antecedit, unusquisque suem ante ianuam aedium suarum mactat; mactatam vero eidem homini, qui illi eam vendiderat, tradit auferendam. Reliquum vero festum Baccho, choros si excipias, eodem prorsus modo agunt atque Graeci. Loco phallorum autem alio invento utuntur; imaginibus fere cubitalibus, nervo mobilibus, quas per vicos circumferunt mulieres, nutante veretro, haud multo minori quam reliquum totum corpus. Praecedit tibia, sequunturque mulieres, Baccho carmina canentes. Cur autem veretrum sit maius, et hoc unum in cor-

αὐτοῦ ἱρὸς λεγόμενος. Ἤδη ὦν δοκέει μοι Μελάμ- 49
πους ὁ Ἀμυθέωνος τῆς θυσίης ταύτης οὐκ εἶναι ἀδαὴς,
ἀλλ' ἔμπειρος. Ἕλλησι γὰρ δὴ Μελάμπους ἐστὶ ὁ
ἐξηγησάμενος τοῦ Διονύσου τό τε οὔνομα, καὶ τὴν θυ-
5 σίην, καὶ τὴν πομπὴν τοῦ φαλλοῦ. ἀτρεκέως μὲν οὐ
πάντα συλλαβὼν τὸν λόγον ἔφηνε· ἀλλ' οἱ ἐπιγενόμε-
νοι τούτῳ σοφισταὶ μεζόνως ἐξέφηναν. τὸν δ' ὦν φαλ-
λὸν τὸν τῷ Διονύσῳ πεμπόμενον Μελάμπους ἐστὶ ὁ
κατηγησάμενος· καὶ ἀπὸ τούτου μαθόντες ποιεῦσι τὰ
10 ποιεῦσιν Ἕλληνες. Ἐγὼ μέν νυν φημι Μελάμποδα γε-
νόμενον ἄνδρα σοφὸν, μαντικήν τε ἑωυτῷ συστῆσαι,
καὶ, πυθόμενον ἀπ' Αἰγύπτου, ἄλλα τε πολλὰ ἐση-
γήσασθαι Ἕλλησι, καὶ τὰ περὶ τὸν Διόνυσον, ὀλίγα
αὐτῶν παραλλάξαντα. οὐ γὰρ δὴ συμπεσέειν γε φήσω

pore moveatur, eius rei sacra quaedam redditur ratio. (49.) Iam igitur huius sacri videtur mihi *Melampus*, Amytheonis filius, non fuisse ignarus, sed cognitum illud habuisse. Qui enim Graecos et nomen et sacra Bacchi et phalli pompam docuit, is Melampus est. Sed non totam rem recte perceptam aperuit: alii autem post eum docti viri amplius illam patefecerunt. Phallum certe, qui in Bacchi pompâ circumfertur, Melampus instituit; et ab illo edocti faciunt Graeci quae faciunt. Ego itaque adfirmo, Melampodem, quum esset vir doctrinâ et ingenio praestans, et divinandi artem sibi comparasse, et quum alia multa, quae ex Aegypto cognoverat, tum ea quae ad Bacchum spectant, Graecos docuisse, pauca immutantem. Nec enim dicam equidem, fortuito coin-

τά τε ἐν Αἰγύπτῳ ποιεύμενα τῷ Θεῷ, καὶ τὰ ἐν τοῖσι 15
Ἕλλησι· ὁμότροπα γὰρ ἂν ἦν τοῖσι Ἕλλησι, καὶ οὐ
νεωστὶ ἐσαγμένα. οὐ μὴν οὐδὲ φήσω ὅκως Αἰγύπτιοι
παρ' Ἑλλήνων ἔλαβον ἢ τοῦτο, ἢ ἄλλο κού τι νόμαιον.
πυθέσθαι δέ μοι δοκέει μάλιστα Μελάμπους τὰ περὶ
τὸν Διόνυσον παρὰ Κάδμου τε τοῦ Τυρίου, καὶ τῶν σὺν 20
αὐτῷ ἐκ Φοινίκης ἀπικομένων ἐς τὴν νῦν Βοιωτίην καλεομένην χώρην.

50. Σχεδὸν δὲ καὶ πάντα τὰ οὐνόματα τῶν Θεῶν ἐξ
Αἰγύπτου ἐλήλυθε ἐς τὴν Ἑλλάδα. διότι μὲν γὰρ ἐκ
τῶν βαρβάρων ἥκει, πυνθανόμενος οὕτω εὑρίσκω ἐόν·
δοκέω δ' ὦν μάλιστα ἀπ' Αἰγύπτου ἀπῖχθαι. ὅτι γὰρ
δὴ μὴ Ποσειδέωνος, καὶ Διοσκούρων, ὡς καὶ πρότερόν 5
μοι ταῦτα εἴρηται, καὶ Ἥρης, καὶ Ἱστίης, καὶ Θέμιος, καὶ Χαρίτων, καὶ Νηρηΐδων, τῶν ἄλλων Θεῶν

cidisse [*sive:* eodem tempore ortum cepisse] ea quae in Aegypto peraguntur huic deo, et quae apud Graecos: forent enim reliquis Graecorum moribus institutisque conformia, nec recens introducta: nec vero rursus dicam, a Graecis accepisse Aegyptios sive hoc, sive aliud ullum institutum. Accepisse autem Melampus haec, quae ad Bacchi cultum spectant, maxime a Cadmo Tyrio mihi videtur, et ab his qui cum eo ex Phoenicia in hanc terram, quae nunc Boeotia vocatur, advenerant.

(50.) Enimvero omnia propemodum *deorum nomina ex Aegypto* in Graeciam pervenerunt. Nam, a barbaris advenisse, perquirendo compertum habeo: puto autem, ex Aegypto maxime fuisse adlata. Etenim si Neptunum et Dioscuros excipias, ut iam ante dixi, tum Iunonem, Vestam, Themitem, Charitas et

Αἰγυπτίοισι αἰεί κοτε τὰ οὐνόματά ἐστι ἐν τῇ χώρῃ· λέγω δὴ τὰ λέγουσι αὐτοὶ Αἰγύπτιοι. τῶν δὲ οὔ φασι
10 θεῶν γινώσκειν τὰ οὐνόματα, οὗτοι δέ μοι δοκέουσι ὑπὸ Πελασγῶν ὀνομασθῆναι, πλὴν Ποσειδέωνος. τοῦτον δὲ τὸν θεὸν παρὰ Λιβύων ἐπύθοντο. οὐδαμοὶ γὰρ ἀπ' ἀρχῆς Ποσειδέωνος οὔνομα ἔκτηνται, εἰ μὴ Λίβυες· καὶ τιμέωσι τὸν θεὸν τοῦτον αἰεί. νομίζουσι δ' ὦν Αἰγύπτιοι οὐδ' ἥρωσι οὐδέν. Ταῦτα μέν νυν, καὶ ἄλλα 51 πρὸς τούτοισι τὰ ἐγὼ φράσω, Ἕλληνες ἀπ' Αἰγυπτίων νενομίκασι. τοῦ δὲ Ἑρμέω τὰ ἀγάλματα ὀρθὰ ἔχειν τὰ αἰδοῖα ποιεῦντες, οὐκ ἀπ' Αἰγυπτίων μεμαθήκασι,
5 ἀλλ' ἀπὸ Πελασγῶν· πρῶτοι μὲν Ἑλλήνων ἁπάντων Ἀθηναῖοι παραλαβόντες, παρὰ δὲ τούτων ὧλλοι. Ἀθηναίοισι γὰρ, ἤδη τηνικαῦτα ἐς Ἕλληνας τελέουσι, Πε-

Nereidas; reliquorum deorum omnium nomina ab omni retro tempore in Aegypto exstitere. Dico autem quae dicunt ipsi Aegyptii. Quorum vero deorum ignorare se nomina aiunt, his mihi videntur Pelasgi nomina imposuisse, excepto Neptuno: huius autem dei notitia ex Libyâ ad Graecos pervenit: nullus enim populus, praeter Libyes, Neptuni olim nomen habuit: Libyes vero deum hunc perpetuo coluerunt. Porro nec Heroas ullo cultu prosequuntur Aegyptii. (51.) Ista igitur, quae dixi, et praeterea alia, de quibus dicturus sum, ab Aegyptiis acceperunt Graeci. Quod vero *Mercurii* imagines faciunt erecta pudenda habentes, id non ab Aegyptiis didicerunt; sed a Pelasgis acceperunt primi Graecorum omnium Athenienses, ac deinde ab his caeteri. Nam cum Atheniensibus, qui iam tum Hellenibus accen-

λασγοὶ σύνοικοι ἐγένοντο ἐν τῇ χώρῃ· ὅθεν περ καὶ Ἕλληνες ἤρξαντο νομισθῆναι. ὅστις δὲ τὰ Καβείρων ὄργια μεμύηται, τὰ Σαμοθρήϊκες ἐπιτελέουσι, παραλαβόντες παρὰ Πελασγῶν, οὗτος ὡνὴρ οἶδε τὸ λέγω. τὴν 10
γὰρ Σαμοθρηΐκην οἴκεον πρότερον Πελασγοὶ οὗτοι, τοί περ Ἀθηναίοισι σύνοικοι ἐγένοντο, καὶ παρὰ τούτων Σαμοθρήϊκες τὰ ὄργια παραλαμβάνουσι. ὀρθὰ ὦν ἔχειν τὰ αἰδοῖα τἀγάλματα τοῦ Ἑρμέω, Ἀθηναῖοι πρῶτοι 15
Ἑλλήνων, μαθόντες παρὰ Πελασγῶν, ἐποιήσαντο. οἱ δὲ Πελασγοὶ ἱρόν τινα λόγον περὶ αὐτοῦ ἔλεξαν, τὰ
52 ἐν τοῖσι ἐν Σαμοθρηΐκῃ μυστηρίοισι δεδήλωται. Ἔθυον δὲ πάντα πρότερον οἱ Πελασγοὶ θεοῖσι ἐπευχόμενοι, ὡς ἐγὼ ἐν Δωδώνῃ οἶδα ἀκούσας· ἐπωνυμίην δὲ οὐδ' οὔνομα ἐποιεῦντο οὐδενὶ αὐτέων· οὐ γάρ ἀκηκόεσάν κω.
θεοὺς δὲ προσωνόμασάν σφεας ἀπὸ τοῦ τοιούτου, ὅτι 5

sebantur, simul in eadem regione habitabant *Pelasgi*; unde etiam ipsi coeperunt in Hellenum numero haberi. Quisquis mysteriis *Cabirorum* initiatus est, quae Samothraces celebrant, is novit quid sit quod dico. Samothraciam enim prius incoluerant hi Pelasgi, qui cum Atheniensibus habitaverunt: et ab his Samothraces mysteria acceperunt. Igitur Mercurii imagines pudendis erectis primi Graecorum Athenienses fecerunt, a Pelasgis edocti. Pelasgi vero eius rei sacram quamdam rationem adferebant, quae in Samothracicis mysteriis explicatur. (52.) Sacrificia autem omnia olim peragebant *Pelasgi* deos precantes, ut ego Dodonae mihi adfirmatum cognovi: sed cognomento aut nomine nullum eorum compellabant; nec dum enim audiverant. Solum *Deos* adpel-

κόσμῳ θέντες τὰ πάντα πρήγματα καὶ πάσας νομὰς εἶχον. ἔπειτεν δὲ, χρόνου πολλοῦ διεξελθόντος, ἐπύθοντο ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἀπικόμενα τὰ οὐνόματα τῶν θεῶν τῶν ἄλλων, Διονύσου δὲ ὕστερον πολλῷ ἐπύθοντο. καὶ μετὰ
10 χρόνον ἐχρηστηριάζοντο περὶ τῶν οὐνομάτων ἐν Δωδώνῃ· τὸ γὰρ δὴ μαντήϊον τοῦτο νενόμισται ἀρχαιότατον τῶν ἐν Ἕλλησι χρηστηρίων εἶναι, καὶ ἦν τὸν χρόνον τοῦτον μοῦνον. ἐπεὶ ὦν ἐχρηστηριάζοντο ἐν τῇ Δωδώνῃ οἱ Πελασγοὶ „εἰ ἀνέλωνται τὰ οὐνόματα τὰ ἀπὸ
15 τῶν βαρβάρων ἥκοντα·“ ἀνεῖλε τὸ μαντήϊον „χρᾶσθαι.“ ἀπὸ μὲν δὴ τούτου τοῦ χρόνου ἔθυον, τοῖσι οὐνόμασι τῶν θεῶν χρεώμενοι. παρὰ δὲ Πελασγῶν Ἕλληνες ἐξεδέξαντο ὕστερον. Ἔνθεν δὲ ἐγένετο ἕκαστος τῶν 53
θεῶν, εἴ τε δ' αἰεὶ ἦσαν πάντες, ὁκοῖοί τέ τινες τὰ εἴδεα,

labant, (θεοὺς a verbo θεῖναι, *ponere*,) *eo quod omnes res ordine posuissent, ac distribuissent.* Deinde vero, multo interiecto tempore, didicerunt ex Aegypto adlata aliorum deorum nomina; Bacchi vero nomen multo post cognoverunt. Aliquanto post *Dodonam* miserunt, horum nominum caussâ oraculum consulentes: est enim antiquissimum Graecis oraculum hoc constitutum, et tunc temporis nullum aliud praeter hoc erat. Consulentibus igitur Dodonae oraculum Pelasgis, *an nomina susciperent deorum, a barbaris adlata?* datum est responsum, *Uterentur illis.* Ab hoc igitur tempore in sacris faciendis usi sunt Pelasgi nominibus deorum: a Pelasgis vero postmodum acceperunt ea Hellenes. (53.) Unde autem exstiterit unusquisque deorum, an vero semper fuerint omnes, tum qua sint specie, ignorarunt

οὐκ ἠπιστέατο μέχρι οὗ πρώην τε καὶ χθὲς, ὡς εἰπεῖν λόγῳ. Ἡσίοδον γὰρ καὶ Ὅμηρον ἡλικίην τετρακοσίοισι ἔτεσι δοκέω μευ πρεσβυτέρους γενέσθαι, καὶ οὐ πλέοσι. 5 οὗτοι δέ εἰσι οἱ ποιήσαντες Θεογονίην Ἕλλησι, καὶ τοῖσι θεοῖσι τὰς ἐπωνυμίας δόντες, καὶ τιμάς τε καὶ τέχνας διελόντες, καὶ εἴδεα αὐτῶν σημήναντες. οἱ δὲ πρότερον ποιηταὶ λεγόμενοι τούτων τῶν ἀνδρῶν γενέσθαι, ὕστερον, ἐμοί γε δοκέειν, ἐγένοντο τούτων. καὶ 10 τὰ μὲν πρῶτα αἱ Δωδωνίδες ἱρήϊαι λέγουσι· τὰ δὲ ὕστερα, τὰ ἐς Ἡσίοδόν τε καὶ Ὅμηρον ἔχοντα, ἐγὼ λέγω.

54. Χρηστηρίων δὲ πέρι, τοῦ τε ἐν Ἕλλησι, καὶ τοῦ ἐν Λιβύῃ, τόνδε Αἰγύπτιοι λόγον λέγουσι. ἔφασαν οἱ ἱρέες τοῦ Θηβαιέος Διὸς „δύο γυναῖκας ἱρηΐας ἐκ Θη-

Graeci, usque ad nuperrimum diem, ut verbo dicam. *Hesiodum* enim et *Homerum* quadringentis annis me antiquiores esse existimo, non amplius. Hi sunt autem qui *Deorum generationem* Graecis condiderunt, et cognomina ac nomina diis imposuerunt, et honores artesque distribuerunt, et eorum formas delinearunt. Qui vero dicuntur his antiquiores fuisse poëtae, hi post illos, ut equidem puto, exstiterunt. Iam quae prius dixi, ea ex ore Dodonidarum sacerdotum retuli; quae vero deinde, ad Hesiodum et Homerum spectantia, ea meis verbis dico.

(54.) De *Oraculis* autem, quum de illo quod *apud Graecos* (*Dodonae*) est, tum eo quod *in Libya*, hancce historiam narrant Aegyptii. Dixerunt mihi Iovis Thebani sacerdotes, *duas mulieres*, *templi ministras, Thebis olim abductas fuisse a Phoe-*

βέων ἐξαχθῆναι ὑπὸ Φοινίκων· καὶ τὴν μὲν αὐτέων πυ-
5 θέσθαι ἐς Λιβύην πρηθεῖσαν, τὴν δὲ ἐς τοὺς Ἕλληνας·
ταύτας δὲ τὰς γυναῖκας εἶναι τὰς ἱδρυσαμένας τὰ
μαντήϊα πρώτας ἐν τοῖσι εἰρημένοισι ἔθνεσι." Εἰρομέ-
νου δέ μευ, ὁκόθεν οὕτω ἀτρεκέως ἐπιστάμενοι λέγουσι,
ἔφασαν πρὸς ταῦτα „ζήτησιν μεγάλην ἀπὸ σφέων
10 γενέσθαι τῶν γυναικῶν τουτέων· καὶ ἀνευρεῖν μέν σφεας
οὐ δυνατοὶ γενέσθαι· πυθέσθαι δὲ ὕστερον ταῦτα περὶ
αὐτέων τάπερ δὴ ἔλεγον." Ταῦτα μέν νυν τῶν ἐν Θή- 55
βῃσι ἱρέων ἤκουον· τάδε δὲ Δωδωναίων φασὶ αἱ προ-
μάντιες· „Δύο πελειάδας μελαίνας ἐκ Θηβέων τῶν
Αἰγυπτιέων ἀναπταμένας, τὴν μὲν αὐτέων ἐς Λιβύην,
5 τὴν δὲ παρὰ σφέας ἀπικέσθαι. ἱζομένην δέ μιν ἐπὶ
φηγὸν, αὐδάξασθαι φωνῇ ἀνθρωπηΐῃ, ὡς χρεὸν εἴη
μαντήϊον αὐτόθι Διὸς γενέσθαι. καὶ αὐτοὺς ὑπολαβεῖν

nicibus; compertumque esse, alteram earum venditam fuisse in Libyam, alteram in Graeciam: hasque esse mulieres, quae oracula illa apud praedictos populos primum instituissent. Quum vero ex illis quaesissem, unde haec, quae adfirmant, tam adcurate nossent, responderunt ad haec: *magnam curam fuisse adhibitam ad investigandas mulieres, sed reperiri eas non potuisse: deinde vero compertum esse id quod dixissent.* (55.) Ista igitur ex Thebanis audivi sacerdotibus; Dodonaeorum vero prophetissae haec narrant: *Duas nigras columbas Thebis Aegyptiis avolasse, earum alteram in Libyam, alteram ad se venisse. Et hanc quidem in fago residentem, humanâ linguâ locutam dixisse, instituendum ibi esse Iovis oraculum. Dodonaeos*

θεῖον εἶναι τὸ ἐπαγγελλόμενον αὐτοῖσι, καί σφεας
ἐκ τούτου ποιῆσαι. τὴν δὲ ἐς τοὺς Λίβυας οἰχομένην
πελειάδα, λέγουσι Ἄμμωνος χρηστήριον κελεῦσαι τοὺς 10
Λίβυας ποιέειν." ἔστι δὲ καὶ τοῦτο Διός. Δωδωναίων
δὲ αἱ ἱρῄαι, τῶν τῇ πρεσβυτάτῃ οὔνομα ἦν Προμένεια,
τῇ δὲ μετὰ ταύτην, Τιμαρέτη, τῇ δὲ νεωτάτῃ, Νικάν-
δρῃ, ἔλεγον ταῦτα. συνωμολόγεον δέ σφι καὶ οἱ ἄλ-
56 λοι Δωδωναῖοι οἱ περὶ τὸ ἱρόν. Ἐγὼ δ' ἔχω περὶ αὐ-
τῶν γνώμην τήνδε. εἰ ἀληθέως οἱ Φοίνικες ἐξήγαγον
τὰς ἱρὰς γυναῖκας, καὶ τὴν μὲν αὐτέων ἐς Λιβύην,
τὴν δὲ ἐς τὴν Ἑλλάδα ἀπέδοντο, δοκέει ἐμοὶ ἡ γυνὴ
αὕτη τῆς νῦν Ἑλλάδος, πρότερον δὲ Πελασγίης καλευ- 5
μένης τῆς αὐτῆς ταύτης, πρηθῆναι ἐς Θεσπρωτούς·
ἔπειτα δουλεύουσα αὐτόθι, ἱδρύσασθαι ὑπὸ φηγῷ πε-

igitur existimasse, divinitus id sibi praecipi, et continuo mandata fecisse. Illam autem columbam quae in Libyam abierat, dicunt, *iussisse Libyas, ut Ammonis instituerent oraculum.* Est autem et hoc, Iovis oraculum. Haec mihi dixerunt mulieres quae apud Dodonaeos sacerdotio funguntur; quarum natu maximae nomen est Promeneae; alteri, Timaretae; natu minimae, Nicandrae. Atque his consentiebant alii Dodonaei, qui circa id templum ministrant. (56.) Quibus de rebus haec est mea sententia. Quod si revera Phoenices sacras mulieres abduxerunt, earumque alteram in Lybiam vendiderunt, alteram in Graeciam; videtur mihi haec altera in huius terrae, quae nunc Graecia, olim vero Pelasgia vocabatur, eam regionem vendita fuisse, quam Thesprotii incolunt; deinde vero, quum ibi serviret,

φυχυίη Διὸς ἱρόν· ὥσπερ ἦν οἰκὸς, ἀμφιπολεύουσαν ἐν Θήβῃσι ἱρὸν Διὸς, ἔνθα ἀπίκετο, ἐνθαῦτα μνήμην αὐ-
10 τοῦ ἔχειν. ἐκ δὲ τούτου, χρηστήριον κατηγήσατο, ἐπεί τε συνέλαβε τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν. φάναι δέ οἱ ἀδελφεὴν ἐν Λιβύῃ πεπρῆσθαι ὑπὸ τῶν αὐτῶν Φοινί-
κων, ὑπ' ὧν καὶ αὐτὴ ἐπρήθη. Πελειάδες δέ μοι δο- 57
κέουσι κληθῆναι πρὸς Δωδωναίων ἐπὶ τοῦδε αἱ γυναῖκες, διότι βάρβαροι ἦσαν· ἐδόκεον δέ σφι ὁμοίως ὄρνισι φθέγγεσθαι. μετὰ δὲ χρόνον τὴν πελειάδα ἀνθρωπηΐῃ
5 φωνῇ αὐδάξασθαι λέγουσι, ἐπεί τε συνετά σφι ηὔδα ἡ γυνή· ἕως δὲ ἐβαρβάριζε, ὄρνιθος τρόπον ἐδόκεέ σφι φθέγγεσθαι. ἐπεὶ τέῳ τρόπῳ ἂν πελειάς γε ἀνθρωπηΐῃ φωνῇ φθέγξαιτο; μέλαιναν δὲ λέγοντες εἶναι τὴν πε-

sub fago arbore aedem Iovi statuisse: quemadmodum consentaneum est, eam quae Thebis in Iovis templo famulata esset, eo in loco, quo nunc delata esset, memoriam illius servasse. Deinde, postquam Graecum addidicit sermonem, oraculum ibidem instituit. Probabile est etiam, dixisse eam, sororem suam in Libyam esse venditam ab eisdem Phoenicibus, a quibus et ipsa vendita fuisset. (57.) Quod autem *columbae* nominatae sint a Dodonaeis istae mulieres, id ea re factum mihi videtur, quod barbarae fuissent: eo enim visae illis erant vocem edere similem avibus. Post aliquod tempus autem humana voce aiunt locutam esse columbam; scilicet postquam eo sermone, quem ipsi intelligebant, loqui coepit: quoad vero barbare loquebatur, avium more sonum edere illis visa erat. Nam quo pacto columba humanâ linguâ loqueretur? Quod vero *nigram* fuisse di-

...δα, σημαίνουσι ὅτι Αἰγυπτίη ἡ γυνὴ ἦν. Ἡ δὲ μαν-
... ἥ τε ἐν Θήβησι τῇσι Αἰγυπτίῃσι καὶ ἐν Δωδώνῃ, 10
...απλήσιαι ἀλλήλῃσι τυγχάνουσι ἐοῦσαι. Ἔστι δὲ
... τῶν ἱρῶν ἡ μαντικὴ ἀπ' Αἰγύπτου ἀπιγμένη.

58 Πανηγύρις δὲ ἄρα καὶ πομπὰς καὶ προσαγωγὰς
...ῶτοι ἀνθρώπων Αἰγύπτιοί εἰσι οἱ ποιησάμενοι· καὶ
...ρὰ τούτων Ἕλληνες μεμαθήκασι. τεκμήριον δέ μοι
...ύτου, τόδε· αἱ μὲν γὰρ φαίνονται ἐκ πολλοῦ τευ 5
...όνου ποιεύμεναι· αἱ δὲ Ἑλληνικαὶ νεωστὶ ἐποιήθησαν.

59 ...ανηγυρίζουσι δὲ Αἰγύπτιοι οὐκ ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ,
...ανηγύρις δὲ συχνάς. μάλιστα μὲν καὶ προθυμότατα
... Βούβαστιν πόλιν, τῇ Ἀρτέμιδι. δεύτερα ἐς Βούσιριν
...όλιν, τῇ Ἴσι· ἐν ταύτῃ γὰρ δὴ τῇ πόλι ἐστὶ μέγι-
...τον Ἴσιος ἱρόν. ἵδρυται δὲ ἡ πόλις αὐτὴ τῆς Αἰγύπτου 5

...unt columbam, significant *Aegyptiam* fuisse mulie-
rem. Est autem modus quo oracula redduntur similis Thebis Aegyptiacis atque Dodonae. Est vero etiam *divinatio in templis* ab Aegyptiis profecta.

(58.) Iam *Panegyres* (id est, *Sacros conventus*,) et *Pompas* et *Supplicationes* primi utique Aegyptii instituerunt; et ab his Graeci acceperunt. Cuius rei documentum mihi hoc est, quod apud illos ab longo inde tempore instituti sunt hi ritus; apud Graecos autem nuper introducti. (59.) Celebrant autem panegyres Aegyptii non semel quotannis, sed frequentius. Maxime quidem et praecipuo cum studio panegyrin agunt Bubastin oppidum, in Dianae honorem. Deinde Busirin, Isidi: est enim in hoc oppido maximum Isidis templum. Situm est autem id oppidum in medio Delta Aegyptiaco. *Isis* vero graeco ser-

ἐν μέσῳ τῷ Δέλτα. Ἶσις δέ ἐστι κατὰ τὴν Ἑλλήνων γλῶσσαν Δημήτηρ. τρίτα δ' ἐς Σάϊν πόλιν τῇ Ἀθηναίῃ πανηγυρίζουσι· τέταρτα δὲ, ἐς Ἡλιούπολιν τῷ Ἡλίῳ· πέμπτα δὲ, ἐς Βουτοῦν πόλιν τῇ Λητοῖ· ἕκτα δὲ, ἐς Πάπρημιν πόλιν τῷ Ἄρεϊ. Ἐς μέν νυν Βού- 60 βαστιν πόλιν ἐπεὰν κομίζωνται, ποιεῦσι τοιάδε. πλέουσί τε γὰρ δὴ ἅμα ἄνδρες γυναιξὶ, καὶ πολλόν τι πλῆθος ἑκατέρων ἐν ἑκάστῃ βάρι. αἱ μέν τινες τῶν γυναικῶν
5 κρόταλα ἔχουσαι κροταλίζουσι, οἱ δὲ αὐλέουσι, κατὰ πάντα τὸν πλόον· αἱ δὲ λοιπαὶ γυναῖκες καὶ ἄνδρες ἀείδουσι, καὶ τὰς χεῖρας κροτέουσι. ἐπεὰν δὲ πλέοντες κατά τινα πόλιν ἄλλην γένωνται, ἐγχρίμψαντες τὴν βάριν τῇ γῇ, ποιεῦσι τοιάδε. αἱ μέν τινες τῶν γυ-
10 ναικῶν ποιεῦσι τάπερ εἴρηκα· αἱ δὲ τωθάζουσι, βοῶσαι, τὰς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ γυναῖκας· αἱ δ' ὀρχέον-

mone *Demeter* (*Ceres*) est. Tertiam panegyrin in Sain oppidum agunt Minervae: quartam, Heliopolin, Soli: quintam, in oppidum cui Buto nomen, Latonae: sextam, Papremin oppidum, Marti. (60.) Quae *Bubastin* agitur *panegyris*, tali modo instituitur. Navigant unâ viri et mulieres, et quidem magna utrorumque multitudo in quaque navi. Per totum navigationis cursum, mulierum aliae crotala pulsant, viri vero tibiis canunt: reliquae mulieres virique canunt, et manibus plaudunt. Quoties inter navigandum prope aliud oppidum accedunt, navi ad terram adpulsâ, talia agunt: ex mulieribus aliae pergunt ea facere quae dixi; aliae clamantes, dicteriis incessunt oppidi illius mulieres; aliae tripudiant; aliae

...ίδα, σημαίνουσι ὅτι Αἰγυπτίη ἡ γυνὴ ἦν. Ἡ δὲ μαν-... ἥ τε ἐν Θήβῃσι τῇσι Αἰγυπτίῃσι καὶ ἐν Δωδώνῃ, 10 ...αραπλήσιαι ἀλλήλῃσι τυγχάνουσι ἐοῦσαι. Ἔστι δὲ ... τῶν ἱρῶν ἡ μαντικὴ ἀπ' Αἰγύπτου ἀπιγμένη.

58 Πανηγύρις δὲ ἄρα καὶ πομπὰς καὶ προσαγωγὰς ...ῶτοι ἀνθρώπων Αἰγύπτιοί εἰσι οἱ ποιησάμενοι· καὶ ...ρὰ τούτων Ἕλληνες μεμαθήκασι. τεκμήριον δέ μοι ...ύτου, τόδε· αἱ μὲν γὰρ φαίνονται ἐκ πολλοῦ τευ 5 ...όνου ποιεύμεναι· αἱ δὲ Ἑλληνικαὶ νεωστὶ ἐποιήθησαν.

59 Πανηγυρίζουσι δὲ Αἰγύπτιοι οὐκ ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, ...ανηγύριας δὲ συχνάς. μάλιστα μὲν καὶ προθυμότατα ἐς Βούβαστιν πόλιν, τῇ Ἀρτέμιδι. δεύτερα ἐς Βούσιριν ...όλιν, τῇ Ἴσι· ἐν ταύτῃ γὰρ δὴ τῇ πόλι ἐστὶ μέγι-...ον Ἴσιος ἱρόν. ἵδρυται δὲ ἡ πόλις αὕτη τῆς Αἰγύπτου 5 ...

...unt columbam, siguificant *Aegyptiam* fuisse mulie-rem. Est autem modus quo oracula redduntur similis Thebis Aegyptiacis atque Dodonae. Est vero etiam *divinatio in templis* ab Aegyptiis profecta.

(58.) Iam *Panegyres* (id est, *Sacros conventus*,) et *Pompas* et *Supplicationes* primi utique Aegyptii instituerunt; et ab his Graeci acceperunt. Cuius rei documentum mihi hoc est, quod apud illos ab longo inde tempore instituti sunt hi ritus; apud Graecos autem nuper introducti. (59.) Celebrant autem panegyres Aegyptii non semel quotannis, sed frequentius. Maxime quidem et praecipuo cum studio panegyrin agunt Bubastin oppidum, in Dianae honorem. Deinde Busirin, Isidi: est enim in hoc oppido maximum Isidis templum. Situm est autem id oppidum in medio Delta Aegyptiaco. *Isis* vero graeco ser-

ἐν μέσῳ τῷ Δέλτα. Ἶσις δέ ἐστι κατὰ τὴν Ἑλλήνων
γλῶσσαν Δημήτηρ. τρίτα δ' ἐς Σάϊν πόλιν τῇ Ἀθη-
ναίῃ πανηγυρίζουσι· τέταρτα δὲ, ἐς Ἡλιούπολιν τῷ
Ἡλίῳ· πέμπτα δὲ, ἐς Βουτοῦν πόλιν τῇ Λητοῖ· ἕκτα
δὲ, ἐς Πάπρημιν πόλιν τῷ Ἄρεϊ. Ἐς μέν νυν Βού- 60
βαστιν πόλιν ἐπεὰν κομίζωνται, ποιεῦσι τοιάδε. πλέου-
σί τε γὰρ δὴ ἅμα ἄνδρες γυναιξὶ, καὶ πολλόν τι πλῆ-
θος ἑκατέρων ἐν ἑκάστῃ βάρι. αἱ μέν τινες τῶν γυναικῶν
5 κρόταλα ἔχουσαι κροταλίζουσι, οἱ δὲ αὐλέουσι, κατὰ
πάντα τὸν πλόον· αἱ δὲ λοιπαὶ γυναῖκες καὶ ἄνδρες
ἀείδουσι, καὶ τὰς χεῖρας κροτέουσι. ἐπεὰν δὲ πλέον-
τες κατά τινα πόλιν ἄλλην γένωνται, ἐγχρίμψαντες
τὴν βάριν τῇ γῇ, ποιεῦσι τοιάδε. αἱ μέν τινες τῶν γυ-
10 ναικῶν ποιεῦσι τάπερ εἴρηκα· αἱ δὲ τωθάζουσι, βοῶ-
σαι, τὰς ἐν τῇ πόλει ταύτῃ γυναῖκας· αἱ δ' ὀρχέον-

mone *Demeter* (*Ceres*) est. Tertiam panegyrin in Sain oppidum agunt Minervae: quartam, Heliopolin, Soli: quintam, in oppidum cui Buto nomen, Latonae: sextam, Papremin oppidum, Marti. (60.) Quae *Bubastin* agitur *panegyris*, tali modo instituitur. Navigant unâ viri et mulieres, et quidem magna utrorumque multitudo in quaque navi. Per totum navigationis cursum, mulierum aliae crotala pulsant, viri vero tibiis canunt: reliquae mulieres virique canunt, et manibus plaudunt. Quoties inter navigandum prope aliud oppidum accedunt, navi ad terram adpulsâ, talia agunt: ex mulieribus aliae pergunt ea facere quae dixi; aliae clamantes, dicteriis incessunt oppidi illius mulieres; aliae tripudiant; aliae

[illegible] αἱ δ' ἀνασύρονται ἀνιστάμεναι. ταῦτα παρὰ [illegible]σαν πόλιν παραποταμίην ποιεῦσι. ἐπεὰν δὲ ἀπί[illegible]ωνται ἐς τὴν Βούβαστιν, ὁρτάζουσι, μεγάλας ἀνά[illegible]ντες θυσίας· καὶ οἶνος ἀμπέλινος ἀναισιμοῦται πλέον 15 [illegible] τῇ ὁρτῇ ταύτῃ ἢ ἐν τῷ ἅπαντι ἐνιαυτῷ τῷ ἐπιλοί[illegible]. συμφοιτέωσι δὲ, ὅ τι ἀνὴρ καὶ γυνή ἐστι, πλὴν [illegible]ιδίων, καὶ ἐς ἑβδομήκοντα μυριάδας, ὡς οἱ ἐπι[illegible]ιοι λέγουσι. ταῦτα μὲν δὴ ταύτῃ ποιέεται. 61 Ἐν δὲ [illegible]σίρι πόλι ὡς ἀνάγουσι τῇ Ἴσι τὴν ὁρτὴν, εἴρηται [illegible]τερόν μοι. τύπτονται μὲν γὰρ δὴ μετὰ τὴν θυσίην [illegible]ντες καὶ πᾶσαι, μυριάδες κάρτα πολλαὶ ἀνθρώπων. [illegible] δὲ τύπτονται, οὔ μοι ὅσιόν ἐστι λέγειν. ὅσοι δὲ 5 [illegible]ῶν εἰσὶ ἐν Αἰγύπτῳ οἰκέοντες, οὗτοι δὲ τοσούτῳ ἔτι [illegible]ω ποιεῦσι τούτων, ὅσῳ καὶ τὰ μέτωπα κόπτονται [illegible]χαίρῃσι· καὶ τούτῳ εἰσὶ δῆλοι ὅτι εἰσὶ ξεῖνοι καὶ οὐκ

[illegible]ntes attractâ veste corpora nudant. Haec ad quodli[illegible] oppidum iuxta fluvium situm faciunt. Ubi vero Bu[illegible]stin venerunt, festum celebrant, magna sacrificia [illegible]fferentes: et vini vitei in illo festo plus absumitur, [illegible]uam reliquo toto anno. Conveniunt autem, viri et [illegible]lieres, exceptis pueris puellisque, ad septingenta [illegible]que millia, ut aiunt indigenae. Haec igitur ita [illegible]gunt. (61.) In *Busiride* vero oppido qua ratio[illegible] *Isidi* festum agant, supra dixi. Plangunt ibi, post [illegible]actum sacrificium, viri omnes mulieresque, mul[illegible] admodum myriades hominum: quis sit vero quem [illegible]ngunt, nefas mihi est declarare. Qui vero Cares [illegible]ne in Aegypto habitant, hi tanto etiam amplius [illegible]unt quam caeteri, ut frontes quoque cultris con[illegible]ant; et ex re produnt se peregrinos esse, non [illegible]

Αἰγύπτιοι. Ἐς Σάϊν δὲ πόλιν ἐπεὰν συλλεχθέωσι 62
τῇσι θυσίῃσι, ἔν τινι νυκτὶ λύχνα καίουσι πάντες πολ-
λὰ ὑπαίθρια περὶ τὰ δώματα κύκλῳ. τὰ δὲ λύχνα,
ἐστὶ ἐμβάφια ἔμπλεα ἁλὸς καὶ ἐλαίου· ἐπιπολῆς δὲ
5 ἔπεστι αὐτὸ τὸ ἐλλύχνιον. καὶ τοῦτο καίεται παννύ-
χιον· καὶ τῇ ὁρτῇ οὔνομα κέεται Λυχνοκαΐη. οἳ δ' ἂν
μὴ ἔλθωσι τῶν Αἰγυπτίων ἐς τὴν πανήγυριν ταύτην,
φυλάσσοντες τὴν νύκτα τῆς θυσίης, καίουσι καὶ αὐτοὶ
πάντες τὰ λύχνα· καὶ οὕτω οὐκ ἐν Σάϊ μούνῃ καίε-
10 ται, ἀλλὰ καὶ ἀνὰ πᾶσαν Αἴγυπτον. ὅτευ δὲ εἵνεκα
φῶς ἔλαχε καὶ τιμὴν ἡ νὺξ αὕτη, ἔστι ἱρὸς περὶ αὐ-
τοῦ λόγος λεγόμενος. Ἐς δὲ Ἡλίου πόλιν καὶ Βου- 63
τοῦν θυσίας μούνας ἐπιτελέουσι φοιτέοντες. ἐν δὲ Πα-
πρήμι θυσίας μὲν καὶ ἱρὰ, κατάπερ καὶ τῇ ἄλλῃ,
ποιεῦσι. εὖτ' ἂν δὲ γίνηται καταφερὴς ὁ ἥλιος, ὀλίγοι

gyptios. (62.) Quum in *Sain* oppidum solennis sa-
crificii caussâ conveniunt, certâ quadam nocte lucer-
nas accendunt omnes sub dio circum domos suas.
Sunt autem hae lucernae vascula sale repleta et oleo;
superne est ellychnium, quod per totam noctem ar-
det; adpellantque festum illud, *Accensionem lucer-
narum.* Alii autem Aegyptii, qui conventui non in-
tersunt, observantes noctem sacrificii, lucernas et
ipsi accendunt: ita fit, ut non solum in Sai oppido,
sed per totam Aegyptum lucernae ardeant. Qua vero
de caussa nox haec lumine ita honoretur, ea de re
sacra quaedam ratio adfertur. (63.) *Heliopolin* et in
Buto oppidum quum conveniunt, nonnisi sacrificia
peragunt: *Papremi* vero et sacrificia et alios sacros
ritus celebrant, sicut alibi. Ibi vero, quando sol oc-

μέν τινες τῶν ἱρέων περὶ τὤγαλμα πεπονέαται· οἱ δὲ 5
πολλοὶ αὐτέων, ξύλων κορύνας ἔχοντες, ἑστᾶσι τοῦ
ἱροῦ ἐν τῇ ἐσόδῳ· ἄλλοι δὲ εὐχωλὰς ἐπιτελέοντες, πλεῦ-
νες χιλίων ἀνδρῶν, ἕκαστοι ἔχοντες ξύλα, καὶ οὗτοι ἐπὶ
τὰ ἕτερα ἀλέες ἑστᾶσι. τὸ δὲ ἄγαλμα, ἐὸν ἐν νηῷ μι-
κρῷ ξυλίνῳ κατακεχρυσωμένῳ, προεκκομίζουσι τῇ προ- 10
τεραίῃ ἐς ἄλλο οἴκημα ἱρόν. οἱ μὲν δὴ ὀλίγοι οἱ περὶ
τὤγαλμα λελειμμένοι, ἕλκουσι τετράκυκλον ἅμαξαν,
ἄγουσαν τὸν νηόν τε καὶ τὸ ἐν τῷ νηῷ ἐνεὸν ἄγαλμα.
οἱ δὲ οὐκ ἐῶσι, ἐν τοῖσι προπυλαίοισι ἑστεῶτες, ἐσιέ-
ναι· οἱ δὲ εὐχωλιμαῖοι, τιμωρέοντες τῷ θεῷ, παίουσι 15
αὐτοὺς ἀλεξόμενοι. ἐνθαῦτα μάχη ξύλοισι καρτερὴ γί-
νεται· κεφαλάς τε συναράσσονται, καὶ, ὡς ἐγὼ δο-
κέω, πολλοὶ καὶ ἀποθνήσκουσι ἐκ τῶν τρωμάτων· οὐ

casui vicinus est, pauci nonnulli ex sacerdotibus circa dei simulacrum occupantur; plerique vero eorum, ligneis clavis instructi, stant in templi introitu; alii vero, susceptum votum exsequentes, ad mille homines, ex adverso stant, fuste quisque instructus. Simulacrum autem dei, quod in parvâ aediculâ inest ligneâ deauratâ, pridie eius diei in aliam sacram aedem est translata. Iam pauci illi, qui apud simulacrum relicti sunt, trahunt plaustrum quatuor rotarum, cui inposita est aedicula et quod ei inest simulacrum: isti vero, qui in propylaeo stant, hos non sinunt intrare. Itaque hi, qui vota susceperunt, deo opem ferentes, pugnam ineunt, illosque fustibus caedunt; fitque ibi acre praelium, multisque contunduntur capita; nec pauci, ut equidem arbitror, moriuntur etiam ex vulneribus; quamquam adfirmant

μέντοι οἵ γε Αἰγύπτιοι ἔφασαν ἀποθνήσκειν οὐδένα.
Τὴν δὲ πανήγυριν ταύτην ἐκ τοῦδε νομίσαι φασὶ οἱ 64.
ἐπιχώριοι. οἰκέειν ἐν τῷ ἱρῷ τούτῳ τοῦ Ἄρεος τὴν μητέρα· καὶ τὸν Ἄρεα ἀπότροφον γενόμενον, ἐλθεῖν ἐξανδρωμένον, ἐθέλοντα τῇ μητρὶ συμμίξαι· καὶ τοὺς προ-
5 πόλους τῆς μητρὸς, οἷα οὐκ ὀπωπότας αὐτὸν πρότερον, οὐ περιορᾶν παριέναι, ἀλλ' ἀπερύκειν· τὸν δ' ἐξ ἄλλης πόλιος ἀγαγόμενον ἀνθρώπους, τούς τε προπόλους τρηχέως περισπεῖν, καὶ ἐσελθεῖν παρὰ τὴν μητέρα. ἀπὸ τούτου τῷ Ἄρεϊ ταύτην τὴν πληγὴν ἐν τῇ ὁρτῇ νενομι-
10 κέναι φασί.

Καὶ τὸ μὴ μίσγεσθαι γυναιξὶ ἐν ἱροῖσι, μηδὲ ἀλούτους ἀπὸ γυναικῶν ἐς ἱρὰ ἐσιέναι, οὗτοί εἰσι οἱ πρῶτοι θρησκεύσαντες. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι σχεδὸν πάντες ἄνθρωποι, πλὴν Αἰγυπτίων καὶ Ἑλλήνων, μίσγονται

Aegyptii neminem interire. (64.) Hanc autem panegyrin hac caussâ institutam esse aiunt indigenae. Habitasse in illo templo matrem Martis: Martem autem, alibi educatum, postquam ad virilem pervenit aetatem, voluisse matri in colloquium venire: ministros autem matris, ut qui illum numquam ante vidissent, non sivisse eum accedere, sed prohibuisse: tum illum, adductis secum ex alio oppido hominibus, male multasse ministros, et ad matrem introivisse. In eius rei memoriam, hanc verberationem in festo Marti sacro a se aiunt esse institutam.

Etiam hanc religionem primi coluerunt Aegyptii, ut nefas ducant in templo coire cum mulieribus, aut a concubitu intrare in templa illotum. Alii enim fere omnes homines, exceptis Aegyptiis et Graecis, coëunt in

ἐν ἱροῖσι· καὶ ἀπὸ γυναικῶν ἀνιστάμενοι, ἄλουτοι ἐσέρ- 15
χονται ἐς ἱρόν· νομίζοντες ἀνθρώπους εἶναι κατάπερ τὰ
ἄλλα κτήνεα. καὶ γὰρ τὰ ἄλλα κτήνεα ὁρᾷν καὶ ὀρνί-
θων γένεα ὀχευόμενα ἔν τε τοῖσι νηοῖσι τῶν θεῶν καὶ
ἐν τοῖσι τεμένεσι. εἰ ὦν εἶναι τῷ θεῷ τοῦτο μὴ φίλον,
οὐκ ἂν οὐδὲ τὰ κτήνεα ποιέειν. οὗτοι μέν νυν τοιαῦτα 20
ἐπιλέγοντες, ποιεῦσι ἐμοί γε οὐκ ἀρεστά. Αἰγύπτιοι
δὲ θρησκεύουσι περισσῶς τά τε ἄλλα περὶ τὰ ἱρά,
καὶ δὴ καὶ τάδε.

65 Ἐοῦσα δὲ Αἴγυπτος ὅμουρος τῇ Λιβύῃ, οὐ μάλα
θηριώδης ἐστί. τὰ δὲ ἐόντα σφι ἅπαντα ἱρὰ νενόμι-
σται· καὶ τὰ μὲν, σύντροφα αὐτοῖσι τοῖσι ἀνθρώποισι·
τὰ δὲ, οὔ. τῶν δὲ εἵνεκεν ἀνεῖται τὰ ἱρὰ, εἰ λέγοιμι,
καταβαίην ἂν τῷ λόγῳ ἐς τὰ θεῖα πρήγματα, τὰ 5

locis sacris; et ab uxoribus surgentes, templum intrant illoti: existimantes nihil inter homines et alias pecudes differre. Videre se enim alias pecudes et avium varia genera coire in ipsis deorum aedibus et in locis deo alicui consecratis: id si ingratum esset deo, pecudes non esse facturas. Talia illi praetexentes faciunt ista, mihi quidem minime probata. Sed Aegyptii, quum aliis in rebus, tum nimirum et hac in parte, curiose colunt templorum religionem.

(65.) Aegyptus, quamvis sit Libyae confinis, non est tamen *bestiis* frequens. Quae vero in ea reperiuntur, sacrae habentur omnes: et illarum quidem aliae cum ipsis hominibus aluntur; aliae non item. Quod si vero declarare vellem, cur deorum alicui consecratae sunt hae quae sacrae habentur, descenderem ad sermonem faciendum de divinis rebus, quas ex-

ἐγὼ φεύγω μάλιστα ἀπηγέεσθαι. τὰ δὲ καὶ εἴρηκα αὐτῶν ἐπιψαύσας, ἀναγκαίῃ καταλαμβανόμενος εἶπον. Νόμος δέ ἐστι περὶ τῶν θηρίων ὧδε ἔχων. μελεδωνοὶ ἀποδεδέχαται τῆς τροφῆς χωρὶς ἑκάστων, καὶ ἔρσενες 10 καὶ θήλεαι τῶν Αἰγυπτίων, τῶν παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδέκεται τὴν τιμήν. οἱ δὲ ἐν τῇσι πόλισι ἕκαστοι εὐχὰς τάσδε σφι ἀποτελέουσι· εὐχόμενοι τῷ θεῷ τοῦ ἂν ᾖ τὸ θηρίον, ξυροῦντες τῶν παιδίων ἢ πᾶσαν τὴν κεφαλὴν, ἢ τὸ ἥμισυ, ἢ τὸ τρίτον μέρος τῆς κεφαλῆς, 15 ἱστᾶσι σταθμῷ πρὸς ἀργύριον τὰς τρίχας· τὸ δ' ἂν ἑλκύσῃ, τοῦτο τῇ μελεδωνῷ τῶν θηρίων διδοῖ. ἡ δ' ἀντ' αὐτοῦ τάμνουσα ἰχθῦς, παρέχει βορὴν τοῖσι θηρίοισι. τροφὴ μὲν δὴ αὐτοῖσι τοιαύτη ἀποδέδεκται. Τὸ δ' ἄν τις τῶν θηρίων τούτων ἀποκτείνῃ, ἢν μὲν ἑκὼν, θάνατος ἡ

ponere equidem inprimis devito: quarum si quas ego in narratione meâ tetigi, necessitate adductus de eis sum locutus. Obtinet autem, quod ad hasce bestias spectat, institutum huiusmodi. Constituti sunt, quibus earum alendarum, et quidem cuiusque generis sigillatim, cura commissa est, viri Aegyptii mulieresque; quo in munere patri filius succedit. Praeterea singuli oppidorum incolae vota his exsolvunt, quae deo ei fecerunt cui sacrata est bestia: scilicet liberorum suorum sive totum caput, sive dimidium, aut tertiam radunt partem; deinde capillos in trutinâ argentum contra pendunt; et, quantum fuerit capillorum pondus, tantum argenti solvunt curatrici bestiarum: illaque, pro hoc, escam bestiis concisos pisces praebet; hoc enim eis alimenti genus adsignatum est. Si quis vero harum bestiarum quampiam occiderit,

ζημίη· ἢν δὲ ἀέκων, ἀποτίνει ζημίην τὴν ἂν οἱ ἱρέες τά- 20
ξωνται. ὃς δ᾽ ἂν ἶβιν ἢ ἴρηκα ἀποκτείνῃ, ἤν τε ἑκὼν, ἤν
66 τε ἀέκων, τεθνάναι ἀνάγκη. Πολλῶν δὲ ἐόντων ὁμο-
τρόφων τοῖσι ἀνθρώποισι θηρίων, πολλῷ ἂν ἔτι πλέω
ἐγίνετο, εἰ μὴ κατελάμβανε τοὺς αἰελούρους τοιάδε.
Ἐπεὰν τέκωσι αἱ θήλεαι, οὐκέτι φοιτέουσι παρὰ τοὺς
ἔρσενας· οἱ δὲ, διζήμενοι μίσγεσθαι αὐτῇσι, οὐκ ἔχου- 5
σι. πρὸς ὦν ταῦτα σοφίζονται τάδε· ἁρπάζοντες ἀπὸ
τῶν θηλέων καὶ ὑπαιρεόμενοι τὰ τέκνα, κτείνουσι. κτεί-
ναντες μέντοι, οὐ πατέονται. αἱ δὲ, στερισκόμεναι τῶν
τέκνων, ἄλλων δὲ ἐπιθυμέουσαι, οὕτω δὴ ἀπικνέονται
παρὰ τοὺς ἔρσενας· φιλότεκνον δὲ τὸ θηρίον. πυρκαϊῆς 10
δὲ γενομένης, θεῖα πρήγματα καταλαμβάνει τοὺς
αἰελούρους. οἱ μὲν γὰρ Αἰγύπτιοι διαστάντες φυλακὰς
ἔχουσι τῶν αἰελούρων, ἀμελήσαντες σβεννύναι τὸ καιό-

si sponte id fecerit, capite delictum luit; sin invitus, mulctam pendit, quantam irrogaverint sacerdotes. Qui vero *ibin* aut *accipitrem* necavit, sive volens, sive invitus, eum mori necesse est. (66.) Quamvis autem multae sint bestiae, quae cum hominibus aluntur vitamque agunt; multo etiam plures forent, nisi *felibus* accideret hocce. Postquam peperunt foeminae, non amplius accedunt ad mares: at hi, coire cum illis concupiscentes, quum non possint, tali utuntur invento. Rapiunt illarum foetus, raptosque interficiunt; nec tamen comedunt occisos. Tum illae, foetu privatae, et alium desiderantes, sic demum iterum ad mares accedunt: est enim amans prolis bestia. Quod si vero incidit incendium, mira res accidit felibus. Nam Aegyptii quidem, per intervalla dispositi, custodiam felium agunt, incendium interim ni-

-μενον· οἱ δὲ αἰέλουροι, διαδύοντες καὶ ὑπερθρώσκοντες
15 τοὺς ἀνθρώπους, ἐσάλλονται ἐς τὸ πῦρ. ταῦτα δὲ γινόμενα, πένθεα μεγάλα τοὺς Αἰγυπτίους καταλαμβάνει. ἐν ὁτέοισι δ' ἂν οἰκίοισι αἰέλουρος ἀποθάνῃ ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου, οἱ ἐνοικέοντες πάντες ξυρέονται τὰς ὀφρύας μούνας· παρ' ὁτέοισι δ' ἂν κύων, πᾶν τὸ σῶμα καὶ τὴν κεφαλήν. Ἀπαγέαται δὲ οἱ αἰέλουροι ἀποθανόντες ἐς 67 ἱρὰς στέγας, ἔνθα θάπτονται ταριχευθέντες ἐν Βουβάστι πόλι. τὰς δὲ κύνας ἐν τῇ ἑωυτῶν ἕκαστοι πόλι θάπτουσι ἐν ἱρῇσι θήκῃσι. ὡς δὲ αὔτως τῇσι κυσὶ οἱ
5 ἰχνευταὶ θάπτονται. τὰς δὲ μυγαλὰς καὶ τοὺς ἴρηκας ἀπάγουσι ἐς Βουτοῦν πόλιν· τὰς δὲ ἴβις, ἐούσας ἱράς, ἐς Ἑρμέω πόλιν. τὰς δὲ ἄρκτους, ἐούσας σπανίας, καὶ τοὺς λύκους, οὐ πολλῷ τέῳ ἐόντας ἀλωπέκων μέζονας, αὐτοῦ θάπτουσι τῇ ἂν εὑρεθέωσι κείμενοι.

hil curantes; at feles, aut sese insinuantes per hominum intervalla, aut superne transsilientes, in ignem insiliunt: quod ubi fit, ingens luctus capit Aegyptios. Quod si ultro in domo quadam moritur *felis*, omnes aedium illarum incolae supercilia sola radunt; apud quos vero *canis* mortuus fuerit, hi totum radunt corpus et caput. (67.) Abducuntur autem *mortuae feles* in sacra sepulcra, quae in Bubasti sunt oppido, ubi condîtae sepeliuntur. *Canes* autem mortuos, in suo quisque oppido sacris in conditoriis sepeliunt: et similiter, atque canes, sepeliuntur *ichneumones*. *Mures* autem *araneos* et *accipitres* in Buto oppidum deducunt: *ibes* vero, Mercurio sacras, Hermopolin. *Ursos* autem, raros illos quidem in Aegypto, et *lupos*, qui vulpibus haud multo sunt maiores, ibi sepeliunt, ubi mortui reperiuntur.

68 Τῶν δὲ κροκοδείλων φύσις ἐστὶ τοιήδε. τοὺς χειμεριωτάτους μῆνας τέσσερας ἐσθίει οὐδέν. ἐὸν δὲ τετράπουν, χερσαῖον καὶ λιμναῖόν ἐστί· τίκτει μὲν γὰρ ὠὰ ἐν γῇ, καὶ ἐκλέπει, καὶ τὸ πολλὸν τῆς ἡμέρης διατρίβει ἐν τῷ ξηρῷ, τὴν δὲ νύκτα πᾶσαν ἐν τῷ ποταμῷ· 5 θερμότερον γάρ δή ἐστι τὸ ὕδωρ τῆς τε αἰθρίης καὶ τῆς δρόσου. πάντων δὲ τῶν ἡμεῖς ἴδμεν θνητῶν, τοῦτο ἐξ ἐλαχίστου μέγιστον γίνεται. τὰ μὲν γὰρ ὠὰ, χηνέων οὐ πολλῷ μέζονα τίκτει· καὶ ὁ νεοσσὸς κατὰ λόγον τοῦ ὠοῦ γίνεται· αὐξανόμενος δὲ, γίνεται καὶ ἐς ἑπτακαίδεκα πήχεας, καὶ μέζων ἔτι. ἔχει δὲ ὀφθαλμοὺς μὲν 10 ὑὸς, ὀδόντας δὲ μεγάλους καὶ χαυλιόδοντας, κατὰ λόγον τοῦ σώματος. γλῶσσαν δὲ μοῦνον θηρίων οὐκ ἔφυσε· οὐδὲ τὴν κάτω κινέει γνάθον, ἀλλὰ καὶ τοῦτο μοῦ-

(68.) *Crocodilorum* autem haec natura est. Per quinque menses maxime hibernos nullum cibum capiunt. Quadrupes est, terram pariter et aquam habitans: ova enim parit excluditque in terrâ, et maiorem diei partem in sicco versatur, noctu vero in fluvio: est enim aqua noctu magis calida quam serenum coelum et ros. Omnium vero, quae novimus, animalium hoc ex minimo fit maximum. Ova enim haud multo maiora sunt anserinis, et exclusus foetus pro ovi portione; at, ubi incrementum cepit, pervenit ad septemdecim cubitorum longitudinem, et ultra. Habet autem oculos porci, dentes vero magnos et exsertos, pro ratione magnitudinis corporis. Linguam naturâ non habet, unum ex omnibus animantibus: neque inferiorem movet maxillam, sed ex omnibus item animantibus unum est quod superiorem

15 νον θηρίων τὴν ἄνω γνάθον προσάγει τῇ κάτω. ἔχει δὲ
καὶ ὄνυχας καρτεροὺς, καὶ δέρμα λεπιδωτὸν, ἄῤῥηκτον
ἐπὶ τοῦ νώτου. τυφλὸν δὲ ἐν ὕδατι, ἐν δὲ τῇ αἰθρίῃ
ὀξυδερκέστατον. ἅτε δὴ ὦν ἐν ὕδατι δίαιταν ποιεύμε-
νον, τὸ στόμα ἔνδοθεν φορέει πᾶν μεστὸν βδελλέων.
20 τὰ μὲν δὴ ἄλλα ὄρνεα καὶ θηρία φεύγει μιν· ὁ δὲ
τροχῖλος εἰρηναῖόν οἱ ἐστὶ, ἅτε ὠφελεομένῳ πρὸς αὐ-
τοῦ. ἐπεὰν γὰρ ἐς τὴν γῆν ἐκβῇ ἐκ τοῦ ὕδατος ὁ κρο-
κόδειλος, καὶ ἔπειτα χάνῃ, (ἔωθε γὰρ τοῦτο ὡς ἐπί-
παν ποιέειν πρὸς τὸν ζέφυρον,) ἐνθαῦτα ὁ τροχῖλος
25 ἐσδύνων ἐς τὸ στόμα αὐτοῦ, καταπίνει τὰς βδέλλας·
ὁ δὲ, ὠφελεύμενος ἥδεται, καὶ οὐδὲν σίνεται τὸν τρο-
χῖλον. Τοῖσι μὲν δὴ τῶν Αἰγυπτίων ἱροί εἰσι οἱ κροκό- 69
δειλοι· τοῖσι δ' οὒ, ἀλλ' ἅτε πολεμίους περιέπουσι.
οἱ δὲ περί τε Θήβας καὶ τὴν Μοίριος λίμνην οἰκέοντες,

maxillam admoveat inferiori. Habet autem ungues robustos, et cutem squammatam, quae in tergo perrumpi non potest. In aqua quidem caecus est, in aëre vero perspicacissimus. Quum igitur in aqua degat, os intus oppletum habet hirudinibus. Iam aliae quidem aves et bestiae illum fugiunt: cum trochilo autem pacem colit, quippe qui utilem ei operam praestat: nam postquam ex aqua in terram exiit crocodilus, ibique ore hiante recubat; (quod facere ille plerumque contra zephyrum consuevit,) tum trochilus in os eius sese insinuans, hirudines devorat; atque ille hac operâ sibi praestitâ gaudens, neutiquam laedit trochilum. (69.) Sunt autem *crocodili* aliis Aegyptiis *sacri;* aliis non item, sed hi illos ut hostes persequuntur. Qui circa Thebas et Moeri-

καὶ κάρτα ἥγηνται αὐτοὺς εἶναι ἱρούς. ἐκ πάντων δὲ ἕνα ἑκάτεροι τρέφουσι κροκόδειλον, δεδιδαγμένον εἶναι 5 χειροήθεα· ἀρτήματά τε λίθινα χυτὰ καὶ χρύσεα ἐς τὰ ὦτα ἐνθέντες, καὶ ἀμφιδέας περὶ τοὺς προσθίους πόδας, καὶ σιτία ἀποτακτὰ διδόντες καὶ ἱρήϊα, καὶ περιέποντες ὡς κάλλιστα ζώοντας· ἀποθανόντας δὲ ταριχεύοντες θάπτουσι ἐν ἱρῇσι θήκῃσι. οἱ δὲ περὶ Ἐλε- 10 φαντίνην πόλιν οἰκέοντες, καὶ ἐσθίουσι αὐτοὺς, οὐκ ἡγεόμενοι ἱροὺς εἶναι. Καλέονται δὲ οὐ κροκόδειλοι, ἀλλὰ χάμψαι. κροκοδείλους δὲ Ἴωνες ὠνόμασαν, εἰκάζοντες αὐτῶν τὰ εἴδεα τοῖσι παρὰ σφίσι γινομένοισι κροκοδεί- 70 λοισι τοῖσι ἐν τῇσι αἱμασιῇσι. Ἄγραι δέ σφεων πολλαὶ κατεστέασι, καὶ παντοῖαι· ἣ δ' ὦν ἐμοί γε δοκέει ἀξιωτάτη ἀπηγήσιος εἶναι, ταύτην γράφω. ἐπεὰν νῶ-

dis lacum habitant, hi vel maxime sacros illos ducunt: et horum utrique unum maxime crocodilum alunt, manu tractari edoctum; cuius auribus inaures ex fusis lapidibus et auro inserunt, et anteriores pedes aureis ornant armillis; demensoque cibo, quum farinaceo, tum ex victimis, eumdem pascunt, curantes ut quam lautissime vivat; denique mortuum condiunt, et sacro in sepulcro sepeliunt. Qui vero circa Elephantinen habitant, hi non modo non sacros habent crocodilos, sed et carne eorum vescuntur. Vocantur autem ab Aegyptiis, non *crocodili*, sed *champsae*. *Crocodilos* enim (id est, *lacertas*) Iones illos nominarunt, formam illorum conferentes cum lacertis, quae apud illos in maceriis versantur. (70.) *Venatio crocodilorum* multis atque variis modis instituitur: quorum ego illum, qui maxime mihi

τον ὑὸς δελεάσῃ περὶ ἄγκιστρον, μετίει ἐς μέσον τὸν
5 ποταμόν· αὐτὸς δὲ ἐπὶ τοῦ χείλεος τοῦ ποταμοῦ ἔχων
δέλφακα ζωὴν, ταύτην τύπτει. ἐπακούσας δὲ τῆς φω-
νῆς ὁ κροκόδειλος, ἵεται κατὰ τὴν φωνήν· ἐντυχὼν δὲ
τῷ νώτῳ, καταπίνει· οἱ δὲ, ἕλκουσι. ἐπεὰν δὲ ἐξελ-
κυσθῇ ἐς γῆν, πρῶτον ἁπάντων ὁ θηρευτὴς πηλῷ κατ'
10 ὦν ἔπλασε αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμούς· τοῦτο δὲ ποιήσας,
κάρτα εὐπετέως τὰ λοιπὰ χειροῦται· μὴ ποιήσας δὲ
τοῦτο, σὺν πόνῳ. Οἱ δὲ ἵπποι οἱ ποτάμιοι νομῷ μὲν 71
τῷ Παπρημίτῃ ἱροί εἰσι, τοῖσι δὲ ἄλλοισι Αἰγυπτίοισι
οὐκ ἱροί. φύσιν δὲ παρέχονται ἰδέης τοιήνδε· τετράπουν
ἐστὶ, δίχηλον, ὁπλαὶ βοὸς, σιμὸν, λοφιὴν ἔχον ἵππου,
5 χαυλιόδοντας φαῖνον, οὐρὴν ἵππου καὶ φωνήν· μέγα-
θος, ὅσον τε βοῦς ὁ μέγιστος· τὸ δέρμα δ' αὐτοῦ οὕ-

memoratu dignus videtur, exponam. Suis tergus, pro escâ hamo insertum, in medium flumen demittit venator: ipse in ripa fluminis vivum habet porcellum, quem ferit. Crocodilus, auditâ voce, ad eius sonum adcurrit; in tergus vero suis incidens, illud deglutit; moxque in terram attrahitur. Postquam in terram extractus est, primum omnium oculos eius luto oblinit venator: eo facto, facile admodum reliqua administrat; si facere non potuit, difficulter. (71.) *Hippopotami* in Papremite praefecturâ sacri habentur; reliquis vero Aegyptiis non sunt sacri. Horum natura atque species talis est. Quadrupes animal, bisulcum, ungulis bovinis, simo naso, iubâ equinâ, dentibus prominentibus, caudâ et voce equinâ; magnitudine maximi tauri; corio ita crasso, ut ex arefa-

τῳ δή τι παχύ ἐστι, ὥστε αὔου γενομένου, ξυστὰ ποιέε-
72 σθαι ἀκόντια ἐξ αὐτοῦ. Γίνονται δὲ καὶ ἐνύδριες ἐν τῷ
ποταμῷ, τὰς ἱρὰς ἥγηνται εἶναι. νομίζουσι δὲ καὶ πάν-
των ἰχθύων τὸν καλεύμενον λεπιδωτὸν, ἱρὸν εἶναι, καὶ
τὴν ἔγχελυν. ἱροὺς δὲ τούτους τοῦ Νείλου φασὶ εἶναι·
καὶ τῶν ὀρνίθων τοὺς χηναλώπεκας.

73 Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος ὄρνις ἱρὸς, τῷ οὔνομα φοῖνιξ·
ἐγὼ μέν μιν οὐκ εἶδον, εἰ μὴ ὅσον γραφῇ· καὶ γὰρ δὴ
καὶ σπάνιος ἐπιφοιτᾷ σφι, διὰ ἐτέων (ὡς Ἡλιουπο-
λῖται λέγουσι) πεντακοσίων. φοιτᾷν δὲ τότε φασὶ,
ἐπεάν οἱ ἀποθάνῃ ὁ πατήρ. ἔστι δὲ, εἰ τῇ γραφῇ πα- 5
ρόμοιος, τοσόσδε καὶ τοιόσδε· τὰ μὲν αὐτοῦ χρυσόκο-
μα τῶν πτερῶν, τὰ δὲ, ἐρυθρά· ἐς τὰ μάλιστα αἰετῷ
περιήγησιν ὁμοιότατος, καὶ τὸ μέγαθος. Τοῦτον δὲ λέ-

cto conficiantur polita iacula. (72.) Gignuntur in fluvio etiam *lutrae*, quas sacras ducunt Aegyptii. Ex *piscium* autem universo genere sacros reputant esse eum qui *lepidotus* vocatur, et *anguillam:* quos pisces *Nilo sacros* esse aiunt; itemque ex avium genere *vulpanseres*.

(73.) Est autem etiam alia avis sacra, cui nomen *phoenix:* quem ego quidem non vidi, nisi pictum; perraro enim Aegyptum visitat, nonnisi ex quingentorum, ut Heliopolitae aiunt, annorum intervallo: advenit autem tunc, quum pater eius obiit. Est autem, si modo pictura recte eius formam refert, tantus atque talis: pennarum color, aliarum aureus, aliarum ruber; caeterum tota avis, habitu et magnitudine, aquilae maxime simillima. Phoenicem hunc

γουσι μηχανᾶσθαι τάδε, ἐμοὶ μὲν οὐ πιστὰ λέγοντες·
10 ἐξ Ἀραβίης ὁρμεώμενον, ἐς τὸ ἱρὸν τοῦ Ἡλίου κομίζειν
τὸν πατέρα, ἐν σμύρνῃ ἐμπλάσσοντα, καὶ θάπτειν
ἐν τοῦ Ἡλίου τῷ ἱρῷ. κομίζειν δὲ οὕτω· πρῶτον, τῆς
σμύρνης ὠὸν πλάσσειν ὅσον τε δυνατός ἐστι φέρειν·
μετὰ δὲ, πειρᾶσθαι αὐτὸ φορέοντα· ἐπεὰν δὲ ἀποπει-
15 ρηθῇ, οὕτω δὴ κοιλήναντα τὸ ὠὸν, τὸν πατέρα ἐς αὐτὸ
ἐντιθέναι, σμύρνῃ δὲ ἄλλῃ ἐμπλάσσειν τοῦτο κατ' ὅ τι
τοῦ ὠοῦ ἐγκοιλήνας ἐνέθηκε τὸν πατέρα· ἐσκειμένου δὲ
τοῦ πατρὸς, γίνεσθαι τὠυτὸ βάρος· ἐμπλάσαντα δὲ,
κομίζειν μιν ἐπ' Αἰγύπτου ἐς τοῦ Ἡλίου τὸ ἱρόν. ταῦ-
20 τα μὲν τοῦτον τὸν ὄρνιν λέγουσι ποιέειν.

Εἰσὶ δὲ περὶ Θήβας ἱροὶ ὄφιες, ἀνθρώπων οὐδαμῶς 74
δηλήμονες· οἱ μεγάθεϊ ἐόντες μικροὶ, δύο κέρεα φορέου-
σι, πεφυκότα ἐξ ἄκρης τῆς κεφαλῆς. τοὺς θάπτουσι

aiunt, mihi quidem parum credibilia narrantes, haecce machinari: ex Arabia proficiscentem, in Solis templum portare patrem suum, myrrha circumlitum, et in templo Solis sepelire. Portare autem eum hoc modo: primum myrrham in ovi formam fingere tanti ponderis, quantum ferre ipse possit; dein ferendo illud experiri; factoque experimento, excavare ovum, et patrem intus ponere, et qua parte ovi excavati patrem inseruit, eam aliâ myrrhâ oblinere: ita pondus impositi patris idem esse atque fuerat ovi pondus: hoc denique modo circumlitum patrem gestare eum in Solis templum. Haec facere avem illam narrant.

(74.) Sunt autem circa Thebas *sacri serpentes*, nihil hominibus noxii, haud sane magni, duobus cornibus instructi, e summo capite enatis. Hos, post-

ἀποθανόντας ἐν τῷ ἱρῷ τοῦ Διός· τούτου γάρ σφεας
75 τοῦ Θεοῦ φασὶ εἶναι ἱρούς. Ἔστι δὲ χῶρος τῆς Ἀρα-
βίης, κατὰ Βουτοῦν πόλιν μάλιστά κη κείμενος· καὶ ἐς
τοῦτο τὸ χωρίον ἦλθον, πυνθανόμενος περὶ τῶν πτερωτῶν
ὀφίων. ἀπικόμενος δὲ, εἶδον ὀστέα ὀφίων καὶ ἀκάν-
θας, πλήθεϊ μὲν ἀδύνατα ἀπηγήσασθαι· σωροὶ δὲ ἦσαν 5
ἀκανθέων καὶ μεγάλοι, καὶ ὑποδεέστεροι, καὶ ἐλάσ-
σονες ἔτι τούτων· πολλοὶ δὲ ἦσαν οὗτοι. ἔστι δὲ ὁ χῶ-
ρος οὗτος, ἐν τῷ αἱ ἄκανθαι κατακεχύαται, τοιόσδε
τις· ἐσβολὴ ἐξ οὐρέων στεινῶν ἐς πεδίον μέγα· τὸ δὲ
πεδίον τοῦτο συνάπτει τῷ Αἰγυπτίῳ πεδίῳ. λόγος δέ 10
ἐστι, ἅμα τῷ ἔαρι πτερωτοὺς ὄφις ἐκ τῆς Ἀραβίης
πέτεσθαι ἐπ' Αἰγύπτου· τὰς δὲ ἴβις τὰς ὄρνιθας ἀπαν-
τώσας ἐς τὴν ἐσβολὴν ταύτης τῆς χώρης, οὐ παριέναι
τοὺς ὄφις, ἀλλὰ κατακτείνειν. καὶ τὴν ἶβιν διὰ τοῦτο

quam mortui sunt, in Iovis templo sepeliunt; huic
enim Deo sacros esse dicunt. (75.) Est vero in Ara-
bia locus, ex adverso oppidi Buto maxime situs;
quem locum ipse adii, quum audissem quae de *ser-
pentibus volucribus* narrantur. Eo ut perveni, vidi
ossa et spinas serpentum, ineffabili multitudine:
erant enim spinarum acervi, maiores alii, alii mi-
nores, atque minores, ingenti numero. Est autem lo-
cus, ubi effusae hae spinae iacent, huiusmodi: ex
angustis montibus introitus est in magnam plani-
tiem, agro Aegyptio contiguam. Narrant igitur, in-
eunte vere ex Arabia Aegyptum versus advolare vo-
lucres serpentes; *ibes* autem aves, occurrentes illis
in faucibus huius regionis, aditu prohibere serpen-
tes, illosque necare. Et hanc ob caussam magno in

15 τὸ ἔργον τετιμῆσθαι λέγουσι Ἀράβιοι μεγάλως πρὸς Αἰγυπτίων· ὁμολογέουσι δὲ καὶ Αἰγύπτιοι διὰ ταῦτα τιμᾷν τὰς ὄρνιθας ταύτας. Εἶδος δὲ τῆς μὲν ἴβιος τόδε. μέλαινα δεινῶς πᾶσα, σκέλεα δὲ φορέει γεράνου, πρόσωπον δὲ ἐς τὰ μάλιστα ἐπίγρυπον, μέγαθος ὅσον κρέξ. τῶν μὲν δὴ μελαινέων, τῶν μαχομένων πρὸς τοὺς 76
5 ὄφις, ἥδε ἰδέη. τῶν δ' ἐν ποσὶ μᾶλλον εἰλευμένων τοῖσι ἀνθρώποισι· (διξαὶ γάρ δή εἰσι αἱ ἴβιες·) ψιλὴ τὴν κεφαλὴν, καὶ τὴν δειρὴν πᾶσαν· λευκὴ πτεροῖσι, πλὴν κεφαλῆς καὶ τοῦ αὐχένος καὶ ἄκρων τῶν πτερύγων καὶ τοῦ πυγαίου ἄκρου· ταῦτα δὲ τὰ εἶπον πάντα,
10 μέλαινά ἐστι δεινῶς· σκέλεα δὲ καὶ πρόσωπον, ἐμφερὴς τῇ ἑτέρῃ. τοῦ δὲ ὄφιος ἡ μορφὴ, οἵη περ τῶν ὕδρων. πτίλα δὲ οὐ πτερωτὰ φορέει, ἀλλὰ τοῖσι τῆς νυκτερί-

honore ab Aegyptiis haberi *ibin*, aiunt Arabes; et profitentur etiam Aegyptii, eâ caussâ se hasce aves in honore habere. (76.) Species autem *ibidis* talis est: colore admodum nigro avis est per totum corpus, pedibus gruis, rostro quam maxime adunco, magnitudine quantâ crex. Nigrarum scilicet, quae cum serpentibus pugnant, haec species est: sed, quae ante pedes hominum magis versantur, (*duo* enim sunt *ibium genera*) hae capite et cervice totâ nudae sunt; pennae quidem corporis albae, sed caput et cervix et extremae alae extremaque cauda, omnia haec nigra admodum: crura et rostrum simile alteri generi. Porro serpentum forma, quos dixi, similis est hydrarum: alas autem habent non pen-

δες πτεροῖσι μάλιστά κη ἐμφερέστατα. Τοσαῦτα μὲν θηρίων πέρι ἱρῶν εἰρήσθω.

77 Αὐτῶν δὲ δὴ Αἰγυπτίων, οἳ μὲν περὶ τὴν σπειρομένην Αἴγυπτον οἰκέουσι, μνήμην ἀνθρώπων πάντων ἐπασκέοντες μάλιστα, λογιώτατοί εἰσι μακρῷ τῶν ἐγὼ ἐς διάπειραν ἀπικόμην. Τρόπῳ δὲ ζόης τοιῷδε διαχρέωνται. Συρμαΐζουσι τρεῖς ἡμέρας ἐπεξῆς μηνὸς ἑκάστου, ἐμέτοισι θηρώμενοι τὴν ὑγιείην καὶ κλύσμασι, νομίζοντες ἀπὸ τῶν τρεφόντων σιτίων πάσας τὰς νούσους τοῖσι ἀνθρώποισι γίνεσθαι. εἰσὶ μὲν γὰρ καὶ ἄλλως Αἰγύπτιοι μετὰ Λίβυας ὑγιηρέστατοι πάντων ἀνθρώπων, τῶν ὡρέων (δοκέειν ἐμοὶ) εἵνεκεν, ὅτι οὐ μεταλλάσσουσι αἱ ὧραι. ἐν γὰρ τῇσι μεταβολῇσι τοῖσι ἀνθρώποισι αἱ νοῦσοι μάλιστα γίνονται, τῶν τε ἄλλων πάντων, καὶ

natas, sed vespertilionis alis admodum similes. Et haec quidem hactenus de sacris bestiis dicta sunto.

(77.) Ad Aegyptios *ipsos* quod adtinet, hi qui eam Aegypti partem incolunt, quae seminari solet, omnium hominum maxime memoriae rerum gestarum dant operam; suntque longe omnium, cum quibus aliquam notitiam contraxerim, eruditissimi. *Vitae* autem *ratione* utuntur tali. Singulis mensibus per tres continuos dies purgant corpus, vomitibus et clysteribus sanitatem sectantes, rati a cibis, quos sumunt homines, oriri morborum omne genus. Sunt enim caeteroquin Aegyptii, post Libyas, prae caeteris omnibus populis robustissimâ valetudine, ob coeli puto temperiem, tempestatemque nullis mutationibus obnoxiam. Ex mutationibus enim, quum aliarum rerum, tum praesertim ex tempestatis vicissitu-

spithamâ, dextrâ manu hastam tenens, sinistrâ sagittas, et reliquo cultu simili; habet enim partim Aegyptiacum cultum, partim Aethiopicum: ab altero vero humero ad alterum per pectus pertinet insculpta inscriptio in hanc sententiam: *Ego hanc regionem meis humeris mihi adquisivi.* Quis vero, aut unde sit, ibi non declarat: alibi vero declaravit. Itaque istas nonnulli, qui viderunt, Memnonis coniiciunt imagines esse, longe a vero aberrantes.

(107.) Hunc Aegyptium *Sesostrin*, dicebant sacerdotes, redeuntem, multosque homines ex gentibus subactis secum ducentem, eumdem, postquam in reditu ad Daphnin Pelusiacam pervenisset, a fratre, cuius fidei Aegyptum commiserat, una cum fi-

τον ἐπὶ ξείνια αὐτὸν καλέσαντα, καὶ πρὸς αὐτῷ τοὺς παῖδας, περινῆσαι ἔξωθεν τὴν οἰκίην ὕλῃ· περινήσαντα δὲ, ὑποπρῆσαι. τὸν δὲ ὡς μαθεῖν τοῦτο, αὐτίκα συμβουλεύεσθαι τῇ γυναικί· καὶ γὰρ δὴ καὶ τὴν γυναῖκα
10 αὐτὸν ἅμα ἄγεσθαι. τὴν δέ οἱ συμβουλεῦσαι, τῶν παίδων ἐόντων ἓξ, τοὺς δύο ἐπὶ τὴν πυρὴν ἐκτείναντα, γεφυρῶσαι τὸ καιόμενον, αὐτοὺς δ' ἐπ' ἐκείνων ἐπιβαίνοντας ἐκσώζεσθαι. ταῦτα ποιῆσαι τὸν Σέσωστριν· καὶ δύο μὲν τῶν παίδων κατακαῆναι τρόπῳ τοιούτῳ· τοὺς δὲ λοιποὺς ἀποσωθῆναι ἅμα τῷ πατρί. Νοστήσας δὲ 108 ὁ Σέσωστρις ἐς τὴν Αἴγυπτον, καὶ τισάμενος τὸν ἀδελφεὸν, τῷ μὲν ὁμίλῳ τὸν ἐπηγάγετο, τῶν τὰς χώρας κατεστρέψατο, τούτῳ μὲν τάδε ἐχρήσατο. τούς τε οἱ
5 λίθους, τοὺς ἐπὶ τούτου τοῦ βασιλέος κομισθέντας ἐς τοῦ Ἡφαίστου τὸ ἱρὸν, ἐόντας μεγάθεϊ περιμήκεας, οὗτοι ἦσαν οἱ ἑλκύσαντες· καὶ τὰς διώρυχας τὰς νῦν ἐού-

liis hospitio esse exceptum: at illum circa domum, in qua rex erat, materiam congeri, congestamque iussisse incendi. Qua re animadversâ, deliberasse regem cum uxore, quippe illam comitem secum habuisse. Hanc ei suasisse, quum sex essent filii, duobus ex his super pyram extensis pontem sic in ardente materia faceret, quem ipsi superantes effugerent. Id fecisse Sesostrin, et duos filios ita igne fuisse absumtos, reliquos vero una cum patre fugâ servatos. (108.) Postquam in Aegyptum advenit, poenasque de fratre sumsit, tum vero multitudine hominum, quos e terris subactis adduxerat, in hunc modum usus est. Lapides eos, qui hoc regnante ad Vulcani templum congesti sunt, immani magnitudine, hi sunt

σας ἐν Αἰγύπτῳ πάσας οὗτοι ἀναγκαζόμενοι ὤρυσσον· ἐποίευν τε οὐκ ἑκόντες Αἴγυπτον, τὸ πρὶν ἐοῦσαν ἱππασίμην καὶ ἁμαξευομένην πᾶσαν, ἐνδεᾶ τούτων. ἀπὸ 10 γὰρ τούτου τοῦ χρόνου Αἴγυπτος, ἐοῦσα πεδιὰς πᾶσα, ἄνιππος καὶ ἀναμάξευτος γέγονε· αἴτιαι δὲ τούτων αἱ διώρυχες γεγόνασι, ἐοῦσαι πολλαὶ, καὶ παντοίους τρόπους ἔχουσαι. κατέταμνε δὲ τοῦδε εἵνεκα τὴν χώρην ὁ βασιλεύς· ὅσοι τῶν Αἰγυπτίων μὴ ἐπὶ τῷ ποταμῷ 15 ἔκτηντο τὰς πόλις, ἀλλ' ἀναμέσους, οὗτοι ὅκως τε ἀπίοι ὁ ποταμὸς, σπανίζοντες ὑδάτων, πλατυτέροισι ἐχρέοντο τοῖσι πόμασι, ἐκ Φρεάτων χρεόμενοι. τούτων 109 μὲν δὴ εἵνεκα κατετμήθη ἡ Αἴγυπτος. Κατανεῖμαι δὲ τὴν χώρην Αἰγυπτίοισι ἅπασι τοῦτον ἔλεγον τὸν βασιλέα, κλῆρον ἴσον ἑκάστῳ τετράγωνον διδόντα· καὶ ἀπὸ

qui traxerunt: iidemque canales cunctos, qui nunc in Aegypto sunt, coacti foderunt; atque ita inviti quidem fecerunt, ut Aegyptus, quae ante id tempus tota equis et plaustris opportuna fuerat, hoc commodo careret. Nam ab illo tempore Aegyptus, tota licet plana et campestris, equis et plaustris inhabilis facta est: cuius rei caussa est multitudo fossarum, variis modis omnes in partes ductarum. Regionem autem ita fossis discidit rex ille hac caussa. Quicumque ex Aegyptiis oppida habitabant quae non sunt ad fluvium sita, sed in media regione; hi, postquam recessit Nilus, aquae inopiâ laborantes, salsiore potu usi erant, ex puteis hausto. Huius rei caussâ discissa est Aegyptus. (109.) Porro hunc regem, aiebant, *distribuisse regionem inter omnes Aegyptios*, singulisque sortem aequalem dedisse quadratam; et ab hac sorte reditus sibi constituisse,

τούτου τὰς προσόδους ποιήσασθαι, ἐπιτάξαντα ἀποφο-
5 ρὴν ἐπιτελέειν κατ' ἐνιαυτόν. εἰ δέ τινος τοῦ κλήρου ὁ
ποταμός τι παρέλοιτο, ἐλθὼν ἂν πρὸς αὐτὸν, ἐσήμαινε
τὸ γεγενημένον· ὁ δὲ, ἔπεμπε τοὺς ἐπισκεψομένους καὶ
ἀναμετρήσοντας ὅσῳ ἐλάσσων ὁ χῶρος γέγονε, ὅκως
τοῦ λοιποῦ κατὰ λόγον τῆς τεταγμένης ἀποφορῆς τε-
10 λέοι. δοκέει δέ μοι ἐνθεῦτεν γεωμετρίη εὑρεθεῖσα, ἐς τὴν
Ἑλλάδα ἐπανελθεῖν. πόλον μὲν γὰρ, καὶ γνώμονα,
καὶ τὰ δυώδεκα μέρεα τῆς ἡμέρης, παρὰ Βαβυλωνίων
ἔμαθον οἱ Ἕλληνες. Βασιλεὺς μὲν δὴ οὗτος μοῦνος Αἰ- 110
γύπτιος Αἰθιοπίης ἦρξε. Μνημόσυνα δὲ ἐλίπετο πρὸ τοῦ
Ἡφαιστείου, ἀνδριάντας λιθίνους· δύο μὲν, τριήκοντα
πηχέων, ἑωυτόν τε καὶ τὴν γυναῖκα· τοὺς δὲ παῖδας
5 ἐόντας τέσσερας, εἴκοσι πηχέων ἑκάστον. τῶν δὴ ὁ

imperato tributo quotannis pendendo. Quod si de cuiuspiam sorte fluvius aliquid abstraxisset, is regem adiens indicabat factum; et rex, missis qui rem praesentem inspicerent, dimetirenturque quanto minor factus fuerit ager, in posterum tributi partem pro portione remittebat. Videturque mihi ex hoc negotio inventa esse *geometria* apud Aegyptios, indeque ad Graecos transiisse. Nam polum quidem et gnomonem et duodecim diei partes a Babyloniis Graeci acceperunt. (110.) Idem rex *Sesostris*, unus ex Aegypti regibus, Aethiopiae etiam regnum obtinuit. Monumenta autem sui reliquit statuas lapideas ante Vulcani templum positas: quarum duae, triginta cubitorum quaeque, ipsius et uxoris referebant imagines; tum quatuor, viginti cubitorum quaeque, totidem numero filiorum. Ante has statuas quum multo post tempore

ἱρεὺς τοῦ Ἡφαίστου χρόνῳ μετέπειτα πολλῷ Δαρεῖον τὸν Πέρσην οὐ περιεῖδε ἱστάντα ἔμπροσθεν ἀνδριάντα, φὰς „οὔ οἱ πεποιῆσθαι ἔργα οἷά περ Σεσώστρι τῷ Αἰγυπτίῳ. Σέσωστριν μὲν γὰρ ἄλλα τε καταστρέψασθαι ἔθνεα οὐκ ἐλάσσω ἐκείνου, καὶ δὴ καὶ Σκύθας· 10 Δαρεῖον δὲ οὐ δυνασθῆναι Σκύθας ἑλεῖν. οὔκων δίκαιον εἶναι ἱστάναι ἔμπροσθε τῶν ἐκείνου ἀναθημάτων, μὴ οὐκ ὑπερβαλλόμενον τοῖσι ἔργοισι." Δαρεῖον μέν νυν λέγουσι πρὸς ταῦτα συγγνώμην ποιήσασθαι.

111 Σεσώστριος δὲ τελευτήσαντος, ἐκδέξασθαι ἔλεγον τὴν βασιληΐην τὸν παῖδα αὐτοῦ Φερῶν· τὸν ἀποδέξασθαι μὲν οὐδεμίην στρατηΐην, συνενειχθῆναι δέ οἱ τυφλὸν γενέσθαι, διὰ τοιόνδε πρῆγμα. τοῦ ποταμοῦ κατελθόντος μέγιστα δὴ τότε ἐπ' ὀκτωκαίδεκα πήχεας, ὡς ὑπερέβαλε τὰς ἀρούρας, πνεύματος ἐμπεσόντος, κυματίης ὁ 5

Darius Persa sibi vellet statuam ponere, vetuit Vulcani sacerdos, dicens *non edita ab illo esse facta qualia a Sesostri Aegyptio: Sesostrin enim quum alias gentes nihilo vel pauciores vel inferiores, quam ipse, tum vero et Scythas, subegisse, quos Darius subigere non potuisset. Quare non esse aequum, ut ante illius monumenta statuam ponat is qui illius facta non superarit.* Aiuntque Darium sacerdoti haec dicenti ignovisse.

(111.) Sesostri vitâ functo, aiebant, regnum suscepisse filium eius *Pherôn:* eumque nullum militare facinus praeclarum edidisse; accidisse quippe ei ut caecus fieret, et quidem ob factum huiusmodi. Quum flumen eo tempore copiosissimum descendisset ad octodecim pedum altitudinem, camposque inundas-

ποταμὸς ἐγένετο· τὸν δὲ βασιλέα λέγουσι τοῦτον ἀτασθαλίῃ χρησάμενον, λαβόντα αἰχμὴν, βαλέειν ἐς μέσας τὰς δίνας τοῦ ποταμοῦ· μετὰ δὲ, αὐτίκα καμόντα αὐ-
10 τὸν τοὺς ὀφθαλμοὺς, τυφλωθῆναι. δέκα μὲν δὴ ἔτεα εἶναί μιν τυφλόν· ἑνδεκάτῳ δὲ ἔτεϊ ἀπικέσθαι οἱ μαντήϊον ἐκ Βουτοῦς πόλιος, ὡς „ἐξήκει τέ οἱ ὁ χρόνος τῆς ζημίης, καὶ ἀναβλέψει, γυναικὸς οὔρῳ νιψάμενος τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἥτις παρὰ τὸν ἑωυτῆς ἄνδρα μοῦνον πεφοί-
15 τηκε, ἄλλων ἀνδρῶν ἐοῦσα ἄπειρος·“ καὶ τὸν πρώτης τῆς ἑωυτοῦ γυναικὸς πειρᾶσθαι· μετὰ δὲ, ὡς οὐκ ἀνέβλεπε, ἐπεξῆς πασέων πειρᾶσθαι. ἀναβλέψαντα δὲ, συναγαγεῖν τὰς γυναῖκας τῶν ἐπειρήθη, πλὴν ἢ τῆς τῷ οὔρῳ νιψάμενος ἀνέβλεψε, ἐς μίην πόλιν, ἣ νῦν

set, ingruente vento ingentes fluctus ciere flumen coepit. Ibi tunc regem hunc, improbâ vesaniâ correptum, sumsisse spiculum, et in medios fluminis gurgites coniecisse: dein protinus oculis coepisse laborare, prorsusque usum oculorum amisisse. Postquam decem annis caecus fuisset, advenisse ei, undecimo anno, ex Buto oppido oraculi responsum, *exactum esse mulctae tempus; oculorum usum recepturum eum esse, si oculos eluisset lotio mulieris, quae non nisi cum suo marito coiisset, et cum nullo alio viro habuisset consuetudinem.* Illum igitur ante omnia uxoris urinam esse expertum; deinde vero, quum visum non recepisset, aliarum omnium atque aliarum experimentum fecisse. Ad extremum, postquam visum recepisset, mulieres cunctas, quarum experimentum fecerat, exceptâ unâ illâ cuius urinâ lotus visum recepit, in unum oppi-

καλέεται Ἐρυθρὴ βῶλος· ἐς ταύτην συναλίσαντα, ὑποπρῆσαι πάσας σὺν αὐτῇ τῇ πόλι. τῆς δὲ νιψάμενος τῷ οὔρῳ ἀνέβλεψε, ταύτην δὲ ἔσχε αὐτὸς γυναῖκα. Ἀναθήματα δὲ, ἀποφυγὼν τὴν πάθην τῶν ὀφθαλμῶν, ἄλλα τε ἀνὰ τὰ ἱρὰ πάντα τὰ λόγιμα ἀνέθηκε, καὶ τοῦ γε λόγου μάλιστα ἄξιόν ἐστι ἔχειν, ἐς τοῦ Ἡλίου τὸ ἱρὸν ἀξιοθέητα ἀνέθηκε ἔργα, ὀβελοὺς δύο λιθίνους, ἐξ ἑνὸς ἐόντα ἑκάτερον λίθου, μῆκος μὲν ἑκάτερον πηχέων ἑκατὸν, εὖρος δὲ ὀκτὼ πηχέων. 20 25

112 Τούτου δὲ ἐκδέξασθαι τὴν βασιληίην ἔλεγον ἄνδρα Μεμφίτην, τῷ κατὰ τὴν τῶν Ἑλλήνων γλῶσσαν οὔνομα Πρωτέα εἶναι· τοῦ νῦν τέμενός ἐστι ἐν Μέμφι κάρτα καλόν τε καὶ εὖ ἐσκευασμένον, τοῦ Ἡφαιστηίου

dum congregasse, cui nomen nunc Erythrobolus est, (quasi *Rubrum solum* diceres) atque ita congregatas, subiecto igne, simul cum oppido concremasse: illam vero, cuius urinâ lotus visum receperat, in matrimonium duxisse. Donaria autem, postquam oculorum calamitate est liberatus, quum alia in notabilioribus quibusque templis consecravit, tum, quod maxime memorari prae caeteris meretur, in Solis templo opera posuit spectatu digna, duo saxeos *obelos*, utrumque ex uno saxo, longitudine utrumque centum cubitorum, latitudine octo cubitorum.

(112.) Huic in regnum successisse aiebant virum Memphiten, eum qui Graecorum sermone *Proteus* nominetur: cuius nunc delubrum est Memphi pulcrum admodum et eximie instructum, a Vulcani

5 πρὸς νότον ἄνεμον κείμενον. περιοικέουσι δὲ τὸ τέμενος τοῦτο Φοίνικες Τύριοι· καλέεται δὲ ὁ χῶρος οὗτος ὁ συνάπας, Τυρίων στρατόπεδον. ἔστι δὲ ἐν τῷ τεμένεϊ τοῦ Πρωτέος ἱρὸν, τὸ καλέεται Ξείνης Ἀφροδίτης· συμβάλλομαι δὲ τοῦτο τὸ ἱρὸν εἶναι Ἑλένης τῆς Τυνδάρεω, καὶ
10 τὸν λόγον ἀκηκοὼς ὡς διαιτήθη Ἑλένη παρὰ Πρωτέϊ, καὶ δὴ καὶ ὅτι Ξείνης Ἀφροδίτης ἐπωνύμιόν ἐστι· ὅσα γὰρ ἄλλα Ἀφροδίτης ἱρά ἐστι, οὐδαμῶς ξείνης ἐπικαλέεται. Ἔλεγον δέ μοι οἱ ἱρέες ἱστορέοντι τὰ περὶ 113 Ἑλένην, γενέσθαι ὧδε· Ἀλέξανδρον ἁρπάσαντα Ἑλένην ἐκ Σπάρτης, ἀποπλέειν ἐς τὴν ἑωυτοῦ. καί μιν, ὡς ἐγένετο ἐν τῷ Αἰγαίῳ, ἐξῶσται ἄνεμοι ἐκβάλλουσι ἐς
5 τὸ Αἰγύπτιον πέλαγος· ἐνθεῦτεν δὲ (οὐ γὰρ ἀνίει τὰ πνεύματα) ἀπικνέεται ἐς Αἴγυπτον, καὶ Αἰγύπτου ἐς

templo austrum versus situm. Circa delubrum illud Phoenices Tyrii habitant; vocaturque totus ille locus, *Tyriorum castra.* Intra Protei delubrum aedes est, quae vocatur *Veneris Hospitae:* quam ego aedem Helenae Tyndari filiae sacratam fuisse coniicio, tum quod memoratum audivi vixisse Helenam apud Proteum, tum nempe ob hoc ipsum cognomen *Hospitae Veneris:* quotquot enim alia sunt Veneris templa, eorum nullum est quod tale cognomen habeat. (113.) Dixerunt autem mihi sacerdotes, sciscitanti quae ad Helenam spectant, gestam rem esse hunc in modum. Alexandrum, postquam Helenam ex Spartâ rapuisset, domum navigasse. Sed ubi in Aegaeum pervenit, violenti ex adverso venti in Aegyptium mare eum compulerunt: inde, quum non remitteret vis ventorum, Aegyptum tenuit; et

τὸ νῦν Κανωβικὸν καλεύμενον στόμα τοῦ Νείλου, καὶ ἐς Ταριχείας. ἦν δὲ ἐπὶ τῆς ἠϊόνος, ὃ καὶ νῦν ἐστι, Ἡρακλέος ἱρόν· ἐς τὸ ἢν καταφυγὼν οἰκέτης ὅτεῳ ἀνθρώπων ἐπιβάληται στίγματα ἱρὰ, ἑωυτὸν διδοὺς τῷ 10 θεῷ, οὐκ ἔξεστι τούτου ἅψασθαι. ὁ νόμος οὗτος διατελέει ἐὼν ὅμοιος μέχρι ἐμεῦ τῷ ἀπ' ἀρχῆς. τοῦ ὦν δὴ Ἀλεξάνδρου ἀπιστέαται θεράποντες, πυθόμενοι τὸν περὶ τὸ ἱρὸν ἔχοντα νόμον· ἱκέται δὲ ἱζόμενοι τοῦ θεοῦ, κατηγόρεον τοῦ Ἀλεξάνδρου, βουλόμενοι βλάπτειν αὐτὸν, 15 πάντα λόγον ἐξηγεύμενοι ὡς εἶχε περὶ τὴν Ἑλένην τε καὶ τὴν ἐς Μενέλεων ἀδικίην· κατηγόρεον δὲ ταῦτα πρός τε τοὺς ἱρέας καὶ τὸν τοῦ στόματος τούτου φύλακον, τῷ 114 οὔνομα ἦν Θῶνις. Ἀκούσας δὲ τούτων ὁ Θῶνις, πέμπει τὴν ταχίστην ἐς Μέμφιν παρὰ Πρωτέα ἀγγελίην,

in illud quidem Nili ostium, quod Canobicum nunc vocatur, ad Taricheas pervenit. Erat autem in litore Herculis templum, quod etiam nunc est: in quod si quis cuiuscumque hominis servus profugerit, et deo se tradens, sacras sibi imponi notas curaverit, hunc nemini fas est tangere. Lex ista eadem, quae olim fuit, ad meam usque aetatem manet. Ab Alexandro igitur famuli nonnulli, cognita lege quae in hoc templo obtinet, desciscunt: sedentesque deo supplices, nocituri Alexandro, accusarunt eum; omnemque iniquitatem, qua adversus Helenam et Menelaum usus ille erat, aperuerunt: renunciarunt haec autem quum sacerdotibus templi, tum praefecto huius ostii, cui *Thonis* nomen erat. (114.) Quibus cognitis Thonis celeriter Memphin ad *Proteum* nuncios

λέγουσαν τάδε· „Ἥκει ξεῖνος, γένος μὲν Τευκρὸς, ἔρ-
„γον δὲ ἀνόσιον ἐν τῇ Ἑλλάδι ἐξεργασμένος· ξείνου
5 „γὰρ τοῦ ἑωυτοῦ ἐξαπατήσας τὴν γυναῖκα, αὐτήν τε
„ταύτην ἄγων ἥκει, καὶ πολλὰ κάρτα χρήματα, ὑπὸ
„ἀνέμων ἐς γῆν τὴν σὴν ἀπενειχθείς. κότερα δῆτα τοῦ-
„τον ἐῶμεν ἀσινέα ἐκπλέειν, ἢ ἀφελώμεθα τὰ ἔχων
„ἦλθε;“ Ἀντιπέμπει πρὸς ταῦτα ὁ Πρωτεὺς λέγοντα
10 τάδε· „Ἄνδρα τοῦτον, ὅστις κοτέ ἐστι ἀνόσια ἐργασ-
„μένος ξεῖνον τὸν ἑωυτοῦ, συλλαβόντες, ἀπάγετε παρ'
„ἐμὲ, ἵνα εἰδῶ ὅ τι κοτὲ καὶ λέξει.“ Ἀκούσας δὲ 115
ταῦτα ὁ Θῶνις, συλλαμβάνει τὸν Ἀλέξανδρον, καὶ
τὰς νέας αὐτοῦ κατίσχει· μετὰ δὲ, αὐτόν τε τοῦτον
ἀνήγαγε ἐς Μέμφιν, καὶ τὴν Ἑλένην τε καὶ τὰ χρή-
5 ματα· πρὸς δὲ, καὶ τοὺς ἱκέτας. ἀνακομισθέντων δὲ
πάντων, εἰρώτα τὸν Ἀλέξανδρον ὁ Πρωτεὺς, τίς εἴη,

misit, qui haec ei dicerent: *Advenit huc peregrinus homo, natione Troianus, qui in Graecia improbum facinus commisit: quippe hospitis sui uxorem decepit, eamque et magnam simul rerum pretiosarum copiam secum vehens huc adpulit, ventorum vi tuam in terram compulsus. Hunccine ergo sinemus illaesum abire; an, quae secum advexit, ei eripiemus?* Ad haec Proteus remittit nuncium, qui diceret: *Hunc hominem, quisquis sit, qui hospitem tam nefariâ iniuriâ adfecit, prehendite, et ad me adducite, ut sciam quid tandem dicat.* (115.) His auditis Thonis prehendit Alexandrum, navesque eius retinet: dein et ipsum et Helenam et res pretiosas Memphin duxit, atque etiam fugitivos supplices. Qui ubi advenerunt, quaesivit ex

καὶ ὁκόθεν πλέοι. ὁ δέ οἱ καὶ τὸ γένος κατέλεξε, καὶ
τῆς πάτρης εἶπε τὸ οὔνομα· καὶ δὴ καὶ τὸν πλόον ἀπη-
γήσατο ὁκόθεν πλέοι. μετὰ δὲ, ὁ Πρωτεὺς εἰρώτα αὐ-
τὸν ὁκόθεν τὴν Ἑλένην λάβοι· πλανωμένου δὲ τοῦ Ἀλεξ- 10
άνδρου ἐν τῷ λόγῳ, καὶ οὐ λέγοντος τὴν ἀληθηΐην,
ἤλεγχον οἱ γενόμενοι ἱκέται, ἐξηγεύμενοι πάντα λόγον
τοῦ ἀδικήματος. τέλος δὲ δή σφι λόγον τόνδε ἐκφαί-
νει ὁ Πρωτεὺς, λέγων ὅτι „Ἐγὼ εἰ μὴ περὶ πολλοῦ
„ἡγεύμην μηδένα ξείνων κτείνειν, ὅσοι ὑπ᾽ ἀνέμων ἤδη 15
„ἀπολαμφθέντες ἦλθον ἐς χώρην τὴν ἐμὴν, ἐγὼ ἄν σε
„ὑπὲρ τοῦ Ἕλληνος ἐτισάμην· ὃς, ὦ κάκιστε ἀνδρῶν,
„ξεινίων τυχὼν, ἔργον ἀνοσιώτατον ἐργάσαο. παρὰ τοῦ
„σεωυτοῦ ξείνου τὴν γυναῖκα ἦλθες· καὶ μάλα ταῦτά
„τοι οὐκ ἤρκεσε, ἀλλὰ ἀναπτερώσας αὐτὴν, οἴχεαι 20

Alexandro Proteus, quis esset, et unde cum navibus suis advenisset. Et ille suum genus commemoravit, et patriae dixit nomen; atque navigationis cursum, et unde advenerit, exposuit. Deinde vero interrogante Proteo, Helenam unde accepisset, titubantem in oratione, nec vera loquentem, coarguebant fugitivi supplices, et totam sceleris rationem regi aperuerunt. Ad extremum Proteus hanc sententiam pronunciavit: *Nisi ego*, inquit, *maximi ducerem, nullum hominem peregrinum occidere, qui ventorum vi compulsus meam terram accessisset, a te pro Graeco illo poenas sumturus eram, qui, ô hominum scelestissime, hospitio benigne exceptus, facinus improbissimum admisisti. Ad tui hospitis uxorem intrasti; et hoc flagitio non contentus, tuis fraudibus excitatam raptamque abduxisti.*

„ἔχων ἐκκλέψας. καὶ οὐδὲ ταῦτά τοι μοῦνα ἤρκεσε,
„ἀλλὰ καὶ τὰ οἰκία τοῦ ξείνου κεραΐσας ἥκεις. νῦν ὦν,
„ἐπειδὴ περὶ πολλοῦ ἥγημαι μὴ ξεινοκτονέειν, γυναῖ-
„κα μὲν ταύτην καὶ τὰ χρήματα οὔ τοι προήσω ἀπά-
25 „γεσθαι, ἀλλὰ αὐτὰ ἐγὼ τῷ Ἕλληνι ξείνῳ φυλάξω,
„ἐς ὃ ἂν αὐτὸς ἐλθὼν ἐκεῖνος ἀπαγαγέσθαι ἐθέλῃ· αὐ-
„τὸν δὲ σὲ καὶ τοὺς σοὺς συμπλόους τριῶν ἡμερέων
„προαγορεύω ἐκ τῆς ἐμῆς γῆς ἐς ἄλλην τινὰ μετορμί-
„ζεσθαι· εἰ δὲ μὴ, ἅτε πολεμίους περιέψεσθαι."

Ἑλένης μὲν ταύτην ἄπιξιν παρὰ Πρωτέα ἔλεγον οἱ 116
ἱρέες γενέσθαι. δοκέει δέ μοι καὶ Ὅμηρος τὸν λόγον
τοῦτον πυθέσθαι· ἀλλ' οὐ γὰρ ὁμοίως ἐς τὴν ἐποποιΐην
εὐπρεπὴς ἦν τῷ ἑτέρῳ τῷπερ ἐχρήσατο· ἐς ὃ μετῆκε
5 αὐτὸν, δηλώσας ὡς καὶ τοῦτον ἐπίσταιτο τὸν λόγον. δῆ-
λον δὲ, κατὰ γὰρ ἐποίησε ἐν Ἰλιάδι (καὶ οὐδαμῇ ἄλ-

Nec hoc tibi satis fuit, sed etiam domum tui hospitis exspoliasti, hisque cum spoliis huc venisti. Nunc, quoniam semper mihi curae fuit hospitem nullum occidere, mulierem quidem hanc atque opes non te sinam hinc abducere, sed haec ego Graeco illi servabo, donec ipse veniens recipere voluerit: tibi vero et navigationis sociis edico, ut intra triduum meâ e terrâ in aliam navigetis: sin minus, pro hostibus vos habebo.

(116.) Hunc fuisse *Helenae apud Proteum adventum* dixere sacerdotes. Videtur autem mihi *Homerus* eamdem audivisse narrationem; sed, quoniam non similiter, atque altera narratio, adcommodata esset epico carmini, idcirco eam deseruisse, ita tamen ut significaret notam sibi eam fuisse. Adparet hoc

λῃ ἀνεπόδισε ἑωυτόν) πλάνην τὴν Ἀλεξάνδρου, ὡς ἀπηνείχθη ἄγων Ἑλένην, τῇ τε δὴ ἄλλῃ πλαζόμενος, καὶ ὡς ἐς Σιδῶνα τῆς Φοινίκης ἀπίκετο. ἐπιμέμνηται δὲ αὐτοῦ ἐν Διομήδεος ἀριστηίῃ, λέγει δὲ τὰ ἔπεα οὕτω· 10

Ἔνθ' ἔσαν οἱ πέπλοι παμποίκιλοι, ἔργα γυναικῶν
Σιδονίων, τὰς αὐτὸς Ἀλέξανδρος θεοειδὴς
ἤγαγε Σιδονίηθεν, ἐπιπλὼς εὐρέα πόντον,
τὴν ὁδὸν ἣν Ἑλένην περ ἀνήγαγεν εὐπατέρειαν.

Ἐπιμέμνηται δὲ καὶ ἐν Ὀδυσσείῃ, ἐν τοῖσιδε τοῖσι ἔπεσι· 15

Τοῖα Διὸς θυγάτηρ ἔχε φάρμακα μητιόεντα,
ἐσθλά, τά οἱ Πολύδαμνα πόρεν, Θῶνος παράκοιτις
Αἰγυπτίη· τῇ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα
φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ
δὲ λυγρά. 20

enim ex itinerum ratione Alexandri, quam in Iliade proposuit, (nec vero usquam alibi retractavit) ubi ait, quum per alia loca eum errasse, Helenam secum ducentem, tum Sidonem in Phoenicia adpulisse. Meminit autem huius rei in *Diomedis fortibus factis*, ubi hos posuit versus:

Picturata inerant ibi pallia, [pepla,] *facta puellis*
Sidoniis, quas ipse Paris formosus ab urbe
Sidoniâ duxit, sulcans freta lata carinis,
quum retulit magnis Helenam natalibus ortam.

Meminit quoque in *Odysseâ*, his versibus:

Haec habuit Iove nata perapte parata venena,
quae Polydamna sibi Thonis donaverat uxor
Aegyptia, ubi terra ferax fert plurima mixtim
multa quidem proba, multa etiam damnosa venena.

156, 48.

καὶ τάδε ἕτερα πρὸς Τηλέμαχον Μενέλεως λέγει·

Αἰγύπτῳ μ' ἔτι δεῦρο θεοὶ μεμαῶτα νέεσθαι
ἔσχον, ἐπεὶ οὔ σφιν ἔρεξα τεληέσσας ἑκατόμβας.

Ἐν τούτοισι τοῖσι ἔπεσι δηλοῖ, ὅτι ἠπίστατο τὴν ἐς Αἴ-
25 γυπτον Ἀλεξάνδρου πλάνην· ὁμουρέει γὰρ ἡ Συρίη Αἰ-
γύπτῳ· οἱ δὲ Φοίνικες, τῶν ἐστὶ ἡ Σιδὼν, ἐν τῇ Συρίῃ
οἰκέουσι. Κατά ταῦτα δὲ τὰ ἔπεα, καὶ τόδε τὸ χω- 117
ρίον οὐκ ἥκιστα, ἀλλὰ μάλιστα, δῆλον ὅτι οὐκ Ὁμήρου
τὰ Κύπρια ἔπεά ἐστι, ἀλλ' ἄλλου τινός. ἐν μὲν γὰρ
τοῖσι Κυπρίοισι εἴρηται, ὡς τριταῖος ἐκ Σπάρτης Ἀλέξ-
5 ανδρος ἀπίκετο ἐς τὸ Ἴλιον ἄγων τὴν Ἑλένην, εὐαέϊ
τε πνεύματι χρησάμενος καὶ θαλάσσῃ λείῃ· ἐν δὲ
Ἰλιάδι λέγει ὡς ἐπλάζετο ἄγων αὐτήν. Ὅμηρος μέν
νυν, καὶ τὰ Κύπρια ἔπεα, χαιρέτω.

Tum etiam haec, eodem spectantia, Telemacho dicit Menalaus:

Huc etiam Aegypto dii me tenuere reverti
conantem, quibus haud tuleram solennia sacra.

Quibus versibus declarat poëta, cognitam sibi fuisse Alexandri, per maria errantis, adventum in Aegyptum: confinis enim est Syria Aegypto: Phoenices autem, quorum est Sidon, in Syria habitant. (117.) Ex hisce autem versibus, et ex isto maxime loco, [quem ex Iliade adposui,] clarum est, non esse Homerum *Cypriorum carminum* auctorem, sed alium quempiam. Nam in Cypriis memoratur, tertio die Spartâ Ilium cum Helenâ pervenisse Alexandrum, secundo vento usum, et mari tranquillo: in Iliade vero ait poëta, errasse illum quum Helenam domum duceret. Sed valeat Homerus, valeantque Cypria carmina.

118 Εἰρομένου δέ μευ τοὺς ἱρέας, εἰ μάταιον λόγον λέγουσι οἱ Ἕλληνες τὰ περὶ Ἴλιον γενέσθαι, ἢ οὔ· ἔφασαν πρὸς ταῦτα τάδε, ἱστορίῃσι φάμενοι εἰδέναι παρ' αὐτοῦ Μενέλεω. Ἐλθεῖν μὲν γὰρ, μετὰ τὴν Ἑλένης ἁρπαγὴν, ἐς τὴν Τευκρίδα γῆν Ἑλλήνων στρατιὴν πολ- 5 λὴν, βοηθεῦσαν Μενέλεῳ· ἐκβᾶσαν δὲ ἐς γῆν καὶ ἱδρυθεῖσαν τὴν στρατιὴν, πέμπειν ἐς τὸ Ἴλιον ἀγγέλους· σὺν δέ σφι ἰέναι καὶ αὐτὸν Μενέλεων· τοὺς δ' ἐπεί τε ἐσελθεῖν ἐς τὸ τεῖχος, ἀπαιτέειν Ἑλένην τε καὶ τὰ χρήματα τά οἱ οἴχετο κλέψας Ἀλέξανδρος, τῶν τε ἀδι- 10 κημάτων δίκας αἰτέειν· τοὺς δὲ Τευκροὺς τὸν αὐτὸν λόγον λέγειν τότε καὶ μετέπειτα, καὶ ὀμνύντας καὶ ἀνωμοτὶ, μὴ μὲν ἔχειν Ἑλένην, μηδὲ τὰ ἐπικαλεύμενα χρήματα, ἀλλ' εἶναι αὐτὰ πάντα ἐν Αἰγύπτῳ· καὶ οὐκ ἂν δικαίως αὐτοὶ δίκας ὑπέχειν, ἃ Πρωτεὺς ὁ Αἰ- 15

(118.) Interroganti vero mihi, utrum vanum fictumque sit, nec ne, quod Graeci *de bello ad Ilium gesto* narrant, responderunt mihi haecce, quae ex ipsius Menelai narratione sibi cognita esse adfirmarunt. Scilicet, venisse post Helenae raptum exercitum ingentem Graecorum in terram Troianam, Menelao opem laturum. Ab exercitu isto, exscensione factâ, positisque castris, missos esse Ilium legatos, et in his ipsum Menelaum: qui postquam muros ingressi, repetiissent Helenam, et opes ab Alexandro subreptas, et satisfactionem iniuriarum postulassent; respondisse tunc Teucros id quod et deinde constanter adfirmaverint iurati et non iurati, non habere se Helenam, nec opes quae repeterentur, sed esse ista omnia in Aegypto; neque aequum esse, se earum rerum caussâ

γύπτιος βασιλεὺς ἔχει. οἱ δὲ Ἕλληνες καταγελᾶσθαι δοκέοντες ὑπ' αὐτῶν, οὕτω δὴ ἐπολιόρκεον, ἐς ὃ ἐξεῖλον. ἑλοῦσι δὲ τὸ τεῖχος ὡς οὐκ ἐφαίνετο ἡ Ἑλένη, ἀλλὰ τὸν αὐτὸν λόγον τῷ προτέρῳ ἐπυνθάνοντο, οὕτω
20 δὴ πιστεύσαντες τῷ λόγῳ τῷ πρώτῳ οἱ Ἕλληνες, αὐτὸν Μενέλεων ἀποστέλλουσι παρὰ Πρωτέα. Ἀπικόμενος δὲ ὁ Μενέλεως ἐς τὴν Αἴγυπτον, καὶ ἀναπλώσας ἐς τὴν Μέμφιν, εἴπας τὴν ἀληθηΐην τῶν πρηγμάτων, καὶ ξεινίων ἤντησε μεγάλων, καὶ Ἑλένην ἀπαθέα
5 κακῶν ἀπέλαβε· πρὸς δὲ, καὶ τὰ ἑωυτοῦ χρήματα πάντα. Τυχὼν μέντοι τούτων, ἐγένετο Μενέλεως ἀνὴρ ἄδικος ἐς Αἰγυπτίους. ἀποπλέειν γὰρ ὡρμημένον αὐτὸν ἴσχον ἄπλοιαι· ἐπειδὴ δὲ τοῦτο ἐπὶ πολλὸν τοιοῦτο ἦν, ἐπιτεχνᾶται πρῆγμα οὐκ ὅσιον· λαβὼν γὰρ δύο παι- [119]

satisfactionem dare, quae essent in Protei manibus, regis Aegyptii. At Graeci, ab his se rideri existimantes, ea caussa obsedisse urbem, donec cepissent. Capta urbe; quum nusquam Helena reperiretur, et constanter eumdem sermonem, quem antea, audirent Graeci; sic deinde fidem priori sermoni adhibentes, Menelaum ipsum ad Proteum miserunt. (119.) Menelaus ubi in Aegyptum pervenit, adverso fluvio Memphin navigavit, ibique expositâ rei veritate, insignibus donis hospitalibus exceptus est, et Helenam illaesam recepit, insuperque opes suas omnes. Verumtamen Menelaus, quamquam haec omnia consecutus, inique cum Aegyptiis egit. Nam quum proficisci vellet, nec per ventos posset, longiore interpositâ morâ, ad extremum rem adgressus est impiam et nefariam: duos puerulos sumsit hominum indige-

δία ἀνδρῶν ἐπιχωρίων, ἔντομά σφεα ἐποίησε. μετὰ δὲ, 10
ὡς ἐπάϊστος ἐγένετο τοῦτο ἐργασμένος, μισηθείς τε καὶ
διωκόμενος, οἴχετο φεύγων τῇσι νηυσὶ ἐπὶ Λιβύης. τὸ
ἐνθεῦτεν δὲ ὅκου ἐτράπετο, οὐκέτι εἶχον εἰπεῖν Αἰγύ-
πτιοι· τούτων δὲ τὰ μὲν ἱστορίῃσι ἔφασαν ἐπίστασθαι,
τὰ δὲ, παρ' ἑωυτοῖσι γενόμενα, ἀτρεκέως ἐπιστάμενοι 15
120 λέγειν. Ταῦτα μὲν Αἰγυπτίων οἱ ἱρέες ἔλεγον· ἐγὼ
δὲ τῷ λόγῳ τῷ περὶ Ἑλένης λεχθέντι καὶ αὐτὸς προσ-
τίθεμαι, τάδε ἐπιλεγόμενος· εἰ ἦν Ἑλένη ἐν Ἰλίῳ,
ἀποδοθῆναι ἂν αὐτὴν τοῖσι Ἕλλησι, ἤτοι ἑκόντος γε ἢ
ἄκοντος Ἀλεξάνδρου. οὐ γὰρ δὴ οὕτω γε φρενοβλαβὴς 5
ἦν ὁ Πρίαμος, οὐδὲ οἱ ἄλλοι προσήκοντες αὐτῷ, ὥστε
τοῖσι σφετέροισι σώμασι καὶ τοῖσι τέκνοισι καὶ τῇ πόλι
κινδυνεύειν ἐβούλοντο, ὅκως Ἀλέξανδρος Ἑλένῃ συνοι-

narum, eosque placandis ventis immolavit. Deinde postquam evulgatum est facinus, invisus Aegyptiis, et ab eis exagitatus, profugit cum suis navibus, Libyam versus iter intendens. Inde vero quonam pervenerit, non amplius dicere potuerunt Aegyptii: ista vero, quae dixi, partim sciscitando se cognovisse aiebant, partim apud se gesta adcurate cognita habere. (120.) Haec mihi Aegyptiorum dixerunt sacerdotes: narrationi autem, quam *de Helena* fecerunt, ego etiam ipse adsentior, haecce mecum reputans: si in Ilio fuisset Helena, reddituros eam Graecis fuisse Troianos, sive volente Alexandro, sive nolente. Nam profecto non ita mente captus erat Priamus, neque caeteri illius propinqui, ut suis ipsorum capitibus et liberis et universa urbe voluissent periclitari, quo Alexander Helenam haberet uxorem. Quod si etiam

κέη. εἰ δέ κου καὶ ἐν τοῖσι πρώτοισι χρόνοισι ταῦτα ἐγί-
10 νωσκον· ἐπεὶ πολλοὶ μὲν τῶν ἄλλων Τρώων, ὁκότε συμ-
μίσγοιεν τοῖσι Ἕλλησι, ἀπώλλυντο, αὐτοῦ δὲ Πριάμου
οὐκ ἔστι ὅτε οὐ δύο ἢ τρεῖς ἢ καὶ ἔτι πλείους τῶν παί-
δων, μάχης γινομένης, ἀπέθνησκον, εἰ χρή τι τοῖσι
ἐποποιοῖσι χρεώμενον λέγειν· τούτων δὲ τοιούτων συμ-
15 βαινόντων, ἐγὼ μὲν ἔλπομαι, εἰ καὶ αὐτὸς Πρίαμος
συνοίκεε Ἑλένῃ, ἀποδοῦναι ἂν αὐτὴν τοῖσι Ἀχαιοῖσι,
μέλλοντά γε δὴ τῶν παρεόντων κακῶν ἀπαλλαγήσε-
σθαι. οὐ μὲν οὐδὲ ἡ βασιληΐη ἐς Ἀλέξανδρον περιήϊε,
ὥστε γέροντος Πριάμου ἐόντος, ἐπ' ἐκείνῳ τὰ πρήγμα-
20 τα εἶναι· ἀλλὰ Ἕκτωρ, καὶ πρεσβύτερος καὶ ἀνὴρ ἐκεί-
νου μᾶλλον ἐὼν, ἔμελλε αὐτὴν Πριάμου ἀποθανόντος
παραλάμψεσθαι· τὸν οὐ προσῆκε ἀδικέοντι τῷ ἀδελφεῷ
ἐπιτρέπειν, καὶ ταῦτα, μεγάλων κακῶν δι' αὐτὸν συμ-

initio ita secum statuissent, tamen deinde, postquam et aliorum Troianorum complures, quoties cum Graecis congressi sunt, perierunt, et ex ipsius Priami filiis quolibet in praelio (si quidem epicorum poëtarum narrationi fides habenda) duo aut tres aut etiam plures occubuerunt; his ita comparatis, puto equidem, si vel ipse Priamus Helenam duxisset uxorem, redditurum eam fuisse Graecis hac conditione, ut praesentibus malis liberaretur. Porro ne regnum quidem ad Alexandrum erat rediturum, ut, quum senex esset Priamus, rerum summa penes illum fuerit: sed Hector, et aetate maior et longe illo vir fortior, in regnum mortuo Priamo erat successurus; quem non est consentaneum indulgere voluisse fratri iniuste agenti, quum praesertim illius caussâ gravissima mala et pri-

βαινόντων, ἰδίῃ τε καὶ αὐτῷ, καὶ τοῖσι ἄλλοισι πᾶσι
Τρωσί. Ἀλλ' οὐ γὰρ εἶχον Ἑλένην ἀποδοῦναι, οὐδὲ 25
λέγουσι αὐτοῖσι τὴν ἀληθηΐην ἐπίστευον οἱ Ἕλληνες· ὡς
μὲν ἐγὼ γνώμην ἀποφαίνομαι, τοῦ δαιμονίου παρα-
σκευάζοντος, ὅκως πανωλεθρίῃ ἀπολόμενοι, καταφανὲς
τοῦτο τοῖσι ἀνθρώποισι ποιήσωσι, ὡς τῶν μεγάλων ἀδι-
κημάτων μεγάλαι εἰσὶ καὶ αἱ τιμωρίαι παρὰ τῶν ϑεῶν. 30
καὶ ταῦτα μὲν, τῇ ἐμοὶ δοκέει, εἴρηται.

121 Πρωτέος δὲ ἐκδέξασθαι τὴν βασιληΐην Ῥαμψίνι-
τον ἔλεγον· ὃς μνημόσυνα ἐλίπετο τὰ προπύλαια τὰ
πρὸς ἑσπέρην τετραμμένα τοῦ Ἡφαιστείου. ἀντίους δὲ
τῶν προπυλαίων ἔστησε ἀνδριάντας δύο, ἐόντας τὸ μέ-
γαθος πέντε καὶ εἴκοσι πηχέων· τῶν Αἰγύπτιοι τὸν μὲν 5
πρὸς βορέω ἑστεῶτα καλέουσι ϑέρος· τὸν δὲ πρὸς νότον,
χειμῶνα. καὶ τὸν μὲν καλέουσι ϑέρος, τοῦτον μὲν προσ-

vatim ipsum, et publice Troianos omnes premerent. Sed enim non potuerant illi Helenam reddere, et vera dicentibus fidem non adhibuerant Graeci: idque (ut dicam quod sentio) factum est divino numine ita moderante, ut illi, internecione pereuntes, testatum facerent hominibus, graves iniurias gravibus etiam poenis vindicari a diis. Sed haec quidem pro mea dixi opinione.

(121.) Proteo in regno successisse memorarunt *Rampsinitum:* qui monumenta sui reliquit propylaea templi Vulcani, occidentem spectantia. Ex adverso vero propylaeorum duas posuit statuas, viginti quinque cubitorum magnitudine: quarum illam, quae stat a septentrione, *Aestatem* adpellant Aegyptii; alteram, quae a meridie, *Hiemem:* et illam quidem,

κυνέουσί τε, καὶ εὖ ποιέουσι· τὸν δὲ χειμῶνα καλεύμενον, τὰ ἔμπαλιν τούτων ἔρδουσι. Πλοῦτον δὲ τούτῳ 121 (1)
10 τῷ βασιλέϊ γενέσθαι ἀργύρου μέγαν, τὸν οὐδένα τῶν ὕστερον ἐπιτραφέντων βασιλέων δύνασθαι ὑπερβαλέσθαι, οὐδ᾽ ἐγγὺς ἐλθεῖν. βουλόμενον δὲ αὐτὸν ἐν ἀσφαληΐῃ τὰ χρήματα θησαυρίζειν, οἰκοδομέεσθαι οἴκημα λίθινον· τοῦ τῶν τοίχων ἕνα ἐς τὸ ἔξω μέρος τῆς οἰκίης
15 ἔχειν. τὸν δὲ ἐργαζόμενον, ἐπιβουλεύοντα, τάδε μηχανᾶσθαι· τῶν λίθων παρασκευάσασθαι ἕνα ἐξαιρετὸν εἶναι ἐκ τοῦ τοίχου ῥηϊδίως καὶ ὑπὸ δύο ἀνδρῶν καὶ ὑπ᾽ ἑνός. ὡς δὲ ἐπετελέσθη τὸ οἴκημα, τὸν μὲν βασιλῆα θησαυρίσαι τὰ χρήματα ἐν αὐτῷ. χρόνου δὲ περιϊόντος, τὸν
20 οἰκοδόμον, περὶ τελευτὴν τοῦ βίου ἐόντα, ἀνακαλέσασθαι τοὺς παῖδας. (εἶναι γὰρ αὐτῷ δύο·) τούτοισι δὲ ἀπη-

quam *Aestatem* vocant, adorant et donis placant; adversus illam, quae *Hiems* nominatur, contrarium faciunt. (121. 1.) Hunc regem, dixerunt, tantas opes possedisse, tantamque vim argenti, ut posteriorum regum nullus, non dico superare eum opibus potuerit, sed ne prope quidem accedere. Igitur in tuto reponere suas pecunias cupientem, conclave aedificandum curasse lapideam. Cuius aedificii quum unus paries extrorsum spectaret, eum cui mandatum opus erat, pecuniae insidiantem, hocce esse machinatum: ex lapidibus unum ita parasse, ut e muro facile eximi posset a duobus aut etiam ab uno homine. Absoluto aedificio, regem in illo divitias suas deposuisse. Interiecto autem tempore, quum is, qui conclave illud aedificaverat, prope vitae finem esset, hunc advocatis ad se duobus, qui ei erant, filiis exposuisse, in aedificando regis

γήσασθαι, ὡς ἐκείνων προορέων ὅκως βίον ἄφθονον ἔχωσι, τεχνάσαιτο οἰκοδομέων τὸν θησαυρὸν τοῦ βασιλῆος. σαφέως δὲ αὐτοῖσι πάντα ἐξηγησάμενον τὰ περὶ τὴν ἐξαίρεσιν τοῦ λίθου, δοῦναι τὰ μέτρα αὐτοῦ, λέγοντα 25 ὡς ταῦτα διαφυλάσσοντες, ταμίαι τῶν βασιλῆος χρημάτων ἔσονται. καὶ τὸν μὲν τελευτῆσαι τὸν βίον, τοὺς δὲ παῖδας αὐτοῦ οὐκ ἐς μακρὴν ἔργου ἔχεσθαι· ἐπελθόντας δὲ ἐπὶ τὰ βασιλήϊα νυκτὸς, καὶ τὸν λίθον ἐπὶ τῷ οἰκοδομήματι ἀνευρόντας, ῥηϊδίως μεταχειρίσασθαι, 30 (121) καὶ τῶν χρημάτων πολλὰ ἐξενείκασθαι. (2) Ὡς δὲ τυχεῖν τὸν βασιλῆα ἀνοίξαντα τὸ οἴκημα, θωυμάσαι, ἰδόντα τῶν χρημάτων καταδεᾶ τὰ ἀγγήϊα· οὐκ ἔχειν δὲ ὅν τινα ἐπαιτιᾶται, τῶν τε σημάντρων ἐόντων σόων, καὶ τοῦ οἰκήματος κεκλειμένου. ὡς δὲ αὐτῷ, καὶ δὶς καὶ 35 τρὶς ἀνοίξαντι, αἰεὶ ἐλάσσω φαίνεσθαι τὰ χρήματα,

thesauro usum se esse artificio, quo prospexisset ut opulentam haberent rem familiarem. Perspicue igitur illos docuisse quo pacto eximi lapis posset, et mensuras illis tradidisse, quas si observassent, futuros eos aiebat esse regiarum opum dispensatores. Hoc igitur vitâ functo, filios haud multo post operi admovisse manus: noctu ad regiam accedentes, lapidem in aedificio a se inventum facili operâ tractasse, multumque pecuniae extulisse. (121. 2.) Quum forte dein conclave rex aperuisset, videretque diminutas in vasis pecunias, miratum esse; nec vero quem culparet habuisse, quum sigilla ianuae salva fuissent, et aedificium clausum. Ubi autem iterum et tertio aperiens, constanter minui vidit pecunias, (nec enim

(τοὺς γὰρ κλέπτας οὐκ ἀνιέναι κεραΐζοντας,) ποιῆσαί
μιν τάδε· πάγας προστάξαι ἐργάσασθαι, καὶ ταύτας
περὶ τὰ ἀγγήϊα, ἐν τοῖσι τὰ χρήματα ἐνῆν, στῆσαι.
40 τῶν δὲ φωρῶν, ὥσπερ ἐν τῷ προτοῦ χρόνῳ, ἐλθόντων,
καὶ ἐνδύντος τοῦ ἑτέρου αὐτῶν, ἐπεὶ πρὸς τὸ ἄγγος
προσῆλθε, ἰθέως τῇ πάγῃ ἐνέχεσθαι· ὡς δὲ γνῶναι αὐτὸν
ἐν οἵῳ κακῷ ἦν, ἰθέως καλέειν τὸν ἀδελφεὸν, καὶ δη-
λοῦν αὐτῷ τὰ παρεόντα, καὶ κελεύειν τὴν ταχίστην
45 ἐσδύντα, ἀποτάμνειν αὐτοῦ τὴν κεφαλήν· ὅκως μὴ αὐ-
τὸς ὀφθεὶς, καὶ γνωρισθεὶς ὃς εἴη, προσαπολέσει καὶ
ἐκεῖνον. τῷ δὲ δόξαι εὖ λέγειν, καὶ ποιῆσαί μιν πει-
σθέντα ταῦτα· καὶ καταρμόσαντα τὸν λίθον, ἀπιέναι
ἐπ' οἴκου, φέροντα τὴν κεφαλὴν τοῦ ἀδελφεοῦ. Ὡς 121 (3)
50 δὲ ἡμέρη ἐγένετο, ἐσελθόντα τὸν βασιλῆα ἐς τὸ οἴκημα,
ἐκπεπλῆχθαι, ὁρέοντα τὸ σῶμα τοῦ φωρὸς ἐν τῇ πά-

spoliare desiisse fures) hocce eum fecisse: laqueos confici iussisse, eosque circa vasa, in quibus inerant pecuniae, collocari. Ventitasse dein, ut antea, fures: quorum quum irrepsisset alter, et ad vas accessisset, continuo hunc laqueo esse captum. Eumdem vero, videntem quo in malo esset, protinus vocato fratri significasse quid accidisset, iussisseque eum ut continuo ipse irreperet, sibique caput abscinderet; ne, sese conspecto, agnitoque quis esset, ille simul male esset periturus. Et illum, probato huius consilio, fecisse ut iusserat frater, adaptatoque iterum lapide domum abiisse, caput fratris asportantem. (121. 3.) Ut illuxit, ingressum regem in conclave obstupuisse, conspecto corpore furis laqueo constricti, quum praeser-

γῆ ἄνευ τῆς κεφαλῆς ἐόν· τὸ δὲ οἴκημα, ἀσινὲς, καὶ
οὔτε ἔσοδον οὔτε ἔκδυσιν οὐδεμίην ἔχον. ἀπορεύμενον δέ
μιν, τάδε ποιῆσαι· τοῦ φωρὸς τὸν νέκυν κατὰ τοῦ τεί-
χεος κατακρεμάσαι· φυλάκους δὲ αὐτοῦ καταστήσαν- 55
τα, ἐντείλασθαί σφι, τὸν ἂν ἴδωνται ἀποκλαύσαντα,
ἢ κατοικτισάμενον, συλλαβόντας ἄγειν πρὸς ἑωυτόν.
ἀνακρεμαμένου δὲ τοῦ νέκυος, τὴν μητέρα δεινῶς φέ-
ρειν· λόγους δὲ πρὸς τὸν περιεόντα παῖδα ποιευμένην,
προστάσσειν αὐτῷ, ὅτεῳ τρόπῳ δύναται, μηχανᾶσθαι 60
ὅκως τὸ σῶμα τοῦ ἀδελφεοῦ καταλύσας κομιεῖ· εἰ δὲ
τούτων ἀμελήσει, διαπειλέειν αὐτὴν, ὡς ἐλθοῦσα πρὸς
121 τὸν βασιλῆα, μηνύσει αὐτὸν ἔχοντα τὰ χρήματα. Ὡς
(4) δὲ χαλεπῶς ἐλαμβάνετο ἡ μήτηρ τοῦ περιεόντος παι-
δὸς, καὶ πολλὰ πρὸς αὐτὴν λέγων οὐκ ἔπειθε, ἐπιτε- 65
χνήσασθαι τοιάδε μιν. ὄνους κατασκευασάμενον, καὶ

tim illaesum aedificium, nullumque vel introitum vel exitum, videret. Itaque haerentem animo, hocce fecisse: cadaver furis ex muro suspendisse, adpositisque custodibus imperasse, ut, si quem vidissent deplorantem aut lamentantem, hunc prehensum ad se adducerent. Interim suspenso furis cadavere vehementer dolentem matrem, collatis cum superstite filio sermonibus imperasse huic, ut, quoquo modo quibusve artibus posset, solvere cadaver fratris et sibi adferre conaretur; adiecisseque minas, eam rem si ille neglexisset, regem se adituram, ipsumque, ut qui illius pecunias habeat, delaturam. (121. 4.) Ita aspere a matre acceptum filium superstitem, postquam nullo pacto illam potuisset commovere, dolum excogitasse huiusmodi. Instructis asinis utres impo-

ἀσκοὺς πλήσαντα οἴνου, ἐπιθεῖναι ἐπὶ τῶν ὄνων, καὶ
ἔπειτα ἐλαύνειν αὐτούς· ὡς δὲ κατὰ τοὺς Φυλάσσον-
τας ἦν τὸν κρεμάμενον νέκυν, ἐπισπάσαντα τῶν ἀσκῶν
70 δύο ἢ τρεῖς ποδεῶνας αὐτὸν λύειν ἀπαμμένους. ὡς δὲ
ἔῤῥεε ὁ οἶνος, τὴν κεφαλήν μιν κόπτεσθαι μεγάλα
βοῶντα, ὡς οὐκ ἔχοντα πρὸς ὁκοῖον τῶν ὄνων πρῶτον
τράπηται. τοὺς δὲ Φυλάκους, ὡς ἰδεῖν πολὺν ῥέοντα
τὸν οἶνον, συντρέχειν ἐς τὴν ὁδὸν, ἀγγήϊα ἔχοντας, καὶ
75 τὸν ἐκκεχυμένον οἶνον συγκομίζειν, ἐν κέρδεϊ ποιευμέ-
νους· τὸν δὲ διαλοιδορέεσθαι πᾶσι, ὀργὴν προσποιεύμε-
νον. παραμυθευμένων δὲ αὐτὸν τῶν Φυλάκων, χρόνῳ
πρηΰνεσθαι προσποιέεσθαι, καὶ ὑπίεσθαι τῆς ὀργῆς·
τέλος δὲ, ἐξελάσαι αὐτὸν τοὺς ὄνους ἐκ τῆς ὁδοῦ, καὶ
80 κατασκευάζειν. ὡς δὲ λόγους τε πλείους ἐγγίνεσθαι,
καί τινα καὶ σκῶψαί μιν καὶ ἐς γέλωτα προαγαγέ-

suisse vino plenos, eosque per viam publicam agitasse: quumque prope locum fuisset ubi erant cadaveris suspensi custodes, attractos duorum aut trium utrium pendulos petiolos solvisse; tum, effluente vino, caput sibi pulsasse ingenti edito clamore, quasi incertum, ad quemnam ex asinis primum se converteret. Custodes, multum fluere vini videntes, in viam concurrisse, vasa tenentes, effluensque vinum, ut suum in lucrum cedens, colligentes; illum autem, vehementer se iratum simulantem, maledictis eos lacerasse. Custodibus vero eum consolantibus, paulatim mitigari simulantem, ab ira remisisse; denique a mediâ viâ exegisse asinos, eosque rursus instruxisse. Ibi multis incidentibus sermonibus, quum unus ex custodibus facete cavillans etiam risum ei elicuis-

σθαι, ἐπιδοῦναι αὐτοῖσι τῶν ἀσκῶν ἕνα· τοὺς δὲ αὐτοῦ, ὥσπερ εἶχον, κατακλιθέντας πίνειν διανοέεσθαι, καὶ ἐκεῖνον παραλαμβάνειν, καὶ κελεύειν μετ᾽ ἑωυτῶν μείναντα συμπίνειν· τὸν δὲ πεισθῆναί τε δὴ, καὶ κατα- 85 μεῖναι. ὡς δέ μιν παρὰ τὴν πόσιν Φιλοφρόνως ἠσπάζοντο, ἐπιδοῦναι αὐτοῖσι καὶ ἄλλον τῶν ἀσκῶν. δαψιλέϊ δὲ τῷ ποτῷ χρησαμένους τοὺς Φυλάκους, ὑπερμεθυσθῆναι· καὶ κρατηθέντας ὑπὸ τοῦ ὕπνου, αὐτοῦ ἔνθαπερ ἔπινον κατακοιμηθῆναι. τὸν δὲ, ὡς πρόσω ἦν τῆς 90 νυκτὸς, τό τε σῶμα τοῦ ἀδελΦεοῦ καταλῦσαι, καὶ τῶν Φυλάκων ἐπὶ λύμῃ πάντων ξυρῆσαι τὰς δεξιὰς παρηΐδας· ἐπιθέντα δὲ τὸν νέκυν ἐπὶ τοὺς ὄνους, ἀπελαύνειν ἐπ᾽ οἴκου, ἐπιτελέσαντα τῇ μητρὶ τὰ προσταχθέντα.

121 (5) Τὸν δὲ βασιλέα, ὡς αὐτῷ ἀπηγγέλθη τοῦ Φωρὸς ὁ 95 νέκυς ἐκκεκλεμμένος, δεινὰ ποιέειν· πάντως δὲ βουλό-

set, dono eum illis dedisse unum ex utribus: et illos e vestigio discumbentes compotationi animum adplicuisse, ipsumque manu prehensum hortatos esse, ut secum maneret compotaretque: et illum, ut erat consentaneum, morem gessisse, apudque illos mansisse. Qui quum inter potandum comiter salutarent hominem, hunc etiam alio ex utribus illos donasse: et copioso potu utentes custodes, ita fuisse inebriatos, ut somno oppressi, eodem loco ubi potaverant, obdormierint. Tum vero, nocte iam multum progressâ, hunc fratris corpus solvisse, et custodum dextras genas contumeliae caussa rasisse; denique cadavere asinis imposito, mandata matris exsecutum, domum cum asinis rediisse. (121. 5.) Regem, postquam ei renunciatum esset furto ablatum esse cadaver, aeger-

μενον εὑρεθῆναι ὅστις κοτὲ εἴη ὁ ταῦτα μηχανώμενος, ποιῆσαί μιν τάδε, ἐμοὶ μὲν οὐ πιστά· τὴν δὲ θυγατέρα τὴν ἑωυτοῦ κατίσαι ἐπ' οἰκήματος, ἐντειλάμενον πάν-
100 τας τε ὁμοίως προσδέκεσθαι, καὶ πρὶν συγγενέσθαι, ἀναγκάζειν λέγειν αὐτῇ ὅ τι δὴ ἐν τῷ βίῳ ἔργασται αὐτῷ σοφώτατον καὶ ἀνοσιώτατον· ὃς δ' ἂν ἀπηγήσηται τὰ περὶ τὸν Φῶρα γεγενημένα, τοῦτον συλλαμβάνειν, καὶ μὴ ἀπιέναι ἔξω. ὡς δὲ τὴν παῖδα ποιέειν
105 τὰ ἐκ τοῦ πατρὸς προσταχθέντα, τὸν Φῶρα πυθόμενον τῶν εἵνεκα ταῦτα ἐπρήσσετο, βουληθέντα πολυτροπίῃ τοῦ βασιλῆος περιγενέσθαι, ποιέειν τάδε. νεκροῦ προσφάτου ἀποταμόντα ἐν τῷ ὤμῳ τὴν χεῖρα, ἰέναι αὐτὸν ἔχοντα αὐτὴν ὑπὸ τῷ ἱματίῳ· ἐσελθόντα δὲ ἐς τοῦ βα-
110 σιλῆος τὴν θυγατέρα, καὶ εἰρωτώμενον τάπερ καὶ οἱ ἄλλοι, ἀπηγήσασθαι ὡς ἀνοσιώτατον μὲν εἴη ἐργάσ-

rime tulisse; cupientemque quoquomodo reperire quis esset qui ista fuisset machinatus, hocce fecisse aiunt, mihi non credibile. Filiam suam iussisse in lupanari sedere, cunctosque homines pariter admittere, sed, priusquam coirent, cogere ut dicat quisque quid sit quod et callidissimum, et quod improbissimum, in vita patraverit: quod si quis narrasset ea quae circa furem accidissent, hunc prehenderet, neque egredi pateretur. Iussis patris quum morem gereret puella, furem hunc, postquam cognosset cuius rei caussâ haec fierent, cuperetque regem superare versutiâ, haecce fecisse. Recens mortui hominis amputasse in humero manum, eâque sub pallio absconditâ ad regis filiam intrasse; tum ab eâ interrogatum sicuti alii, responsisse, *improbissimum se facinus pa-*

μένος, ὅτε τοῦ ἀδελφεοῦ ἐν τῷ θησαυρῷ τοῦ βασιλῆος ὑπὸ πάγης ἁλόντος ἀποτάμοι τὴν κεφαλήν· σοφώτατον δὲ, ὅτι τοὺς φυλάκους καταμεθύσας, καταλύσειε τοῦ ἀδελφεοῦ κρεμάμενον τὸν νέκυν. τὴν δὲ, ὡς ἤκουσε, ἅπτεσθαι αὐτοῦ. τὸν δὲ φῶρα ἐν τῷ σκότεϊ προτεῖναι αὐτῇ τοῦ νεκροῦ τὴν χεῖρα· τὴν δὲ, ἐπιλαβομένην ἔχειν, νομίζουσαν αὐτοῦ ἐκείνου τῆς χειρὸς ἀντέχεσθαι· τὸν δὲ φῶρα προέμενον αὐτῇ, οἴχεσθαι διὰ θυρέων φεύγοντα. (122 (6)) Ὡς δὲ καὶ ταῦτα ἐς τὸν βασιλέα ἀνενεῖχθαι, ἐκπεπλῆχθαι μὲν ἐπὶ τῇ πολυφροσύνῃ τε καὶ τόλμῃ τἀνθρώπου· τέλος δὲ, διαπέμποντα ἐς πάσας τὰς πόλις, ἐπαγγέλλεσθαι ἄδειάν τε διδόντα, καὶ μεγάλα ὑποδεκόμενον ἐλθόντι ἐς ὄψιν τὴν ἑωυτοῦ. τὸν δὲ φῶρα, πιστεύσαντα, ἐλθεῖν πρὸς αὐτόν· Ῥαμψίνιτον δὲ μεγάλως θωυμάσαι, καί οἱ τὴν θυγατέρα ταύ-

115 120 125

trasse, quum suspensum fratris caput abscidisset, laqueo capti in regis thesauro: callidissimum vero, quod inebriatis custodibus cadaver fratris solvisset. Tum illam, his auditis, prehendisse hominem: at furem in tenebris manum mortui porrexisse; quam dum illa prehenderet, manum illius ipsius se tenere existimans, furem missam illi eam fecisse, et per ianuam egressum profugisse. (121. 6.) Postquam igitur et haec regi essent renunciata, attonitum fuisse illum et versutiâ et audaciâ hominis. Ad extremum, circummissis per oppida praeconibus, edixisse et impunitatem se concessurum, et magna etiam dona adiecturum homini, si in conspectum suum venisset. Et edicto fidem adhibentem furem, ad regem accessisse: *Rampsinitum*que, magna hominis admiratione ductum, filiam

την συνοικίσαι, ὡς πλεῖστα ἐπισταμένῳ ἀνθρώπων· Αἰγυπτίους μὲν γὰρ τῶν ἄλλων προκεκρίσθαι, ἐκεῖνον δὲ Αἰγυπτίων.

Μετὰ δὲ ταῦτα ἔλεγον, τοῦτον τὸν βασιλῆα ζωὸν 122 καταβῆναι κάτω ἐς τὸν οἱ Ἕλληνες αἴδην νομίζουσι εἶναι, καὶ κεῖθι συγκυβεύειν τῇ Δήμητρι· καὶ τὰ μὲν, νικᾶν αὐτὴν, τὰ δὲ, ἑσσοῦσθαι ὑπ' αὐτῆς· καί μιν πά-
5 λιν ἄνω ἀπικέσθαι, δῶρον ἔχοντα παρ' αὐτῆς χειρόμακτρον χρύσεον. ἀπὸ δὲ τῆς Ῥαμψινίτου καταβάσιος, ὡς πάλιν ἀπίκετο, ὁρτὴν δὴ ἀνάγειν Αἰγυπτίους ἔφασαν· τὴν καὶ ἐγὼ οἶδα ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἐπιτελέοντας αὐτούς· οὐ μέντοι, εἴ τε δι' ἄλλο τι, εἴ τε διὰ ταῦτα
10 ὁρτάζουσι, ἔχω λέγειν. Φᾶρος δὲ αὐτημερὸν ἐξυφήναντες οἱ ἱρέες, κατ' ὧν ἔδησαν ἑνὸς αὐτῶν μίτρῃ τοὺς ὀφθαλμούς· ἀγαγόντες δέ μιν ἔχοντα τὸ φᾶρος ἐς ὁδὸν

ei hanc in matrimonium dedisse, ut hominum omnium scientissimo: Aegyptios enim omnibus aliis antecellere, ipsum vero Aegyptiis.

(122.) Post haec, eumdem regem dixerunt vivum sub terram, quo loco Graeci inferos putant esse, descendisse, ibique cum Cerere aleâ lusisse, et partim victorem, partim etiam ab illâ victum fuisse; denique rursus inde reversum, munus ab eadem retulisse mantile aureum. Ab hoc *Rampsiniti descensu ad inferos*, postquam reversus esset, festum aiebant agi ab Aegyptiis: quod festum ego quidem novi meâ etiam nunc aetate ab illis agi; utrum vero hac de caussâ celebretur, an aliâ, adfirmare non possum. Unus e sacerdotibus pallium induit, eodem die ab illis contextum: huic reliqui mitrâ obligant oculos, eumque

φέρουσαν ἐς ἱρὸν Δήμητρος, αὐτοὶ ἀπαλλάσσονται ὀπίσω. τὸν δὲ ἱρέα τοῦτον καταδεδεμένον τοὺς ὀφθαλμοὺς, λέγουσι ὑπὸ δύο λύκων ἄγεσθαι ἐς τὸ ἱρὸν τῆς Δήμη- 15
τρος, ἀπέχον τῆς πόλιος εἴκοσι σταδίους· καὶ αὖτις ὀπίσω ἐκ τοῦ ἱροῦ ἀπάγειν μιν τοὺς λύκους ἐς τὠυτὸ
123 χωρίον. Τοῖσι μέν νυν ὑπ' Αἰγυπτίων λεγομένοισι χράσθω ὅτεῳ τὰ τοιαῦτα πιθανά ἐστι· ἐμοὶ δὲ παρὰ πάντα τὸν λόγον ὑπόκειται, ὅτι τὰ λεγόμενα ὑπὲρ ἑκάστων ἀκοῇ γράφω. ἀρχηγετεύειν δὲ τῶν κάτω Αἰγύπτιοι λέγουσι Δήμητρα καὶ Διόνυσον. Πρῶτοι δὲ καὶ 5
τόνδε τὸν λόγον Αἰγύπτιοί εἰσι οἱ εἰπόντες, ὡς ἀνθρώπου ψυχὴ ἀθάνατός ἐστι· τοῦ σώματος δὲ καταφθίνοντος, ἐς ἄλλο ζῶον αἰεὶ γινόμενον ἐσδύεται· ἐπεὰν δὲ περιέλθῃ πάντα τὰ χερσαῖα καὶ τὰ θαλάσσια καὶ τὰ πετεινὰ, αὖτις ἐς ἀνθρώπου σῶμα γινόμενον ἐσδύνειν· 10

in viam deducunt qua ad Cereris templum itur, tum ipsi retro discedunt. Hunc sacerdotem, cui obstricti oculi sunt, aiunt, a duobus lupis ad templum Cereris duci, quod abest ab urbe viginti stadia; rursusque eosdem lupos eum in eumdem locum reducere. (123.) Iam utatur his, quae Aegyptii narrant, si cui probabilia fuerint visa: mihi per totam hanc Historiam propositum est, ut ea scribam quae de quaque re memorata audivi. Memorant autem Aegyptii, principatum apud inferos tenere Cererem et Bacchum. Primi etiam fuerunt Aegyptii, qui hoc praeceptum traderent, *esse animam hominis immortalem;* intereunte vero corpore in aliud animal, quod eo ipso tempore nascatur, intrare: quando vero circuitum absolvisset per omnia terrestria animalia et marina et volucria, tum rursus in hominis corpus, quod

τὴν περιήλυσιν δὲ αὐτῇ γίνεσθαι ἐν τρισχιλίοισι ἔτεσι. τούτῳ τῷ λόγῳ εἰσὶ οἳ Ἑλλήνων ἐχρήσαντο, οἱ μὲν, πρότερον, οἱ δὲ, ὕστερον, ὡς ἰδίῳ ἑωυτῶν ἐόντι· τῶν ἐγὼ εἰδὼς τὰ οὐνόματα, οὐ γράφω.

124 Μέχρι μὲν νυν Ῥαμψινίτου βασιλῆος εἶναι ἐν Αἰγύπτῳ πᾶσαν εὐνομίην ἔλεγον, καὶ εὐθηνέειν Αἴγυπτον μεγάλως. μετὰ δὲ τοῦτον, βασιλεύσαντά σφεων Χέοπα, ἐς πᾶσαν κακότητα ἐλάσαι. κατακληΐσαντα γάρ 5 μιν πάντα τὰ ἱρὰ, πρῶτα μέν σφεας θυσιέων ἀπέρξαι· μετὰ δὲ, ἐργάζεσθαι ἑωυτῷ κελεύειν πάντας Αἰγυπτίους. τοῖσι μὲν δὴ ἀποδεδέχθαι, ἐκ τῶν λιθοτομιέων τῶν ἐν τῷ Ἀραβίῳ οὔρεϊ, ἐκ τουτέων ἕλκειν λίθους μέχρι τοῦ Νείλου· διαπεραιωθέντας δὲ τὸν ποτα- 10 μὸν πλοίοισι τοὺς λίθους ἑτέροισι ἔταξε ἐκδέκεσθαι, καὶ

tunc nascatur, intrare: circuitum autem illum absolvi tribus annorum millibus. Hoc placito usi sunt deinde nonnulli e Graecorum philosophis, alii prius, alii posterius, tamquam suum esset inventum: quorum ego nomina, mihi quidem cognita, edere nolo.

(124.) Usque ad Rampsinitum igitur valuisse, dixerunt, in Aegypto leges, et rebus omnibus egregie floruisse Aegyptum. Post hunc vero, regnum apud eos tenentem *Cheopem* omni nequitiâ esse grassatum. Clausis enim templis omnibus, primum sacrificiis prohibuisse Aegyptios; tum cunctos iussisse sibi opus facere: aliis adsignatum fuisse, ut ex lapicidinis in Arabio monte lapides traherent usque ad Nilum; aliis imperatum, ut navigiis cis flumen transvectos

πρὸς τὸ Λιβυκὸν καλεύμενον ὄρος, πρὸς τοῦτο ἕλκειν. ἐργάζοντο δὲ κατὰ δέκα μυριάδας ἀνθρώπων αἰεὶ τὴν τρίμηνον ἑκάστην. χρόνον δὲ ἐγγενέσθαι τριβομένῳ τῷ λαῷ, δέκα μὲν ἔτεα τῆς ὁδοῦ κατὰ τὴν εἷλκον τοὺς λίθους, τὴν ἔδειμαν· ἔργον ἐὸν οὐ πολλῷ τέῳ ἔλασσον 15 τῆς πυραμίδος, ὡς ἐμοὶ δοκέειν· (τῆς γὰρ μῆκος μέν εἰσι πέντε στάδιοι· εὖρος δὲ, δέκα ὀργυιαί· ὕψος δὲ, τῇ ὑψηλοτάτη ἐστὶ αὐτὴ ἑωυτῆς, ὀκτὼ ὀργυιαί· λίθου τε ξεστοῦ καὶ ζῴων ἐγγεγλυμμένων·) ταύτης τε δὴ τὰ δέκα ἔτεα γενέσθαι, καὶ τῶν ἐπὶ τοῦ λόφου, ἐπ' οὗ 20 ἑστᾶσι αἱ πυραμίδες, τῶν ὑπὸ γῆν οἰκημάτων, τὰς ἐποιέετο θήκας ἑωυτῷ ἐν νήσῳ, διώρυχα τοῦ Νείλου ἐσαγαγών. τῇ δὲ πυραμίδι αὐτῇ χρόνον γενέσθαι εἴκοσι ἔτεα ποιευμένῃ· τῆς ἐστι πανταχῇ μέτωπον ἑκα-

lapides exciperent, et ad Libycum quem vocant traherent montem. Opus autem faciebant per vices, quolibet trimestri, centena hominum millia. Tempus autem, quo ita vexatus fuerit populus, primum decem fuisse annos, intra quos munierint viam qua traxerunt lapides; opus, ut mihi videtur, haud multo inferius ipsâ pyramide: (est enim longitudo viae quinque stadiorum; latitudo cubitorum quadraginta; altitudo, qua est maxima, duorum et triginta cubitorum: estque ex politis lapidibus confecta, et insculptis ornata figuris:) huic igitur muniendae viae insumtos decem annos fuisse, simulque conficiendis in co colle, in quo stant pyramides, cameris subterraneis, quas ille sibi pro sepulcro destinavit in insulâ, fossâ ex Nilo intro actâ. In ipsius autem pyramidis constructionem viginti annos esse insumtos.

5 στον ὀκτὼ πλέθρα, ἐούσης τετραγώνου, καὶ ὕψος ἴσον· λίθου δὲ ξεστοῦ τε καὶ ἁρμοσμένου τὰ μάλιστα· οὐδεὶς τῶν λίθων τριήκοντα ποδῶν ἐλάσσων. Ἐποιήθη δὲ ὧδε 125 αὕτη ἡ πυραμὶς· ἀναβαθμῶν τρόπον, τὰς μετεξέτεροι κρόσσας, οἱ δὲ βωμίδας ὀνομάζουσι. τοιαύτην τὸ πρῶτον ἐπεί τε ἐποίησαν αὐτὴν, ἤειρον τοὺς ἐπιλοίπους λί-
5 θους μηχανῇσι ξύλων βραχέων πεποιημένῃσι· χαμάθεν μὲν ἐπὶ τὸν πρῶτον στοῖχον τῶν ἀναβαθμῶν ἀείροντες· ὅκως δὲ ἀνίοι ὁ λίθος ἐπ' αὐτὸν, εἰς ἑτέρην μηχανὴν ἐτίθετο, ἑστεῶσαν ἐπὶ τοῦ πρώτου στοίχου· ἀπὸ τούτου δὲ ἐπὶ τὸν δεύτερον εἵλκετο στοῖχον, ἐπ' ἄλλης μηχανῆς.
10 ὅσοι γὰρ δὴ στοῖχοι ἦσαν τῶν ἀναβαθμῶν, τοσαῦται καὶ αἱ μηχαναὶ ἦσαν· εἴ τε καὶ τὴν αὐτὴν μηχανὴν, ἐοῦσαν μίην τε καὶ εὐβάστακτον, μετεφόρεον ἐπὶ στοῖ-

CXXV. 9. Post στοῖχον *excidisse nonnihil videtur.*

Quadrata illius forma est; latus quodque octingentos metitur pedes: altitudo eiusdem est mensurae: lapis politus et quam adcuratissime coagmentatus; nullus ex lapidibus minor triginta pedibus. (125.) Est autem sic constructa haec *pyramis:* statim in modum graduum quibus scalae adscenduntur, quos gradus alii *pinnas*, alii *arulas* vocant. Talem postquam primum eam fecerunt, in altum tollebant reliquos lapides machinis ex brevibus lignis confectis, ab humo statim in primum graduum ordinem eos tollentes: quo ubi pervenit lapis, alii machinae imponebatur, quae in primo graduum ordine stabat, et ab hoc ordine in secundum attrahebatur ordinem [rursusque ab hoc in tertium] super alia machina; nam quot erant graduum ordines, tot quoque machinae erant: sive etiam una eademque machina fuit portatu facilis, quam ex

χον ἕκαστον, ὅκως τὸν λίθον ἐξέλοιεν· λελέχθω γὰρ ἡμῖν ἐπ᾽ ἀμφότερα, κατάπερ λέγεται. Ἐξεποιήθη δ᾽ ὦν τὰ ἀνώτατα αὐτῆς πρῶτα· μετὰ δὲ, τὰ ἐπόμενα 15 τούτων ἐξεποίευν· τελευταῖα δὲ αὐτῆς τὰ ἐπίγαια καὶ τὰ κατωτάτω ἐξεποίησαν. Σεσήμανται δὲ διὰ γραμμάτων Αἰγυπτίων ἐν τῇ πυραμίδι, ὅσα ἔς τε συρμαίην καὶ κρόμμυα καὶ σκόροδα ἀναισιμώθη τοῖσι ἐργαζομένοισι· καὶ, ὡς ἐμὲ εὖ μεμνῆσθαι τὰ ὁ ἑρμηνεύς μοι, 20 ἐπιλεγόμενος τὰ γράμματα, ἔφη, ἑξακόσια καὶ χίλια τάλαντα ἀργυρίου τετελέσθαι. εἰ δ᾽ ἔστι οὕτως ἔχοντα ταῦτα, κόσα εἰκὸς ἄλλα δεδαπανῆσθαί ἐστι ἔς τε σίδηρον τῷ ἐργάζοντο, καὶ σιτία, καὶ ἐσθῆτα τοῖσι ἐργαζομένοισι; ὁκότε χρόνον μὲν οἰκοδόμεον τὰ ἔργα 25 τὸν εἰρημένον· ἄλλον δὲ, ὡς ἐγὼ δοκέω, ἐν τῷ τοὺς

uno ordine in alterum promovebant, quoties lapidem in altum tollere vellent: nam in utramque partem, quemadmodum factum traditur, dictum a nobis esto. Perfici autem coeptum est opus a summo; dein inferiora paulatim absolverunt; et ad extremum imam partem et terrae proximam perfecerunt. Scripto autem in pyramide consignatum est literis Aegyptiis, quantum in raphanos, in cepas et in allia fuerit impensum, quibus usi sunt hi qui opus fecerunt: et recte memini quae mihi dixit interpres, quum scriptum legeret, summam fuisse mille et sexcentorum talentorum. Quod si ita est, quantum putabimus impensum fuisse in ferrum, quo usi sint ad opus faciendum, tum in cibaria, et in vestimenta operariorum? quandoquidem tantum temporis, quantum dixi, faciendo operi insumserunt, nec minus multum

λίθους ἕταμνον, καὶ ἄγον, καὶ τὸ ὑπὸ γῆν ὄρυγμα ἐρ-
γάζοντο, οὐκ ὀλίγον χρόνον. Ἐς τοῦτο δὲ ἐλθεῖν Χέο- 126
πα κακότητος, ὥστε χρημάτων δεόμενον, τὴν θυγα-
τέρα τὴν ἑωυτοῦ κατίσαντα ἐπ' οἰκήματος, προστάξαι
πρήσσεσθαι ἀργύριον, ὁκόσον δή τι· οὐ γὰρ δὴ τοῦτό
5 γε ἔλεγον, τὴν δὲ, τά τε ὑπὸ τοῦ πατρὸς ταχθέντα
πρήσσεσθαι, ἰδίῃ δὲ καὶ αὐτὴν διανοηθῆναι μνημήϊον κα-
ταλιπέσθαι, καὶ τοῦ ἐσιόντος πρὸς αὐτὴν ἑκάστου δέ-
εσθαι, ὅκως ἂν αὐτῇ ἕνα λίθον ἐν τοῖσι ἔργοισι δωρέοιτο.
ἐκ τούτων δὲ τῶν λίθων ἔφασαν τὴν πυραμίδα οἰκοδο-
10 μηθῆναι, τὴν ἐν μέσῳ τῶν τριῶν ἑστηκυῖαν, ἔμπροσθε
τῆς μεγάλης πυραμίδος· τῆς ἐστὶ τὸ κῶλον ἕκαστον,
ὅλου καὶ ἡμίσεος πλέθρου. Βασιλεῦσαι δὲ τὸν Χέο- 127

temporis caedendis lapidibus, eisdemque promovendis, et fossae subterraneae conficiendae. (126.) Eo autem flagitii processisse *Cheopem* dixerunt, ut, quum pecuniis indigeret, filiam etiam suam in lupanari iusserit considere, et pecuniae summam quantam posset maximam conficere. Quantum sit, quod illa hoc modo collegerit, non memoratur: sed hoc memorant, collegisse illam non modo pecuniam a patre imperatam; verum etiam, quum suo nomine privatim cuperet monumentum relinquere, ab unoquoque qui ad eam intrasset postulasse, ut unum lapidem, ad opus faciendum idoneum, sibi conferret: ex illisque lapidibus, dixerunt, exstructam esse pyramidem quae in medio stat trium, ante magnam pyramidem; cuius quodque latus est longitudine pedum centum et quinquaginta. (127.) Cheopem hunc dixere Aegyptii regnasse

πα τοῦτον Αἰγύπτιοι ἔλεγον πεντήκοντα ἔτεα· τελευτήσαντος δὲ τούτου, ἐκδέξασθαι τὴν βασιληΐην τὸν ἀδελφεὸν αὐτοῦ Χεφρῆνα. καὶ τοῦτον δὲ τῷ αὐτῷ τρόπῳ διαχρᾶσθαι τῷ ἑτέρῳ, τά τε ἄλλα, καὶ πυραμίδα ποιῆσαι, ἐς μὲν τὰ ἐκείνου μέτρα οὐκ ἀνήκουσαν· ταῦτα γὰρ ὦν καὶ ἡμεῖς ἐμετρήσαμεν. οὔτε γὰρ ὕπεστι οἰκήματα ὑπὸ γῆν, οὔτε ἐκ τοῦ Νείλου διῶρυξ ἥκει ἐς αὐτὴν, ὥσπερ ἐς τὴν ἑτέρην, ῥέουσα· διὰ οἰκοδομημένου δὲ αὐλῶνος ἔσω νῆσον περιῤῥέει, ἐν τῇ αὐτὸν λέγουσι 10 κεῖσθαι Χέοπα. ὑποδείμας δὲ τὸν πρῶτον δόμον λίθου Αἰθιοπικοῦ ποικίλου, τεσσεράκοντα πόδας ὑποβὰς τῆς ἑτέρης τὠυτὸ μέγαθος, ἐχομένην τῆς μεγάλης οἰκοδόμησε. ἑστᾶσι δὲ ἐπὶ λόφου τοῦ αὐτοῦ ἀμφότεραι, μάλιστα ἐς ἑκατὸν πόδας ὑψηλοῦ. βασιλεῦσαι δὲ ἔλε- 15 128 γον Χεφρῆνα ἓξ καὶ πεντήκοντα ἔτεα. Ταῦτα ἕξ τε

annos quinquaginta; eique defuncto successisse in regnum fratrem eius *Chephrenem*. Hunc quum in aliis rebus eodem instituto usum esse atque fratrem, tum etiam pyramidem exstruxisse. Et haec quidem pyramis mensuram prioris illius non exaequat; (nam mensuras etiam nos exegimus:) nec cameras habet subterraneas, nec fossa ex Nilo derivata in hanc inferne influit, sicut in illam, in qua Nilus per canalem murario opere constructum insulam circumluit, in qua sepultum Cheopem aiunt. Exstruxit autem hanc, magnae pyramidi proximam, quadraginta pedibus illâ minorem: primus lapidum ordo Aethiopico lapide variegato substructus. Ambae super eodem stant clivo, centum fere pedes in altitudinem eminente. Regnasse autem Chephrenem aiunt annos

καὶ ἑκατὸν λογίζονται ἔτεα, ἐν τοῖσι Αἰγυπτίοισί τε
πᾶσαν εἶναι κακότητα, καὶ τὰ ἱρὰ χρόνου τοσούτου
κατακληϊσθέντα οὐκ ἀνοιχθῆναι. τούτους ὑπὸ μίσεος οὐ
5 κάρτα θέλουσι Αἰγύπτιοι ὀνομάζειν, ἀλλὰ καὶ τὰς
πυραμίδας καλέουσι ποιμένος Φιλιτίωνος, ὃς τοῦτον
τὸν χρόνον ἔνεμε κτήνεα κατὰ ταῦτα τὰ χωρία.

Μετὰ δὲ τοῦτον, βασιλεῦσαι Αἰγύπτου Μυκερῖ- 129
νον ἔλεγον, Χέοπος παῖδα· τῷ τὰ μὲν τοῦ πατρὸς
ἔργα ἀπαδεῖν· τὸν δὲ τά τε ἱρὰ ἀνοῖξαι, καὶ τὸν λεὼν
τετρυμένον ἐς τὸ ἔσχατον κακοῦ, ἀνεῖναι πρὸς ἔργα τε
5 καὶ θυσίας· δίκας δέ σφι πάντων βασιλήων δικαιοτά-
τας κρίνειν. κατὰ τοῦτο μέν νυν τὸ ἔργον, ἁπάντων
ὅσοι ἤδη βασιλῆες ἐγένοντο Αἰγυπτίων, αἰνέουσι μάλι-
στα τοῦτον· τά τε ἄλλα γάρ μιν κρίνειν εὖ, καὶ δὴ

CXXVIII. 6. Φιλιτίωνος. *Alii* Φιλίτιος.

sex et quinquaginta. (128.) Hos centum et sex annos numerant Aegyptii, quibus per Aegyptum omne genus malorum invaluerit, clausaque templa per tantum temporis spatium non fuerint aperta. Istorumque regum odio ne nomen quidem memorare volunt; sed pyramides etiam illas vocant *pastoris Philitionis*, qui per id tempus in illis locis pecora sua pavit.

(129.) Post hunc regnasse in Aegypto dicebant *Mycerinum*, Cheopis filium. Huic patris displicuisse facta: itaque et templa cum aperuisse, et populo, extremis malis vexato, indulsisse, ut suis quisque negotiis et sacris operam darel: iusque etiam illis aequissime regum omnium dixisse. Hac quidem ex parte summis eum laudibus supra omnes, quotquot Aegypti reges umquam fuere, extollunt: nam et alio-

καὶ τῷ ἐπιμεμφομένῳ ἐκ τῆς δίκης παρ᾽ ἑωυτοῦ διδόντα ἄλλα, ἀποπιμπλάναι αὐτοῦ τὸν θυμόν. Ἐόντι δὲ 10
ἠπίῳ τῷ Μυκερίνῳ κατὰ τοὺς πολιήτας, καὶ ταῦτα ἐπιτηδεύοντι, πρῶτον κακῶν ἄρξαι τὴν θυγατέρα ἀποθανοῦσαν αὐτοῦ, τὴν μούνην οἱ εἶναι ἐν τοῖσι οἰκίοισι τέκνον. τὸν δὲ ὑπεραλγήσαντά τε τῷ περιπεπτώκεε πρήγματι, καὶ βουλόμενον περισσότερόν τι τῶν ἄλλων 15
θάψαι τὴν θυγατέρα, ποιήσασθαι βοῦν ξυλίνην κοίλην· καὶ ἔπειτα καταχρυσώσαντά μιν ταύτην, ἔσω ἐν αὐτῇ θάψαι ταύτην δὴ τὴν ἀποθανοῦσαν θυγατέρα.

130 Αὕτη ὦν ἡ βοῦς γῇ οὐκ ἐκρύφθη, ἀλλ᾽ ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἦν φανερή· ἐν Σάϊ μὲν πόλι ἐοῦσα, κειμένη δὲ ἐν τοῖσι βασιληΐοισι, ἐν οἰκήματι ἠσκημένῳ· θυμιήματα δὲ παρ᾽ αὐτῇ παντοῖα καταγίζουσι ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην· νύκτα δὲ ἑκάστην πάννυχος λύχνος παρακαίεται. ἀγ- 5

quin ex aequo iudicasse caussas, et, si quis de sententia ab illo lata esset conquestus, ei de suo donare solitum, quo iram illius mitigaret. Ita quum mitis adversus cives esset *Mycerinus*, talibusque uteretur institutis; primam ei calamitatem accidisse mortem filiae, quam unicam domi sobolem habebat. Qua calamitate vehementer adflictum, quum vellet excellentiori quadam ratione sepelire filiam, conficiendam curasse bovem ligneam, intus cavam, extrinsecus inauratam, in eaque defunctam hanc filiam sepelivisse. (130.) Bos ista non sub terrâ est recondita, sed meâ adhuc aetate in propatulo erat, in Sai oppido in regiâ posita, eleganti in conclavi: et quotidie apud illam suffimenta cuiusque generis adolentur, et singulis noctibus pernox ardet lucerna. Prope illam,

χοῦ δὲ τῆς βοὸς ταύτης ἐν ἄλλῳ οἰκήματι εἰκόνες τῶν παλλακέων τῶν Μυκερίνου ἑστᾶσι, ὡς ἔλεγον οἱ ἐν Σάϊ πόλι ἱρέες· ἑστᾶσι μὲν γὰρ ξύλινοι κολοσσοὶ, ἐοῦσαι ἀριθμὸν ὡς εἴκοσι μάλιστά κη, γυμναὶ ἐργασ-
10 μέναι· αἵτινες μέντοι εἰσὶ, οὐκ ἔχω εἰπεῖν, πλὴν ἢ τὰ λεγόμενα. Οἱ δέ τινες λέγουσι περὶ τῆς βοὸς ταύτης, 131
καὶ τῶν κολοσσῶν, τόνδε τὸν λόγον· ὡς Μυκερῖνος ἠράσθη τῆς ἑωυτοῦ θυγατρὸς, καὶ ἔπειτα ἐμίγη οἱ ἀεκούσῃ. μετὰ δὲ, λέγουσι ὡς ἡ παῖς ἀπήγξατο ὑπὸ ἄχεος·
5 ὁ δέ μιν ἔθαψε ἐν τῇ βοῒ ταύτῃ· ἡ δὲ μήτηρ αὐτῆς τῶν ἀμφιπόλων τῶν προδουσέων τὴν θυγατέρα τῷ πατρὶ ἀπέταμε τὰς χεῖρας· καὶ νῦν τὰς εἰκόνας αὐτέων εἶναι πεπονθυίας τάπερ αἱ ζωαὶ ἔπαθον. ταῦτα δὲ λέγουσι φλυηρέοντες, ὡς ἐγὼ δοκέω, τά τε ἄλλα, καὶ δὴ καὶ
10 τὰ περὶ τὰς χεῖρας τῶν κολοσσῶν· ταῦτα γὰρ ὦν καὶ ἡμεῖς ὠρέομεν, ὅτι ὑπὸ χρόνου τὰς χεῖρας ἀποβεβλή-

in alio conclavi, stant certe ibi ligneae statuae (*colossos* Herodotus dicit) formâ muliebri, numero fere viginti, nudis corporibus. Quaenam autem illae sint, dicere non possum, nisi quae narrantur. (131.) Sunt autem qui de bove illa et de statuis istis haec narrant: Mycerinum amore filiae suae captum, vim ei intulisse; eoque facto puellam prae dolore vitam finiisse suspendio, patrem vero in illa bove eam sepelisse; matrem autem famulis, quae patri filiam prodidissent, manus praecidisse, et nunc imaginibus illarum idem accidisse quod ipsae vivae passae essent. Haec vero, ut mihi videtur, dicunt nugantes, quum caetera, tum hoc de manibus statuarum: hoc enim nos etiam vidimus, vetustate temporis decidisse illis manus,

κασι, αἳ ἐν ποσὶ αὐτέων φαίνονται ἐοῦσαι ἔτι καὶ ἐς
132 ἐμέ. Ἡ δὲ βοῦς τὰ μὲν ἄλλα κατακέκρυπται φοι-
νικέῳ εἵματι· τὸν αὐχένα δὲ καὶ τὴν κεφαλὴν φαίνει
κεχρυσωμένα παχέϊ κάρτα χρυσῷ· μεταξὺ δὲ τῶν κε-
ρέων, ὁ τοῦ ἡλίου κύκλος μεμιμημένος ἔπεστι χρύσεος.
ἔστι δὲ ἡ βοῦς οὐκ ὀρθὴ, ἀλλ' ἐν γούνασι κειμένη· μέ- 5
γαθος δὲ, ὅση περ μεγάλη βοῦς ζωή. ἐκφέρεται δὲ ἐκ
τοῦ οἰκήματος ἀνὰ πάντα τὰ ἔτεα. ἐπεὰν τύπτωνται
οἱ Αἰγύπτιοι τὸν οὐκ ὀνομαζόμενον θεὸν ὑπ' ἐμεῦ ἐπὶ
τοιούτῳ πρήγματι, τότε ὦν καὶ τὴν βοῦν ἐκφέρουσι ἐς
τὸ φῶς. Φασὶ γὰρ δὴ αὐτὴν δεηθῆναι τοῦ πατρὸς Μυ- 10
κερίνου ἀποθνήσκουσαν, ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ἅπαξ μιν τὸν
133 ἥλιον κατιδεῖν. Μετὰ δὲ τῆς θυγατρὸς τὸ πάθος,
δεύτερα τούτῳ τῷ βασιλέϊ τάδε γενέσθαι· ἐλθεῖν οἱ
μαντήϊον ἐκ Βουτοῦς πόλιος, ὡς „μέλλοι ἓξ ἔτεα μοῦ-

quae etiam nunc ad pedes imaginum iacentes conspiciuntur. (132.) Bos autem corpus tectum habet purpureo pallio, sed collum et caput denso admodum auro inauratum: inter cornua eminet circuli solis aurea imago. Non stat recta bos, sed genubus incumbens: magnitudo quanta magnae bovis vivae. Quotannis semel extra conclave effertur. Quando plangunt Aegyptii deum illum, cuius nomen in tali re edere mihi nefas est, tum bovem hanc in lucem proferunt: dicunt enim, morientem filiam orasse patrem Mycerinum, ut semel in anno solem adspicere sibi liceat. (133.) Post filiae mortem accidisse, narrarunt, eidem regi alteram calamitatem hanc: oraculi effatum ex oppido Buto ei esse adlatum, *nonnisi sex adhuc annos victurum illum,*

τον βιοὺς, τῷ ἑβδόμῳ τελευτήσειν." τὸν δὲ, δεινὸν ποιη-
5 σάμενον, πέμψαι ἐς τὸ μαντήιον τῷ θεῷ ὀνείδισμα,
ἀντιμεμφόμενον ὅτι „ὁ μὲν αὐτοῦ πατὴρ καὶ πάτρως,
ἀποκληίσαντες τὰ ἱρὰ, καὶ θεῶν οὐ μεμνημένοι, ἀλ-
λὰ καὶ τοὺς ἀνθρώπους φθείροντες, ἐβίωσαν χρόνον ἐπὶ
πολλόν· αὐτὸς δ' εὐσεβὴς ἐὼν, μέλλοι ταχέως οὕτω
10 τελευτήσειν." Ἐκ δὲ τοῦ χρηστηρίου αὐτῷ δεύτερα ἐλθεῖν
λέγοντα „τούτων εἵνεκα καὶ συνταχύνειν αὐτῷ τὸν βίον.
οὐ γὰρ ποιῆσαί μιν τὸ χρεὸν ἦν ποιέειν· δεῖν γὰρ Αἴ-
γυπτον κακοῦσθαι ἐπ' ἔτεα πεντήκοντά τε καὶ ἑκατόν·
καὶ τοὺς μὲν δύο τοὺς πρὸ ἐκείνου γενομένους βασιλέας,
15 μαθεῖν τοῦτο, κεῖνον δὲ οὔ." Ταῦτα ἀκούσαντα τὸν
Μυκερῖνον, ὡς κατακεκριμένων ἤδη οἱ τούτων, λύχνα
ποιησάμενον πολλὰ, ὅκως γίνοιτο νὺξ, ἀνάψαντα αὐ-

septimo vitam finiturum. Tum illum, aegerrime hoc ferentem, misisse ad oraculum qui contumeliosis verbis deo exprobrarent, quod *pater ipsius et patruus, qui templa clausissent, deosque non curassent, atque etiam homines perdidissent, tamen seros in annos produxissent vitam; ipse autem, qui deos colat, tam cito vitam esset finiturus.* Super haec alterum ei responsum ab oraculo esse editum: *hac ipsâ caussâ propere finiturum vitam, quod ea, quae in fatis fuissent, non fecisset. Debuisse enim Aegyptum malis vexari per annos centum et quinquaginta: et duo reges, qui ipsum antecesserint, hoc intellexisse, ipsum vero non intellexisse.* His auditis *Mycerinum,* quum sententiam contra se iam pronunciatam cognovisset, multas parari iussisse lucernas, eisque quotidie ingruente nocte accensis potasse,

τὰ, πίνειν τε καὶ εὐπαθέειν, οὔτε ἡμέρης οὔτε νυκτὸς ἀνιέντα, ἔς τε τὰ ἕλεα καὶ τὰ ἄλσεα πλανώμενον, καὶ ἵνα πυνθάνοιτο εἶναι γῆς ἐνηβητήρια ἐπιτηδεώτατα. ταῦτα δὲ ἐμηχανᾶτο, θέλων τὸ μαντήιον ψευδόμενον ἀποδέξαι, ἵνα οἱ δυώδεκα ἔτεα ἀντὶ ἓξ ἐτέων γένηται, αἱ νύκτες ἡμέραι ποιεύμεναι.

134 Πυραμίδα δὲ καὶ οὗτος ἀπελίπετο, πολλὸν ἐλάσσω τοῦ πατρὸς, εἴκοσι ποδῶν καταδέουσαν κῶλον ἕκαστον τριῶν πλέθρων, ἐούσης τετραγώνου, λίθου δὲ ἐς τὸ ἥμισυ Αἰθιοπικοῦ· τὴν δὴ μετεξέτεροί φασι Ἑλλήνων Ῥοδώπιος ἑταίρης γυναικὸς εἶναι, οὐκ ὀρθῶς λέγοντες. οὐ δὲ ὦν οὐδὲ εἰδότες μοι φαίνονται λέγειν οὗτοι ἥτις ἦν ἡ Ῥοδῶπις· οὐ γὰρ ἄν οἱ πυραμίδα ἀνέθεσαν ποιήσασθαι τοιαύτην, ἐς τὴν ταλάντων χιλιάδες ἀναρίθμητοι,

voluptatibusque, nec die nec nocte ullâ intermissâ, indulsisse, per amoena inferioris Aegypti loca atque nemora vagantem, ubicumque cognosset voluptaria esse diverticula aptissima. Id eo consilio esse molitum, quo mendacii argueret oraculum, quum, loco sex annorum, duodecim sibi reliqui essent, noctibus in dies conversis.

(134.) Idem *Mycerinus* pyramidem etiam reliquit, multo quidem minorem eâ quam pater exstruxerat, unoquoque quatuor laterum ducentos octoginta pedes metiente: usque ad dimidiam altitudinem Aethiopicus lapis est. Hanc pyramidem Graecorum nonnulli putant esse *Rhodopidis* meretricis; multum falsi sententiae. Satis enim adparet, ne novisse quidem hos quaenam mulier fuerit Rhodopis: alioqui ad illam non retulissent constructionem pyramidis, quae in-

ὡς λόγῳ εἰπεῖν, ἀναισίμωνται· πρὸς δὲ, ὅτι κατὰ
10 Ἄμασιν βασιλεύοντα ἦν ἀκμάζουσα Ῥοδῶπις, ἀλλ'
οὐ κατὰ τοῦτον. ἔτεσι γὰρ κάρτα πολλοῖσι ὕστερον τού-
των τῶν βασιλήων τῶν τὰς πυραμίδας ταύτας ἦν λι-
πομένων Ῥοδῶπις· γενεὴν μὲν, ἀπὸ Θρηΐκης· δούλη δὲ
ἦν Ἰάδμονος τοῦ Ἡφαιστοπόλιος, ἀνδρὸς Σαμίου, σύν-
15 δουλος δὲ Αἰσώπου τοῦ λογοποιοῦ. καὶ γὰρ οὗτος Ἰάδ-
μονος ἐγένετο, ὡς διέδεξε τῇδε οὐκ ἥκιστα· ἐπεί τε γὰρ
πολλάκις κηρυσσόντων Δελφῶν ἐκ θεοπροπίου „ὃς βού-
λοιτο ποινὴν τῆς Αἰσώπου ψυχῆς ἀνελέσθαι" ἄλλος μὲν
οὐδεὶς ἐφάνη, Ἰάδμονος δὲ παιδὸς παῖς, ἄλλος Ἰάδ-
20 μων, ἀνείλετο· οὕτω καὶ Αἴσωπος Ἰάδμονος ἐγένετο.
Ῥοδῶπις δὲ ἐς Αἴγυπτον ἀπίκετο, Ξάνθεω τοῦ Σαμίου 135
κομίσαντός μιν· ἀπικομένη δὲ κατ' ἐργασίην, ἐλύθη χρη-

numeris (ut verbo dicam) talentorum millibus constiterat: ignorareque eosdem adparet, regnante Amasi floruisse Rhodopin, non huius regis aetate. Permultis enim annis post reges hos, qui istas pyramidas monumenta sui reliquerunt, vixit *Rhodopis*; genere Thressa, ancilla Iadmonis Samii, Hephaestopolios filii, conserva Aesopi, fabularum scriptoris. Nam et *Aesopum* Iadmoni serviisse, quum aliunde constat, tum hoc maxime, quod, postquam Delphenses ex oraculi effato saepius proclamassent, *si quis vellet poenam repetere caedis Aesopi*, nemo alius, qui illam repeteret, inventus sit, nisi Iadmonis ex filio nepos, cui et ipsi Iadmon nomen erat. Itaque Iadmonis servus Aesopus fuerat. (135.) *Rhodopis* vero in Aegyptum venit, adducta a Xantho Samio: adducta vero ut quaestum corpore faceret, magno pretio

μάτων μεγάλων ὑπὸ ἀνδρὸς Μιτυληναίου Χαράξου, τοῦ Σκαμανδρωνύμου παιδὸς, ἀδελφεοῦ δὲ Σαπφοῦς τῆς μουσοποιοῦ. οὕτω δὴ ἡ Ῥοδῶπις ἐλευθερώθη, καὶ κατέμεινέ τε ἐν Αἰγύπτῳ· καὶ κάρτα ἐπαφρόδιτος γενομένη, μεγάλα ἐκτήσατο χρήματα, ὡς ἂν εἶναι Ῥοδῶπιν, ἀτὰρ οὐκ ὥς γε ἐς πυραμίδα τοιαύτην ἐξικέσθαι. τῆς γὰρ τὴν δεκάτην τῶν χρημάτων ἰδέσθαι ἐστὶ ἔτι καὶ ἐς τόδε παντὶ τῷ βουλομένῳ, οὐδὲν δεῖ μεγάλα οἱ χρήματα ἀναθεῖναι. ἐπεθύμησε γὰρ Ῥοδῶπις μνημήϊον ἑωυτῆς ἐν τῇ Ἑλλάδι καταλιπέσθαι, ποίημα ποιησαμένη τοῦτο, τὸ μὴ τυγχάνει ἄλλῳ ἐξευρημένον καὶ ἀνακείμενον ἐν ἱρῷ, τοῦτο ἀναθεῖναι ἐς Δελφοὺς μνημόσυνον ἑωυτῆς. τῆς ὦν δεκάτης τῶν χρημάτων ποιησαμένη ὀβελοὺς βουπόρους πολλοὺς σιδηρέους, ὅσον ἐνεχώρεε ἡ δεκάτη οἱ, ἀπέπεμπε ἐς Δελφούς· οἳ καὶ νῦν ἔτι συννε-

redemta est a cive Mitylenaeo *Charaxo*, Scamandronymi filio, fratre Sapphûs poëtriae. Ita igitur servitute liberata Rhodopis, mansit in Aegypto: quumque venusta admodum esset, magnas comparavit sibi opes; ut quidem Rhodopis, nec vero ut quae talem exstruere pyramidem posset. Nam, cuius opum decimam partem ad hunc usque diem conspicere licet cuicumque volenti, ei non adeo ingentes opes oportet tribuere. Cupiens enim Rhodopis monumentum sui in Graeciâ relinquere, tale opus faciendum curavit, quale a nemine alio vel excogitatum vel in templo aliquo esset dedicatum, illudque Delphis in sui memoriam dedicavit. Ex decimâ opum suarum parte conficienda curavit complura, quot per decimam licuerat, ferrea verua assandis bobus idonea,

νέαται, ὄπισθε μὲν τοῦ βωμοῦ τὸν Χῖοι ἀνέθεσαν, ἀντίον δὲ αὐτοῦ τοῦ νηοῦ. Φιλέουσι δέ κως ἐν τῇ Ναυ-
20 κράτι ἐπαφρόδιτοι γίνεσθαι αἱ ἑταῖραι. τοῦτο μὲν γὰρ αὕτη, τῆς πέρι λέγεται ὅδε ὁ λόγος, οὕτω δή τι κλεινὴ ἐγένετο, ὡς καὶ πάντες οἱ Ἕλληνες Ῥοδώπιος τὸ οὔνομα ἐξέμαθον· τοῦτο δὲ, ὕστερον ταύτης, τῇ οὔνομα ἦν Ἀρχιδίκη, ἀοίδιμος ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα ἐγένετο, ἧσσον δὲ
25 τῆς ἑτέρης περιλεσχήνευτος. Χάραξος δὲ ὡς λυσάμενος Ῥοδῶπιν ἀπενόστησε ἐς Μιτυλήνην, ἐν μέλεϊ Σαπφὼ πολλὰ κατεκερτόμησέ μιν. Ῥοδώπιος μέν νυν πέρι πέπαυμαι.

Μετὰ δὲ Μυκερῖνον γενέσθαι Αἰγύπτου βασιλέα ἔλεγον οἱ ἱρέες Ἄσυχιν, τὸν τὰ πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα ποιῆσαι τῷ Ἡφαίστῳ προπύλαια, ἐόντα πολλῷ τε κάλ- 136

[*sive*, ferreos obeliscos,] eaque Delphos misit: quae etiam nunc in unum fasciculum collecta conspiciuntur post aram quam Chii dedicarunt, ex adverso ipsius aedis sacrae. Solent autem Naucrati versari venustae meretrices: nam et haec, de qua hic sermo habetur, ita celebrata est, ut Graecis omnibus innotuerit Rhodopidis nomen: et post hanc alia, cui nomen Archidica, per Graeciam est nobilitata; minus tamen, quam ista, sermonibus hominum celebrata. Charaxum autem illum, qui Rhodopin servitute liberavit, Mitylenen reversum, multis conviciis *Sappho* in carminibus suis insectata est. Sed haec de Rhodopide hactenus.

(136.) Post Mycerinum, dixerunt sacerdotes, Aegypti regem fuisse *Asychin*, a quo constructa ad Vulcani templum propylaea, orientem solem spe-

λιστα καὶ πολλῷ μέγιστα. ἔχει μὲν γὰρ καὶ τὰ πάντα προπύλαια τύπους τε ἐγγεγλυμμένους, καὶ ἄλλην ὄψιν οἰκοδομημάτων μυρίην· ἐκεῖνα δὲ, καὶ μακρῷ μάλιστα. Ἐπὶ τούτου βασιλεύοντος, ἔλεγον, ἀμιξίης ἐούσης πολλῆς χρημάτων, γενέσθαι νόμον Αἰγυπτίοισι, ἀποδεικνύντα ἐνέχυρον τοῦ πατρὸς τὸν νέκυν, οὕτω λαμβάνειν τὸ χρέος· προστεθῆναι δὲ ἔτι τούτῳ τῷ νόμῳ τόνδε, τὸν διδόντα τὸ χρέος καὶ ἁπάσης κρατέειν τῆς τοῦ λαμβάνοντος θήκης· τῷ δὲ ὑποτιθέντι τοῦτο τὸ ἐνέχυρον, τήνδε ἐπεῖναι ζημίην, μὴ βουλομένῳ ἀποδοῦναι τὸ χρέος, μηδὲ αὐτῷ ἐκείνῳ τελευτήσαντι εἶναι ταφῆς κυρῆσαι μήτ' ἐν ἐκείνῳ τῷ πατρῴῳ τάφῳ, μήτ' ἐν ἄλλῳ μηδενὶ, μήτε ἄλλον μηδένα τῶν ἑωυτοῦ ἀπογενόμενον θάψαι. Ὑπερβαλέσθαι δὲ βουλόμενον τοῦτον τὸν βασιλέα τοὺς πρότερον ἑωυτοῦ βασιλέας γενομένους Αἰγύ-

ctantia; longe ea pulcerrima et longe maxima. Habent enim omnia quidem propylaea et figuras insculptas, et infinitam aedificiorum varietatem; haec autem, omnium maxime. Hoc, aiebant, regnante, quum magna in commerciis esset inopia pecuniae, legem latam esse Aegyptiis, uti, qui patris cadaver pignori daret, ei aes alienum crederetur: adiectamque ei legem esse hanc, ut, qui dedisset aes alienum, is totius etiam conditorii sepulcralis dominus esset illius qui accepisset: si quis vero, qui illud pignus dedisset, debitum solvere nollet, eum nec ipsum, quum vita functus esset, in paterno sepulcro aut in alio ullo sepeliri, nec ei licere quemquam suorum, qui defunctus esset, sepelire. Superare autem cupientem hunc regem eos qui ante ipsum in Aegypto reg-

πτου, μνημόσυνον πυραμίδα λιπέσθαι, ἐκ πλίνθων ποιή-
20 σαντα· ἐν τῇ γράμματα ἐν λίθῳ ἐγκεκολαμμένα τάδε
λέγοντά ἐστι· ΜΗ ΜΕ ΚΑΤΟΝΟΣΘΗΙΣ ΠΡΟΣ
ΤΑΣ ΛΙΘΙΝΑΣ ΠΥΡΑΜΙΔΑΣ. ΠΡΟΕΧΩ ΓΑΡ
ΑΥΤΕΩΝ ΤΟΣΟΥΤΟΝ, ὍΣΟΝ Ὁ ΖΕΥΣ ΤΩΝ
ἈΛΛΩΝ ΘΕΩΝ. ΚΟΝΤΩΙ ΓΑΡ ὙΠΟΤΥΠΤΟΝ-
25 ΤΕΣ ἘΣ ΛΙΜΝΗΝ, Ὅ ΤΙ ΠΡΟΣΣΧΟΙΤΟ ΤΟΥ
ΠΗΛΟΥ ΤΩΙ ΚΟΝΤΩΙ, ΤΟΥΤΟ ΣΥΛΛΕΓΟΝ-
ΤΕΣ, ΠΛΙΝΘΟΥΣ ΕΙΡΥΣΑΝ, ΚΑΙ ΜΕ ΤΡΟ-
ΠΩΙ ΤΟΙΟΥΤΩΙ ἘΞΕΠΟΙΗΣΑΝ. τοῦτον μὲν το-
σαῦτα ἀποδέξασθαι.

137 Μετὰ δὲ τοῦτον, βασιλεῦσαι ἄνδρα τυφλὸν ἐξ Ἀνύ-
σιος πόλιος, τῷ οὔνομα Ἄνυσιν εἶναι. ἐπὶ τούτου βα-
σιλεύοντος ἐλάσαι ἐπ' Αἴγυπτον χειρὶ πολλῇ Αἰθίοπάς
τε καὶ Σαβακῶν τὸν Αἰθιόπων βασιλέα. τὸν μὲν
5 δὴ τυφλὸν τοῦτον οἴχεσθαι φεύγοντα ἐς τὰ ἕλεα· τὸν δὲ
Αἰθίοπα βασιλεύειν Αἰγύπτου ἐπ' ἔτεα πεντήκοντα· ἐν

nassent, monumentum sui reliquisse pyramidem e lateribus confectam, in qua est inscriptio lapidi insculpta, in hanc sententiam: *Ne me conferens cum lapideis pyramidibus contemnas: tanto enim illas antecello, quanto reliquos deos Iupiter. Nam conto in paludis fundum subacto, quidquid luti conto adhaesit colligentes, inde lateres finxerunt: atque hoc modo me perfecerunt.* Haec ab illo gesta.

(137.) Post hunc vero regnasse virum caecum ex Anysi oppido, cui nomen *Anysis*. Hoc regnante, ingenti hominum manu Aegyptum invasisse Aethiopes et *Sabacon*, regem Aethiopum. Caecum igitur hunc fugâ se in paludes recepisse, Aethiopemque in-

τοῖσι αὐτὸν τάδε ἀποδέξασθαι. ὅκως τῶν τις Αἰγυπτίων ἁμάρτοι τι, κτείνειν μὲν αὐτῶν οὐδένα ἐθέλειν· τὸν δὲ, κατὰ μέγαθος τοῦ ἀδικήματος ἑκάστῳ δικάζειν, ἐπιτάσσοντα χώματα χοῦν πρὸς τῇ ἑωυτῶν πόλι, ὅθεν ἕκαστος ἦν τῶν ἀδικεόντων. καὶ οὕτω ἔτι αἱ πόλιες ἐγένοντο ὑψηλότεραι· τὸ μὲν γὰρ πρῶτον, ἐχώσθησαν ὑπὸ τῶν τὰς διώρυχας ὀρυξάντων, ἐπὶ Σεσώστριος βασιλέος· δεύτερα δὲ, ἐπὶ τοῦ Αἰθίοπος καὶ κάρτα ὑψηλαὶ ἐγένοντο. Ὑψηλέων δὲ καὶ ἑτέρων τασσομένων ἐν τῇ Αἰγύπτῳ πολίων, ὡς ἐμοὶ δοκέει, μάλιστα μὲν Βουβάστι πόλι ἐξεχώσθη, ἐν τῇ καὶ ἱρόν ἐστι Βουβάστιος ἀξιαπηγητότατον. μέζω μὲν γὰρ ἄλλα, καὶ πολυδαπανώτερά ἐστι ἱρά· ἡδονῇ δὲ ἰδέσθαι οὐδὲν τούτου μᾶλλον. ἡ δὲ Βούβαστις, κατὰ Ἑλλάδα γλῶσσαν, ἐστὶ:

Aegypto regnasse annos quinquaginta; intra quos annos gesta ab eo esse haecce. Quoties aliquis Aegyptiorum quidpiam deliquisset, nullum eorum voluisse capite plectere; sed pro ratione delicti sententiam pronunciasse, imperantem ut quisque delinquentium aggerem adgereret ad oppidum unde esset. Atque ita oppida facta sunt sublimiora: etenim primo adgesta fuerat terra ab his, qui regnante Sesostri fossas effoderant; dein iterum sub Aethiope admodum sunt exaltata. Prae caeteris autem oppidis, quorum omnium exaltatum est solum, maxime adgesta terra est ad Bubastin urbem; in qua est etiam templum Bubastidis, memoratu dignissimum. Sunt enim et alia quidem templa ampliora et sumtuosiora; sed adspectu nullum hoc iucundius. Est autem *Bubastis*, Graecorum sermone, *Diana*. (138.) Cuius templum ita

Ἄρτεμις. Τὸ δὲ ἱρὸν αὐτῆς ὧδε ἔχει. πλὴν τῆς ἐσό- 138
δου, τὸ ἄλλο νῆσός ἐστι· ἐκ γὰρ τοῦ Νείλου διώρυχες
ἐσέχουσι, οὐ συμμίσγουσαι ἀλλήλῃσι, ἀλλ' ἄχρι τῆς
ἐσόδου τοῦ ἱροῦ ἑκατέρη ἐσέχει· ἡ μὲν, τῇ περιῤῥέουσα,
5 ἡ δὲ, τῇ· εὖρος ἐοῦσα ἑκατέρη ἑκατὸν ποδῶν, δένδρεσι
κατάσκιος. τὰ δὲ προπύλαια, ὕψος μὲν δέκα ὀργυιέων
ἐστὶ, τύποισι δὲ ἑξαπήχεσι ἐσκευάδαται ἀξίοισι λόγου.
ἐὸν δ' ἐν μέσῃ τῇ πόλι τὸ ἱρὸν, κατορᾶται πάντοθεν πε-
ριιόντι· ἅτε γὰρ τῆς πόλιος μὲν ἐκκεχωσμένης ὑψοῦ,
10 τοῦ δ' ἱροῦ οὐ κεκινημένου, ὡς ἀρχῆθεν ἐποιήθη, ἔσο-
πτόν ἐστι. περιθέει δ' αὐτὸ αἱμασιὴ ἐγγεγλυμμένη τύ-
ποισι. ἔστι δὲ ἔσωθεν ἄλσος δενδρέων μεγίστων, πεφυ-
τευμένον περὶ νηὸν μέγαν, ἐν τῷ δὴ τὤγαλμα ἔνι. εὖρος
δὲ καὶ μῆκος τοῦ ἱροῦ, πάντῃ σταδίου ἐστί. κατὰ μὲν

comparatum est. Praeter introitum, reliquum totum insula est: fossae enim ex Nilo circum ductae non miscentur altera alteri, sed utraque usque ad introitum pertinet templi; altera ab uno latere, altera ab altero circumfluens: utraque centum pedes patens in latitudinem, arboribus inumbrata. Propylaea ad quadraginta cubitorum altitudinem surgunt, figuris sexcubitalibus memoratu dignis ornata. Quum sit templum in media urbe, undique conspicitur ex toto circuitu: nam quum oppidi solum aggere adgesto sit exaltatum, templum autem, ex quo primum exstructum, non mutatum fuerit, undique conspectui patet. Circumductus est templo murus, figuris insculptis: est autem intus altissimarum arborum lucus, circa aedem magnam plantatus, in qua inest deae simulacrum. Latitudo et longitudo templi omni ex

δὴ τὴν ἔσοδον, ἐστρωμένη ἐστὶ ὁδὸς λίθου ἐπὶ σταδίους τρεῖς μάλιστά κῃ, διὰ τῆς ἀγορῆς φέρουσα ἐς τὸ πρὸς ἠῶ· εὖρος δὲ, ὡς τεσσέρων πλέθρων· τῇ δὲ καὶ τῇ τῆς ὁδοῦ, δένδρεα οὐρανομήκεα πέφυκε· φέρει δ' ἐς Ἑρμέω
139 ἱρόν. τὸ μὲν δὴ ἱρὸν τοῦτο οὕτω ἔχει. Τέλος δὲ τῆς ἀπαλλαγῆς τοῦ Αἰθίοπος ὧδε ἔλεγον γενέσθαι. ὄψιν ἐν τῷ ὕπνῳ τοιήνδε ἰδόντα αὐτὸν, οἴχεσθαι φεύγοντα· ἐδόκεέ οἱ ἄνδρα ἐπιστάντα συμβουλεύειν, τοὺς ἱρέας τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ συλλέξαντα πάντας, μέσους διαταμεῖν· ἰδόντα δὲ τὴν ὄψιν ταύτην λέγειν αὐτὸν, ὡς πρόφασίν οἱ δοκέοι ταύτην τοὺς θεοὺς προδεικνύναι, ἵνα ἀσεβήσας περὶ τὰ ἱρὰ, κακόν τι πρὸς θεῶν ἢ πρὸς ἀνθρώπων λάβοι· οὔκων ποιήσειν ταῦτα· ἀλλὰ γάρ οἱ ἐξεληλυθέναι τὸν χρόνον, ὁκόσον κεχρῆσθαι ἄρξαντα Αἰγύπτου

parte stadium metitur. In introitu strata lapide via est trium fere stadiorum longitudine, per forum ferens orientem versus: quadringentos pedes patens in latitudinem, utrimque arboribus consita ad coelum porrectis; fert autem ad Mercurii templum. Haec est templi huius ratio. (139.) Ad extremum vero Aegypto excessisse aiebant Aethiopem hac occasione. Viso nocturno territum, fugâ se recepisse: visus quippe sibi erat adstantem videre hominem, qui ei suaderet, ut sacerdotes omnes, qui in Aegypto essent, congregaret, et medios discinderet. Hac conspectâ visione dixisse eum, videri sibi Deos hanc ostendere voluisse occasionem, qua, piaculo in sacra admisso, aut a diis ipsis aut ab hominibus magno malo mulctaretur; se vero hoc facinus non admissurum: sed exiisse tempus, quo exacto, postquam interim in Ae-

ἐκχωρήσειν. ἐν γὰρ τῇ Αἰθιοπίῃ ἐόντι αὐτῷ τὰ μαντήϊα, τοῖσι χρέωνται Αἰθίοπες, ἀνεῖλε, ὡς δέοι αὐτὸν Αἰγύπτου βασιλεῦσαι ἔτεα πεντήκοντα. ὡς ὧν ὁ χρόνος οὗτος ἐξήϊε, καὶ αὐτὸν ἡ ὄψις τοῦ ἐνυπνίου ἐπεταράσσε,
15 ἑκὼν ἀπαλλάσσεται ἐκ τῆς Αἰγύπτου ὁ Σαβακῶς.

Ὡς δ' ἄρα οἴχεσθαι τὸν Αἰθίοπα ἐξ Αἰγύπτου, αὖτις 140 τὸν τυφλὸν ἄρχειν, ἐκ τῶν ἑλέων ἀπικόμενον· ἔνθα πεντήκοντα ἔτεα, νῆσον χώσας σποδῷ τε καὶ γῇ, οἴκεε. ὅκως γάρ οἱ φοιτᾶν σῖτον ἄγοντας Αἰγυπτίων ὡς ἑκά-
5 στοισι προστετάχθαι σιγῇ τοῦ Αἰθίοπος, ἐς τὴν δωρεὴν κελεύειν σφέας καὶ σποδὸν κομίζειν. ταύτην τὴν νῆσον οὐδεὶς πρότερον ἐδυνάσθη Ἀμυρταίου ἐξευρεῖν· ἀλλὰ ἔτεα ἐπὶ πλέω ἢ ἑπτακόσια οὐκ οἷοί τε ἦσαν αὐτὴν ἀνευρεῖν

CXL. 8. ἑπτακόσια. *Corrigunt alii* τριηκόσια, CCC. *alii* πεντακόσια, quingentos annos.

gypto regnasset, discedendum sibi esset. Etenim, quum in Aethiopiâ etiam tum fuisset, oracula, quibus utuntur Aethiopes, edixerant, *regnare eum in Aegypto debere quinquaginta annos.* Itaque finito hoc tempore, territus etiam nocturno viso, sponte ex Aegypto discessit *Sabacos.* (140.) Post cuius discessum regnasse iterum dixerunt caecum illum, redeuntem e paludibus, ubi quinquaginta annos insulam habitaverat, quam aggere ex cinere et terra adgesto circumdederat. Quoties enim advenissent Aegyptii, prout quibusque imperatum fuisset, inscio Aethiope frumentum ei adferentes, iussisse eum hos ut eum reliquo dono etiam cinerem sibi adferrent. Hanc insulam nemo ante Amyrtaeum potuit invenire: sed per septingentos annos et amplius anquisiverant eam su-

[illegible]

... partim ...
et hinc fere studiorum ...
... :
...itudinem, utrumque ...
pueris; ferentem ad M...
... huius rei. (139.)
gypto excessisse dicunt Ae...
Viso nocturno territum, fugâ
pe sibi esse adstantem videre
dere, ut sacerdotes omnes, q...
congregaret, et medios disci...
visione dixisse eum, videri sibi
... occasionem, qua, piacu...
aut a diis ipsis aut ab hominibus
...; se vero hoc facinus non
... tempus, quo exacto, postqu...

ῇ Αἰθιοπίῃ ἐόντι αὐτῷ τὰ μαντήϊα,
-τες, ἀνεῖλε, ὡς δέοι αὐτὸν Αἰγύ-
-εα πεντήκοντα. ὡς ὦν ὁ χρόνος οὗ-
-ν ἡ ὄψις τοῦ ἐνυπνίου ἐπεταράσσε,
-αι ἐκ τῆς Αἰγύπτου ὁ Σαβακῶς.
-αι τὸν Αἰθίοπα ἐξ Αἰγύπτου, αὖτις 140
-, ἐκ τῶν ἑλέων ἀπικόμενον· ἔνθα πεν-
-σον χώσας σποδῷ τε καὶ γῇ, οἴκεε.
-τῶν σῖτον ἄγοντας Αἰγυπτίων ὡς ἑκά-
-χθαι σιγῇ τοῦ Αἰθίοπος, ἐς τὴν δωρεὴν
-ς καὶ σποδὸν κομίζειν. ταύτην τὴν νῆσον
ἐδυνάσθη Ἀμυρταίου ἐξευρεῖν· ἀλλὰ ἔτεα
-ἑπτακόσια οὐκ οἷοί τε ἦσαν αὐτὴν ἀνευρεῖν

-κόσια. *Corrigunt alii* τριηκόσια, CCC. *alii* πεν-
-, quingentos annos.

-nasset, discedendum sibi esset. Etenim,
Aethiopiâ etiam tum fuisset, oracula, qui-
-tur Aethiopes, edixerant, *regnare eum in*
debere quinquaginta annos. Itaque finito
-pore, territus etiam nocturno viso, sponte
-ypto discessit *Sabacos*. (140.) Post cuius dis-
regnasse iterum dixerunt caecum illum, re-
-m e paludibus, ubi quinquaginta annos insu-
-bitaverat, quam aggere ex cinere et terra adgesto
-ndederat. Quoties enim advenissent Aegyptii,
quibusque imperatum fuisset, inscio Aethiope
-entum ei adferentes, iussisse eum hos ut eum
-quo dono etiam cinerem sibi adferrent. Hanc in-
-m nemo ante Amyrtaeum potuit invenire: sed per
-tingentos annos et amplius anquisiverant eam su-

οἱ πρότεροι γινόμενοι βασιλῆες Ἀμυρταίου· οὔνομα δὲ ταύτῃ τῇ νήσῳ Ἐλβώ· μέγαθος δ᾽ ἐστὶ πάντῃ δέκα σταδίων.

141 Μετὰ δὲ τοῦτον, βασιλεῦσαι τὸν ἱρέα τοῦ Ἡφαίστου, τῷ οὔνομα εἶναι Σεθών· τὸν ἐν ἀλογίῃσι ἔχειν παραχρησάμενον τῶν μαχίμων Αἰγυπτίων, ὡς οὐδὲν δεησόμενον αὐτῶν· ἄλλα τε δὴ ἄτιμα ποιεῦντα ἐς αὐτούς, καί σφεας ἀπελέσθαι τὰς ἀρούρας, τοῖσι ἐπὶ τῶν προτέρων βασιλήων δεδόσθαι ἐξαιρέτους ἑκάστῳ δυώδεκα ἀρούρας. μετὰ δέ, ἐπ᾽ Αἴγυπτον ἐλαύνειν στρατὸν μέγαν Σαναχάριβον βασιλέα Ἀραβίων τε καὶ Ἀσσυρίων. οὔκων δὴ ἐθέλειν τοὺς μαχίμους τῶν Αἰγυπτίων βοηθέειν· τὸν δὲ ἱρέα ἐς ἀπορίην ἀπειλημένον, ἐσελθόντα ἐς τὸ μέγαρον, πρὸς τὤγαλμα ἀποδύρεσθαι οἷα κινδυνεύει παθέειν. ὀλοφυρόμενον δ᾽ ἄρα μιν ἐπελθεῖν ὕπνον,

periores Amyrtaeo reges, nec reperire potuerant. Est autem nomen insulae Elbo: magnitudo decem stadiorum quaquaversum.

(141.) Post istum regnasse sacerdotem Vulcani, cui nomen *Sethon*. Hunc neglexisse, nec ullo loco habuisse bellatorum ordinem, quasi nihil his indigeret: et quum aliis rebus ignominiose eos tractasse, tum ademisse eis iugera, quae sub prioribus regibus eximia cuique duodecim fuerant adtributa. Deinde vero, quum adversus Aegyptum ingentem exercitum duceret *Sanacharibus*, Arabum et Assyriorum rex, noluisse pugnatum exire bellatores Aegyptiorum. Et sacerdotem, ad consilii inopiam redactum, aedem dei ingressum, apud simulacrum esse lamentatum, quantae calamitatis periculum adiret. Lamentanti ob-

καί οἱ δόξαι ἐν τῇ ὄψι, ἐπιστάντα τὸν θεὸν θαρσύνειν, ὡς οὐδὲν πείσεται ἄχαρι ἀντιάζων τὸν Ἀραβίων στρατόν· αὐτὸς γάρ οἱ πέμψειν τιμωρούς. τούτοισι δή μιν πίσυνον τοῖσι ἐνυπνίοισι, παραλαβόντα Αἰγυπτίων τοὺς βουλομένους οἱ ἕπεσθαι, στρατοπεδεύσασθαι ἐν Πηλουσίῳ· ταύτῃ γάρ εἰσι αἱ ἐσβολαί· ἕπεσθαι δέ οἱ τῶν μαχίμων μὲν οὐδένα ἀνδρῶν, καπήλους δὲ, καὶ χειρώνακτας, καὶ ἀγοραίους ἀνθρώπους. ἐνθαῦτα ἀπικομένους, τοῖσι ἐναντίοισι αὐτοῖσι ἐπιχυθέντας νυκτὸς μῦς ἀρουραίους, κατὰ μὲν φαγέειν τοὺς φαρετρεῶνας αὐτέων, κατὰ δὲ τὰ τόξα· πρὸς δὲ, τῶν ἀσπίδων τὰ ὄχανα, ὥστε τῇ ὑστεραίῃ φευγόντων σφέων, γυμνῶν ὅπλων, πεσέειν πολλούς. καὶ νῦν οὗτος ὁ βασιλεὺς ἕστηκε ἐν τῷ ἱρῷ τοῦ Ἡφαίστου λίθινος, ἔχων ἐπὶ τῆς χειρὸς

repsisse somnum, et per quietem visum ei esse, adstantem deum iussisse eum confidere, quippe nihil incommodi passurum, si Arabico exercitui obviam isset: ipsum enim deum auxiliares ei copias missurum. Hoc insomnio fretum, adsumtis quicumque ex Aegyptiis sequi eum voluissent, castra Pelusii posuisse, ubi est in Aegyptum introitus: ex bellatorum vero ordine neminem signa eius esse secutum: nonnisi institores et operarios et ex foro homines secum habuisse. Eo postquam venissent, noctu sola hostium castra invasisse effusam murium agrestium multitudinem, qui illorum pharetras et arcus et scutorum ansas corrosissent; unde factum, ut postridie, quum armis nudati profugerent hostes, magna eorum multitudo concideretur. Atque etiam nunc Vulcani in templo stat regis huius statua lapidea, murem manu

μῦν, λέγων διὰ γραμμάτων τάδε· ἘΣ ἘΜΕ ΤΙΣ ὉΡΕΩΝ, ΕὐΣΕΒΗΣ ἘΣΤΩ.

142 ἘΣ ΜΕΝ τοσόνδε τοῦ λόγου Αἰγύπτιοί τε καὶ οἱ ἱρέες ἔλεγον, ἀποδεικνύντες, ἀπὸ τοῦ πρώτου βασιλέος, ἐς τοῦ Ἡφαίστου τὸν ἱρέα τοῦτον τὸν τελευταῖον βασιλεύσαντα, μίην τε καὶ τεσσεράκοντα καὶ τριηκοσίας ἀνθρώπων γενεὰς γενομένας, καὶ ἐν ταύτῃσι ἀρχιρέας καὶ βασιλέας ἑκατέρους τοσούτους γενομένους. καί τοι τριηκόσιαι μὲν ἀνδρῶν γενεαὶ δυνέαται μύρια ἔτεα· γενεαὶ γὰρ τρεῖς ἀνδρῶν, ἑκατὸν ἔτεά ἐστι. μιῆς δὲ καὶ τεσσεράκοντα ἔτι τῶν ἐπιλοίπων γενεέων, αἳ ἐπῆσαν τῇσι τριηκοσίῃσι, ἔστι τεσσεράκοντα καὶ τριηκόσια καὶ χίλια ἔτεα. οὕτω ἐν μυρίοισί τε ἔτεσι καὶ χιλίοισι, καὶ πρὸς, τριηκοσίοισί τε καὶ τεσσεράκοντα, ἔλεγον θεὸν ἀνθρωποειδέα οὐδένα γενέσθαι· οὐ μέν τοι οὐδὲ

tenentis, cum inscriptione in hanc sententiam: *Me intuens, deos colere disce!*

(142.) Adhuc ea exposui, quae ab Aegyptiis et praesertim a sacerdotibus eorum narrantur; qui a primo rege usque ad hunc postremo regnantem Vulcani sacerdotem adfirmant generationes hominum fuisse trecentas quadraginta et unam, intraque eas totidem sacerdotes totidemque reges fuisse. Atqui trecentae hominum generationes efficiunt decem annorum millia, quandoquidem tres hominum aetates centum annos conficiunt. Una autem et quadraginta reliquae aetates, quae supra trecentas erant, colligunt annos mille trecentos et quadraginta. Itaque intra undecies mille trecentos et quadraginta annos dixerunt deum nullum sub hominis formâ exstitisse: at-

πρότερον, οὐδὲ ὕστερον ἐν τοῖσι ὑπολοίποισι Αἰγύπτου
15 βασιλεῦσι γενομένοισι, ἔλεγον τοιοῦτον οὐδέν. Ἐν τοίνυν τούτῳ τῷ χρόνῳ τετράκις ἔλεγον ἐξ ἠθέων τὸν ἥλιον ἀνατεῖλαι· ἔνθα τε νῦν καταδύεται, ἐνθεῦτεν δὶς ἐπαντεῖλαι· καὶ ἔνθεν νῦν ἀνατέλλει, ἐνθαῦτα δὶς καταδῦναι· καὶ οὐδὲν τῶν κατ' Αἴγυπτον ὑπὸ ταῦτα ἑτεροιω-
20 θῆναι, οὔτε τὰ ἐκ τῆς γῆς, οὔτε τὰ ἐκ τοῦ ποταμοῦ σφι γινόμενα, οὔτε τὰ ἀμφὶ νούσους, οὔτε τὰ κατὰ τοὺς θανάτους. Πρότερον δὲ Ἑκαταίῳ τῷ λογοποιῷ 143 ἐν Θήβῃσι γενεηλογήσαντί τε ἑωυτὸν, καὶ ἀναδήσαντι τὴν πατριὴν ἐς ἑκκαιδέκατον θεὸν, ἐποίησαν οἱ ἱρέες τοῦ Διὸς, οἷόν τι καὶ ἐμοὶ οὐ γενεηλογήσαντι ἐμεωυτόν.
5 ἐσαγαγόντες ἐς τὸ μέγαρον ἔσω, ἐὸν μέγα, ἐξηρίθμεον δεικνύντες κολοσσοὺς ξυλίνους τοσούτους ὅσους περ εἶπον·

que etiam nec antea, nec postea, in reliquis Aegypti regibus, tale quidquam fuisse. Intra vero illud temporis spatium, dixerunt, solem quater extra suam sedem ortum esse; et, ubi nunc occidit, inde bis esse ortum; unde nunc oritur, ibi bis occidisse: et inter haec tamen nihil eorum, quae in Aegypto esse consuerunt, fuisse mutatum; neque quod ad terrae proventus adtinet, nec quod ad ea quae fluvius ipsis largitur, nec quod ad morbos, nec quod ad mortalitatem. (143.) Atque ante me *Hecataeo*, historiarum scriptori, Thebis originem generis sui recensenti, illamque ad deum tamquam decimum sextum progenitorem referenti, idem fecerunt sacerdotes Iovis, quod mihi, genus meum non recensenti. In aedem amplam me introducentes, monstrabant numerabantque statuas ligneas tot quot dixerant. Ibi namque

ἀρχιρεὺς γὰρ ἕκαστος αὐτόθι ἵσταται ἐπὶ τῆς ἑωυτοῦ ζόης εἰκόνα ἑωυτοῦ. ἀριθμέοντες ὦν, καὶ δεικνύντες οἱ ἱρέες ἐμοὶ, ἀπεδείκνυσαν παῖδα πατρὸς ἑωυτῶν ἕκαστον ἐόντα, ἐκ τοῦ ἄγχιστα ἀποθανόντος τῆς εἰκόνος διεξιόντες διὰ πασέων, ἕως οὗ ἀπέδεξαν ἁπάσας αὐτάς. 10
Ἑκαταίῳ δὲ γενεηλογήσαντι ἑωυτὸν, καὶ ἀναδήσαντι ἐς ἑκκαιδέκατον θεὸν, ἀντεγενεηλόγησαν ἐπὶ τῇ ἀριθμήσει, οὐ δεκόμενοι παρ᾽ αὐτοῦ, ἀπὸ θεοῦ γενέσθαι ἄνθρωπον. ἀντεγενεηλόγησαν δὲ ὧδε, φάμενοι ἕκαστον 15
τῶν κολοσσῶν Πίρωμιν ἐκ Πιρώμιος γεγονέναι· ἐς ὃ τοὺς πέντε καὶ τεσσεράκοντα καὶ τριηκοσίους ἀπέδεξαν κολοσσοὺς, Πίρωμιν ἐκ Πιρώμιος γενόμενον, καὶ οὔτε ἐς θεὸν, οὔτε ἐς ἥρωα ἀνέδησαν αὐτούς. Πίρωμις δέ ἐστι κατ᾽ Ἑλλάδα γλῶσσαν καλὸς κἀγαθός. 20
144 Ἤδη ὦν, τῶν αἱ εἰκόνες ἦσαν, τοιούτους ἀπεδείκνυσάν

quisque summus sacerdos, dum vivit, imaginem suam ponit. Numerantes igitur monstrantesque mihi hasce imagines, incipiendo ab eo qui proxime mortuus erat, confirmarunt mihi, unumquemque esse filium alterius, patrique successisse; atque ita omnes recensuerunt imagines, donec mihi cunctas demonstrassent. Hecataeo vero genus suum recensenti, originemque suam a sexto decimo deo progenitore repetenti, horum genealogiam, postquam omnes enumeraverant, opposuerunt; non admittentes quod ille adfirmabat, ex deo generari hominem: opposuerunt autem ita, ut dicerent, unumquemque horum esse *piromin*, *ex piromi natum;* neque a deo aliquo, aut a semideo, genus illorum repetentes. *Piromis* autem graeco sermone significat *virum probum honestumque*. (144.) Igitur

σφέας πάντας ἐόντας, θεῶν δὲ πολλὸν ἀπαλλαγμένους. τὸ δὲ πρότερον τῶν ἀνδρῶν τούτων, θεοὺς εἶναι τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ ἄρχοντας, οἰκέοντας ἅμα τοῖσι ἀν-
5 θρώποισι· καὶ τούτων αἰεὶ ἕνα τὸν κρατέοντα εἶναι· ὕστατον δὲ αὐτῆς βασιλεῦσαι Ὦρον τὸν Ὀσίριος παῖδα, τὸν Ἀπόλλωνα Ἕλληνες ὀνομάζουσι· τοῦτον καταπαύσαντα Τυφῶνα, βασιλεῦσαι ὕστατον Αἰγύπτου. Ὄσιρις δέ ἐστι Διόνυσος κατὰ Ἑλλάδα γλῶσσαν.

145 Ἐν Ἕλλησι μέν νυν νεώτατοι τῶν θεῶν νομίζονται εἶναι Ἡρακλῆς τε καὶ Διόνυσος καὶ Πάν· παρ' Αἰγυπτίοισι δὲ, Πὰν μὲν, ἀρχαιότατος, καὶ τῶν ὀκτὼ τῶν πρώτων λεγομένων θεῶν· Ἡρακλῆς δὲ, τῶν δευτέρων, τῶν
5 δυώδεκα λεγομένων εἶναι· Διόνυσος δὲ, τῶν τρίτων, οἳ

hos, quorum illae sunt imagines, fuisse tales adseverarunt, multumque a diis diversos. Ante homines autem istos, dixerunt, deos fuisse qui in Aegypto regnassent, simulque cum hominibus illam habitassent; et ex his semper unum fuisse, qui summum imperium teneret. Postremum horum in Aegypto regnasse *Orum*, Osiridis filium, quem *Apollinem* Graeci nominant: hunc finem fecisse *Typhonis* potentiae, postremumque ex deorum numero regem fuisse Aegypti. *Osiris* autem, Graecorum sermone *Dionysos* (sive *Bacchus*) est.

(145.) Iam apud Graecos quidem novissimi deorum censentur esse *Hercules* et *Bacchus* et *Pan*. Apud Aegyptios vero *Pan* antiquissimus: est enim ex octo *primorum*, qui dicuntur, *deorum* numero; *Hercules* vero ex numero duodecim illorum, qui *secundi* nominantur. *Bacchus* vero ex *tertiorum* nu-

ἀρχιρεὺς γὰρ ἕκαστος αὐτόθι ἵσταται ἐπὶ τῆς ἑωυτοῦ ζόης εἰκόνα ἑωυτοῦ. ἀριθμέοντες ὦν, καὶ δεικνύντες οἱ ἱρέες ἐμοὶ, ἀπεδείκνυσαν παῖδα πατρὸς ἑωυτῶν ἕκαστον ἐόντα, ἐκ τοῦ ἄγχιστα ἀποθανόντος τῆς εἰκόνος διεξιόν- 10 τες διὰ πασέων, ἕως οὗ ἀπέδεξαν ἁπάσας αὐτάς. Ἑκαταίῳ δὲ γενεηλογήσαντι ἑωυτὸν, καὶ ἀναδήσαντι ἐς ἑκκαιδέκατον θεὸν, ἀντεγενεηλόγησαν ἐπὶ τῇ ἀριθμήσει, οὐ δεκόμενοι παρ' αὐτοῦ, ἀπὸ θεοῦ γενέσθαι ἄνθρωπον. ἀντεγενεηλόγησαν δὲ ὧδε, φάμενοι ἕκαστον 15 τῶν κολοσσῶν Πίρωμιν ἐκ Πιρώμιος γεγονέναι· ἐς ὃ τοὺς πέντε καὶ τεσσεράκοντα καὶ τριηκοσίους ἀπέδεξαν κολοσσοὺς, Πίρωμιν ἐκ Πιρώμιος γενόμενον, καὶ οὔτε ἐς θεὸν, οὔτε ἐς ἥρωα ἀνέδησαν αὐτούς. Πίρωμις δέ ἐστι κατ' Ἑλλάδα γλῶσσαν καλὸς κἀγαθός. 20

144 Ἤδη ὦν, τῶν αἱ εἰκόνες ἦσαν, τοιούτους ἀπεδείκνυσάν

quisque summus sacerdos, dum vivit, imaginem suam ponit. Numerantes igitur monstrantesque mihi hasce imagines, incipiendo ab eo qui proxime mortuus erat, confirmarunt mihi, unumquemque esse filium alterius, patrique successisse; atque ita omnes recensuerunt imagines, donec mihi cunctas demonstrassent. Hecataeo vero genus suum recensenti, originemque suam a sexto decimo deo progenitore repetenti, horum genealogiam, postquam omnes enumeraverant, opposuerunt; non admittentes quod ille adfirmabat, ex deo generari hominem: opposuerunt autem ita, ut dicerent, unumquemque horum esse *piromin*, *ex piromi natum;* neque a deo aliquo, aut a semideo, genus illorum repetentes. *Piromis* autem graeco sermone significat *virum probum honestumque*. (144.) Igitur

σφεας πάντας ἐόντας, θεῶν δὲ πολλὸν ἀπαλλαγμένους. τὸ δὲ πρότερον τῶν ἀνδρῶν τούτων, θεοὺς εἶναι τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ ἄρχοντας, οἰκέοντας ἅμα τοῖσι ἀν-
5 θρώποισι· καὶ τούτων αἰεὶ ἕνα τὸν κρατέοντα εἶναι· ὕστατον δὲ αὐτῆς βασιλεῦσαι Ὧρον τὸν Ὀσίριος παῖδα, τὸν Ἀπόλλωνα Ἕλληνες ὀνομάζουσι· τοῦτον καταπαύσαντα Τυφῶνα, βασιλεῦσαι ὕστατον Αἰγύπτου. Ὄσιρις δέ ἐστι Διόνυσος κατὰ Ἑλλάδα γλῶσσαν.

Ἐν Ἕλλησι μέν νυν νεώτατοι τῶν θεῶν νομίζονται 145 εἶναι Ἡρακλῆς τε καὶ Διόνυσος καὶ Πάν· παρ᾽ Αἰγυπτίοισι δὲ, Πὰν μὲν, ἀρχαιότατος, καὶ τῶν ὀκτὼ τῶν πρώτων λεγομένων θεῶν· Ἡρακλῆς δὲ, τῶν δευτέρων, τῶν
5 δυώδεκα λεγομένων εἶναι· Διόνυσος δὲ, τῶν τρίτων, οἳ

hos, quorum illae sunt imagines, fuisse tales adseverarunt, multumque a diis diversos. Ante homines autem istos, dixerunt, deos fuisse qui in Aegypto regnassent, simulque cum hominibus illam habitassent; et ex his semper unum fuisse, qui summum imperium teneret. Postremum horum in Aegypto regnasse *Orum*, Osiridis filium, quem *Apollinem* Graeci nominant: hunc finem fecisse *Typhonis* potentiae, postremumque ex deorum numero regem fuisse Aegypti. *Osiris* autem, Graecorum sermone *Dionysos* (sive *Bacchus*) est.

(145.) Iam apud Graecos quidem novissimi deorum censentur esse *Hercules* et *Bacchus* et *Pan*. Apud Aegyptios vero *Pan* antiquissimus: est enim ex octo *primorum*, qui dicuntur, *deorum* numero; *Hercules* vero ex numero duodecim illorum, qui *secundi* nominantur. *Bacchus* vero ex *tertiorum* nu-

ἐκ τῶν δυώδεκα θεῶν ἐγένοντο. Ἡρακλέϊ μὲν δὴ ὅσα αὐτοὶ Αἰγύπτιοί φασι εἶναι ἔτεα ἐς Ἄμασιν βασιλέα, δεδήλωταί μοι πρόσθε· Πανὶ δὲ ἔτι τούτων πλέονα λέγεται εἶναι, Διονύσῳ δ' ἐλάχιστα τούτων· καὶ τούτῳ πεντακισχίλια καὶ μύρια λογίζονται εἶναι ἐς Ἄμασιν 10 βασιλέα. καὶ ταῦτα Αἰγύπτιοι ἀτρεκέως φασὶ ἐπίστασθαι, αἰεί τε λογιζόμενοι, καὶ αἰεὶ ἀπογραφόμενοι τὰ ἔτεα. Διονύσῳ μέν νυν τῷ ἐκ Σεμέλης τῆς Κάδμου λεγομένῳ γενέσθαι, κατὰ ἑξακόσια ἔτεα καὶ χίλια μάλιστά ἐστι ἐς ἐμέ· Ἡρακλέϊ δὲ τῷ Ἀλκμήνης, 15 κατὰ εἰνακόσια ἔτεα· Πανὶ δὲ τῷ ἐκ Πηνελόπης, (ἐκ ταύτης γὰρ καὶ Ἑρμέω λέγεται γενέσθαι ὑπὸ Ἑλλήνων ὁ Πάν·) ἐλάσσω ἔτεά ἐστι τῶν Τρωϊκῶν, κατὰ 146 τὰ ὀκτακόσια μάλιστα ἐς ἐμέ. Τούτων ὦν ἀμφοτέ-

CXLV. 14. ἑξακόσια. ἑξήκοντα *corrigunt viri doctissimi.*

mero, qui a duodecim diis generati sunt. Quot annos effluxisse dicant Aegyptii ab Hercule usque ad Amasin regem, supra memoravi: a Pane vero ad Amasin plures etiam numerantur anni; a Baccho vero minimus annorum numerus: atqui ab hoc, usque ad Amasin regem, numerantur quindecim annorum millia. Et haec se adcurate nosse contendunt Aegyptii, quippe constanter numerum iniisse, et scripto consignasse annos. Atqui a Baccho, qui Semele natus perhibetur, Cadmi filiâ, ad meam aetatem, circiter mille et sexcenti admodum anni sunt; ab Hercule vero, Alcmenae filio, nongenti plus minus; a Pane vero, Penelopae filio, (ex hac enim et Mercurio prognatus Pan perhibetur a Graecis:) minor etiam annorum numerus quam a bello Troiano, anni circiter non-

ρων πάρεστι χρᾶσθαι τοῖσί τις πείσεται λεγομένοισι
μᾶλλον· ἐμοὶ δ᾽ ὦν ἡ περὶ αὐτέων γνώμη ἀποδέδεκται.
εἰ μὲν γὰρ Φανεροί τε ἐγένοντο καὶ κατεγήρασαν καὶ
5 οὗτοι ἐν τῇ Ἑλλάδι, κατάπερ Ἡρακλέης ὁ ἐξ Ἀμφι-
τρύωνος γενόμενος, καὶ δὴ καὶ Διόνυσος ὁ ἐκ Σεμέλης,
καὶ Πὰν ὁ ἐκ Πηνελόπης γενόμενος, ἔφη ἄν τις, καὶ
τούτους ἄλλους, ἄνδρας γενομένους, ἔχειν τὰ ἐκείνων
οὐνόματα τῶν προγεγονότων θεῶν. νῦν δὲ Διόνυσόν τε
10 λέγουσι οἱ Ἕλληνες, ὡς αὐτίκα γενόμενον ἐς τὸν μηρὸν
ἐνεῤῥάψατο Ζεὺς, καὶ ἤνεικε ἐς Νύσαν τὴν ὑπὲρ Αἰγύ-
πτου ἐοῦσαν ἐν τῇ Αἰθιοπίῃ· καὶ Πανός γε πέρι οὐκ
ἔχουσι εἰπεῖν ὅκῃ ἐτράπετο γενόμενος. δῆλά μοι ὦν γέ-
γονε, ὅτι ὕστερον ἐπύθοντο οἱ Ἕλληνες τούτων τὰ οὐνό-

genti admodum, ad meam usque aetatem. (146.) Ex duabus igitur, quas dixi, rationibus utatur quisque eâ, quae probabilior quam altera ipsi visa fuerit: equidem, quae mea de his sententia sit, declaravi. Quod si enim et isti olim in Graecia conspicui fuissent, ibique consenuissent, quemadmodum Hercules Amphitryone genitus, et Bacchus Semeles filius, et Pan ex Penelope natus; dicere quispiam etiam posset, hosce alios, [hosce posteriores, illorum cognomines,] quum homines fuissent, nomina gessisse priscorum istorum deorum. Nunc vero, quod ad Bacchum adtinet, dicunt Graeci, simulatque natus fuisset, ab Iove insutum esse femori, et Nysam deportatum, quae supra Aegyptum est in Aethiopiâ; de Pane vero, quonam delatus sit a partu, ne habent quidem quod dicant. Ex quo mihi manifestum factum est, Graecos deorum horum nomina posterius, quam reliquo-

ματα, ἢ τὰ τῶν ἄλλων θεῶν. ἀπ' οὗ δὲ ἐπύθοντο 15
χρόνου, ἀπὸ τούτου γενεηλογέουσι αὐτέων τὴν γένεσιν.
Ταῦτα μέν νυν αὐτοὶ Αἰγύπτιοι λέγουσι.

147 ὍΣΑ ΔΕ οἵ τε ἄλλοι ἄνθρωποι καὶ Αἰγύπτιοι λέγουσι, ὁμολογέοντες τοῖσι ἄλλοισι, κατὰ ταύτην τὴν χώρην γενέσθαι, ταῦτ' ἤδη φράσω· προσέσται δέ τι αὐτοῖσι καὶ τῆς ἐμῆς ὄψιος. Ἐλευθερωθέντες Αἰγύπτιοι μετὰ τὸν ἱρέα τοῦ Ἡφαίστου βασιλεύσαντα, (οὐδένα 5
γὰρ χρόνον οἷοί τε ἦσαν ἄνευ βασιλῆος διαιτᾶσθαι,) ἐστήσαντο δυώδεκα βασιλέας, δυώδεκα μοίρας δασάμενοι Αἴγυπτον πᾶσαν. οὗτοι ἐπιγαμίας ποιησάμενοι, ἐβασίλευον, νόμοισι τοισίδε χρεώμενοι, μήτε καταιρέειν ἀλλήλους, μήτε πλέον τι δίζησθαι ἔχειν τὸν 10
ἕτερον τοῦ ἑτέρου, εἶναί τε φίλους τὰ μάλιστα. τῶνδε δὲ εἵνεκα τοὺς νόμους τούτους ἐποιεῦντο, ἰσχυρῶς περι-

rum deorum, cognovisse; ab illo autem tempore, quo eos primum cognoverunt, genus eorum et nativitatem repetiisse. Atque ista quidem dicunt soli Aegyptii.

(147.) NUNC vero, quae et alii homines, et Aegyptii ipsi, illis consentientes, memorant gesta in Aegypto esse, ea exponere adgredior: inerunt autem his etiam nonnulla quae ego ipse vidi. Post sacerdotis Vulcani regnum libertatem adepti Aegyptii, quum nullo tempore sine regibus vivere possent, *duodecim Reges* constituerunt, universâ Aegypto in duodecim partes distributâ. Hi, contractis inter se adfinitatibus, hisque constitutis legibus regnabant, ut nullus alterum opprimeret, nec plus alter altero cuperet habere, essentque artissimâ amicitiâ inter se iuncti. Leges

στέλλοντες· ἐκέχρηστό σφι κατ' ἀρχὰς αὐτίκα ἐνισταμένοισι ἐς τὰς τυραννίδας „τὸν χαλκέῃ φιάλῃ σπείσαν-
15 τα αὐτέων ἐν τῷ ἱρῷ τοῦ Ἡφαίστου, τοῦτον ἁπάσης βασιλεύσειν Αἰγύπτου." ἐς γὰρ δὴ τὰ πάντα ἱρὰ συνελέγοντο. Καὶ δή σφι μνημόσυνα ἔδοξε λιπέσθαι κοινῇ· δόξαν δέ σφι, ἐποιήσαντο λαβύρινθον, ὀλίγον ὑπὲρ τῆς λίμνης τῆς Μοίριος, κατὰ κροκοδείλων καλεομένην πόλιν μάλιστά κῃ κείμενον· τὸν ἐγὼ ἤδη ἴδον λόγου μέ-
5 ζω. εἰ γάρ τις τὰ ἐξ Ἑλλήνων τείχεά τε καὶ ἔργων ἀπόδεξιν συλλογίσαιτο, ἐλάσσονος πόνου τε ἂν καὶ δαπάνης φανείη ἐόντα τοῦ λαβυρίνθου τούτου· καί τοι ἀξιόλογός γε καὶ ὁ ἐν Ἐφέσῳ ἐστὶ νηὸς, καὶ ὁ ἐν Σάμῳ· ἦσαν μέν νυν καὶ αἱ πυραμίδες λόγου μέζο-
10 νες, καὶ πολλῶν ἑκάστη αὐτέων Ἑλληνικῶν ἔργων καὶ

148

autem istas et initio constituerant et magno studio tuebantur hac caussâ, quod in ipso statim initio, quum regna adgrederentur, edixerat illis oraculum: *qui ex illorum numero aeneâ phialâ libaverit in Vulcani templo, eum totius Aegypti regno potiturum.* Namque in omnibus templis conveniebant. (148.) Monumentum etiam commune relinquere decreverunt; ex eorumque decreto aedificatus est *Labyrinthus*, paulo supra Moeridis lacum, ex adverso oppidi quod a Crocodilis nomen habet: quem ego vidi famâ etiam maiorem. Si quis enim aedificia omnia atque opera a Graecis perfecta animo comprehenderit, reperientur illa et labore et sumtu inferiora labyrintho; quamvis memorabilis utique sit Ephesi templum, itemque illud quod Sami est. Et erant quidem etiam pyramides opera famam superantia, et ma-

μεγάλων ἀνταξίη· ὁ δὲ δὴ λαβύρινθος καὶ τὰς πυραμίδας ὑπερβάλλει. τοῦ γὰρ δυώδεκα μέν εἰσι αὐλαὶ κατάστεγοι, ἀντίπυλοι ἀλλήλῃσι· ἓξ μὲν πρὸς βορέω, ἓξ δὲ πρὸς νότον τετραμμέναι συνεχέες· τοῖχος δὲ ἔξωθεν ὁ αὐτός σφεας περιέργει. οἰκήματα δ' ἔνεστι διπλᾶ, τὰ μὲν, ὑπόγαια, τὰ δὲ, μετέωρα ἐπ' ἐκείνοισι, τρισχίλια ἀριθμὸν, πεντακοσίων καὶ χιλίων ἑκάτερα. τὰ μέν νυν μετέωρα τῶν οἰκημάτων αὐτοί τε ὡρέομεν διεξιόντες, καὶ αὐτοὶ θεησάμενοι λέγομεν· τὰ δὲ αὐτέων ὑπόγαια λόγοισι ἐπυνθανόμεθα. οἱ γὰρ ἐπεστεῶτες τῶν Αἰγυπτίων δεικνύναι αὐτὰ οὐδαμῶς ἤθελον, φάμενοι θήκας αὐτόθι εἶναι τῶν τε ἀρχὴν τὸν λαβύρινθον τοῦτον οἰκοδομησαμένων βασιλήων, καὶ τῶν ἱρῶν κροκοδείλων. οὕτω τῶν μὲν κάτω πέρι οἰκημάτων

rum quaelibet multis eisque magnis Graecorum operibus simul sumtis aequiparanda: sed labyrinthus nimirum pyramides etiam superat. Habet enim duodecim aulas aedificiis cinctas, portis sibi mutuo obversis, sex ad septentrionem, sex ad meridiem spectantes, omnes inter se contiguas: unus autem murus cunctas extrinsecus includit. Conclavia sunt duplicia, alia subterranea, alia super his in sublimi, numero ter mille; cuiusque generis mille et quingenta. Quae supra terram sunt conclavia, ipsi vidimus et transiimus, et oculati testes de his loquimur. Quae vero sub terrâ sunt, auditu cognovimus: nam Aegyptii, his praepositi, nullo pacto monstrare ea nobis voluerunt, dicentes esse ibi sepulcra regum, qui labyrinthum aedificarunt, et sacrorum crocodilorum. Igitur de his subterraneis non nisi audita re-

25 ἀκοῇ παραλαβόντες λέγομεν· τὰ δὲ ἄνω, μέζονα ἀνθρωπηΐων ἔργων, αὐτοὶ ὁρέομεν. αἵ τε γὰρ ἔξοδοι διὰ τῶν στεγέων, καὶ οἱ ἑλιγμοὶ διὰ τῶν αὐλέων ἐόντες ποικιλώτατοι, θῶυμα μυρίον παρείχοντο ἐξ αὐλῆς τε ἐς τὰ οἰκήματα διεξιοῦσι, καὶ ἐκ τῶν οἰκημάτων ἐς πα-
30 στάδας, ἐς στέγας τε ἄλλας ἐκ τῶν παστάδων, καὶ ἐς αὐλὰς ἄλλας ἐκ τῶν οἰκημάτων. ὀροφὴ δὲ πάντων τούτων, λιθίνη, κατάπερ οἱ τοῖχοι· οἱ δὲ τοῖχοι, τύπων ἐγγεγλυμμένων πλέοι. αὐλὴ δὲ ἑκάστη, περίστυλος, λίθου λευκοῦ ἁρμοσμένου τὰ μάλιστα. τῆς δὲ γωνίης
35 τελευτῶντος τοῦ λαβυρίνθου ἔχεται πυραμὶς τεσσερακοντόργυιος, ἐν τῇ ζῶα μεγάλα ἐγγέγλυπται· ὁδὸς δ' ἐς αὐτὴν ὑπὸ γῆν πεποίηται.

Τοῦ δὲ λαβυρίνθου τούτου ἐόντος τοιούτου, θῶυμα 149 ἔτι μέζον παρέχεται ἡ Μοίριος καλεομένη λίμνη, παρ'

ferimus: superiora vero ipsi vidimus, humanis operibus maiora. Nam transitus per conclavia, et anfractus per aulas, incredibili varietate infinitam nobis admirationem exprimebant, ex unâ aulâ in conclavia transeuntibus, et ex conclavibus in atria, rursusque in alia aedificia ex atriis, et in alias aulas e conclavibus. Lacunar conclavium omnium lapideum, perinde ac parietes: parietes vero insculptis figuris pleni. Aula quaelibet peristylio circumdata, lapide albo artissime iuncto. Proxime angulum, in quo desinit labyrinthus, stat pyramis ducentorum quadraginta pedum, cui grandes insculptae figurae: introitus in illam sub terra constructus.

(149.) Talis quum sit labyrinthus, maiore etiam in admiratione esse debet *Moeridis lacus*, iuxta

ἣν ὁ λαβύρινθος οὗτος οἰκοδόμηται. τῆς τὸ περίμετρον τῆς περιόδου εἰσὶ στάδιοι ἑξακόσιοι καὶ τρισχίλιοι, σχοίνων ἑξήκοντα ἐόντων· ἴσοι καὶ αὐτῆς Αἰγύπτου τὸ παρὰ θά- 5 λασσαν. κέεται δὲ μακρὴ ἡ λίμνη πρὸς βορῆν τε καὶ νότον, ἐοῦσα βάθος, τῇ βαθυτάτη αὐτὴ ἑωυτῆς, πεντηκοντόργυιος. ὅτι δὲ χειροποίητός ἐστι καὶ ὀρυκτὴ, αὐτὴ δηλοῖ. ἐν γὰρ μέσῃ τῇ λίμνῃ μάλιστά κῃ ἑστᾶσι δύο πυραμίδες, τοῦ ὕδατος ὑπερέχουσαι πεντήκοντα ὀρ- 10 γυιὰς ἑκατέρη, καὶ τὸ κατ' ὕδατος οἰκοδόμηται ἕτερον τοσοῦτο· καὶ ἐπ' ἀμφοτέρῃσι ἔπεστι κολοσσὸς λίθινος, κατήμενος ἐν θρόνῳ. οὕτω αἱ μὲν πυραμίδες εἰσὶ ἑκατὸν ὀργυιέων. αἱ δ' ἑκατὸν ὀργυιαὶ δίκαιαί εἰσι στάδιον ἑξάπλεθρον. ἑξαπέδου μὲν τῆς ὀργυιῆς μετρεομένης, καὶ τε- 15 τραπήχεος· τῶν ποδῶν μὲν τετραπαλαίστων ἐόντων,

CXLX. 5. ἴσοι. ἴσον *corrigunt viri docti.*

quem constructus est labyrinthus. Circuitus huius lacus ter mille sexcenta stadia metitur; sunt enim sexaginta schoeni: mensura aequalis ei quam colligit universa Aegypti ora secundum mare porrecta. Lacus a parte boreali et australi oblongus est: altitudo, ubi maxima, quinquaginta ulnarum, quas *orgyias* Graeci vocant. Esse autem manu factum effossumque, ipse ostendit. Stant enim in medio fere lacu duae pyramides, quinquaginta orgyias utraque eminens ex aqua, et tantumdem sub aqua constructum est: super utraque collocatus est colossus lapideus, in sella residens. Ita sunt pyramides hae orgyiarum centum: centum autem orgyiae adcurate efficiunt stadium, sex plethris (sive iugeris) constans; quum orgyia metiatur sex pedes, sive quatuor cubitos; pes

τοῦ δὲ πήχεος, ἑξαπαλαίστου. Τὸ δὲ ὕδωρ τὸ ἐν τῇ λίμνῃ, αὐθιγενὲς μὲν οὐκ ἔστι· ἄνυδρος γὰρ δὴ δεινῶς ἐστὶ ταύτῃ· ἐκ τοῦ Νείλου δὲ κατὰ διώρυχα ἐσῆκται,
20 καὶ ἓξ μὲν μῆνας ἔσω ῥέει ἐς τὴν λίμνην, ἓξ δὲ μῆνας ἔξω ἐς τὸν Νεῖλον αὖτις. καὶ ἐπεὰν μὲν ἐκρέῃ ἔξω, ἣ δὲ τότε τοὺς ἓξ μῆνας ἐς τὸ βασιλήϊον καταβάλλει ἐπ' ἡμέρην ἑκάστην τάλαντον ἀργυρίου ἐκ τῶν ἰχθύων· ἐπεὰν δὲ ἐσίῃ τὸ ὕδωρ ἐς αὐτὴν, εἴκοσι μνέας. Ἔλεγον δὲ οἱ ἐπιχώριοι καὶ ὡς ἐς τὴν Σύρτιν τὴν ἐν Λιβύῃ ἐκδιδοῖ ἡ λίμνη αὕτη ὑπὸ γῆν, τετραμμένη τὸ πρὸς ἑσπέρην ἐς τὴν μεσόγαιαν παρὰ τὸ ὄρος τὸ ὑπὲρ
5 Μέμφιος. Ἐπεί τε δὲ τοῦ ὀρύγματος τούτου οὐκ ὥρεον τὸν χοῦν οὐδαμοῦ ἐόντα, ἐπιμελὲς γάρ δή μοι ἦν, εἰρόμην τοὺς ἄγχιστα οἰκέοντας τῆς λίμνης, ὅκου εἴη ὁ χοῦς ὁ ἐξορυχθείς. οἱ δὲ ἔφρασάν μοι ἵνα ἐξεφορήθη, 150

autem quatuor constet palmis, cubitus sex palmis. Aqua autem huius lacus nativa non est: est enim prorsus arida illa regio: sed e Nilo per canalem derivata est aqua; et per sex quidem menses influit in lacum, tum sex mensibus rursus effluit in Nilum. Quo tempore effluit, per illos sex menses quotidie talentum argenti ex piscibus redit in regis aerarium; quum vero influit aqua in lacum, viginti minae. (150.) Dicunt horum locorum incolae, exitum sub terrâ in Syrtin, quae in Lybia est, habere hunc lacum, qua parte versus occidentem in mediterranea Libyae spectat iuxta montem qui supra Memphin est. Quum vero terram ex ampla hac fossâ egestam, curiose quidem circumspiciens, nusquam viderim; quaesivi ex his qui proxime lacum adcolunt, ubi

καὶ εὐπετέως ἔπειθον· ᾔδεα γὰρ λόγῳ καὶ ἐν Νίνῳ τῇ Ἀσσυρίων πόλι γενόμενον ἕτερον τοιοῦτο. τὰ γὰρ Σαρδαναπάλλου τοῦ Νίνου βασιλῆος χρήματα, ἐόντα μεγάλα, καὶ φυλασσόμενα ἐν θησαυροῖσι καταγαίοισι ἐπενόησαν κλῶπες ἐκφορῆσαι. ἐκ δὴ ὦν τῶν σφετέρων οἰκίων ἀρξάμενοι οἱ κλῶπες, ὑπὸ γῆν σταθμεώμενοι ἐς τὰ βασιλήϊα οἰκία ὄρυσσον. τὸν δὲ χοῦν τὸν ἐκφερόμενον ἐκ τοῦ ὀρύγματος, ὅκως γένοιτο νὺξ, ἐς τὸν Τίγριν ποταμὸν, παραῤῥέοντα τὴν Νῖνον, ἐξεφόρεον· ἐς ὃ κατεργάσαντο ὅ τι ἐβούλοντο. τοιοῦτον ἕτερον ἤκουσα καὶ τὸ τῆς ἐν Αἰγύπτῳ λίμνης ὄρυγμα γενέσθαι· πλὴν οὐ νυκτὸς, ἀλλὰ μετ' ἡμέρην ποιεύμενον· ὀρύσσοντα γὰρ τὸν χοῦν τοὺς Αἰγυπτίους, ἐς τὸν Νεῖλον φορέειν· ὁ δὲ, ὑπολαμβάνων, ἔμελλε διαχέειν. ἡ μέν νυν λίμνη αὕτη οὕτω λέγεται ὀρυχθῆναι.

esset humus effossa. Et illi mihi dixerunt quo delata fuerit, facileque persuaserunt; quum auditu cognitum haberem simile quiddam Nini, Assyriae urbe factum. Nam Sardanapalli, Assyriae regis, opes ingentes, thesauris subterraneis conditas, quum furto auferre constituissent nonnulli; ex suis aedibus fodiendi initio facto, sub terrâ progressi sunt, fossam versus regiam dirigentes: humum vero effossam quotidie sub noctem in Tigrin amnem, qui Ninum praeterfluit, egesserunt, donec perfecissent quod instituerant. Idem prorsus in fodiendâ hac in Aegypto fossâ factum esse audivi; nisi quod non noctu, sed interdiu sit factum: terram enim effossam in Nilum egessisse Aegyptios; quam fluvius, exceptam, diffusurus erat. Hac igitur ratione effossum hunc lacum narrant.

Τῶν δὲ δυώδεκα βασιλήων δικαιοσύνῃ χρεωμένων, 151
ἀνὰ χρόνον ὡς ἔθυσαν ἐν τῷ ἱρῷ τοῦ Ἡφαίστου, τῇ
ὑστάτῃ τῆς ὀρτῆς μελλόντων κατασπείσειν, ὁ ἀρχιρεὺς
ἐξένεικέ σφι φιάλας χρυσέας, τῇσί περ ἐώθεσαν σπέν-
5 δειν, ἁμαρτὼν τοῦ ἀριθμοῦ, ἕνδεκα, δυώδεκα ἐοῦσι.
ἐνθαῦτα ὡς οὐκ εἶχε φιάλην ὁ ἔσχατος ἑστεὼς αὐτέων
Ψαμμίτιχος, περιελόμενος τὴν κυνέην, ἐοῦσαν χαλ-
κέην, ὑπέσχε τε καὶ ἔσπενδε. κυνέας δὲ καὶ οἱ ἄλλοι
ἅπαντες ἐφόρεόν τε βασιλῆες, καὶ ἐτύγχανον τότε
10 ἔχοντες. Ψαμμίτιχος μέν νυν οὐδενὶ δολερῷ νόῳ χρεώ-
μενος, ὑπέσχε τὴν κυνέην. οἱ δὲ, ἐν φρενὶ λαβόντες τό
τε ποιηθὲν ἐκ Ψαμμιτίχου, καὶ τὸ χρηστήριον ὅ τι ἐκέ-
χρηστό σφι, τὸν χαλκέῃ σπείσαντα αὐτῶν φιάλῃ,
τοῦτον βασιλῆα ἔσεσθαι μοῦνον Αἰγύπτου· ἀναμνησθέν-

(151.) *Duodecim* quos dixi *Reges* dum regnant iustitiam colentes, accidit interiecto tempore, ut, quum sacrificium solenne in Vulcani templo peragerent, festorum dierum postremo libaturis phialas aureas exhibens summus sacerdos, e quibus libarent, aberrans numero, undecim exhiberet phialas, quum essent ipsi duodecim. Ibi tum *Psammitichus*, stans postremus omnium, quum phialam non haberet, galeam de capite detractam porrexit, ex eaque libavit. Galeas autem etiam reliqui reges omnes, quum alioqui, tum eo ipso tempore, gestabant. Psammitichus igitur nullo quidem dolo malo usus, galeam porrexerat. Sed reliqui undecim animum ad hoc Psammitichi factum advertentes, cogitantesque oraculum, quod ipsis editum fuisset, *qui ex aeneâ phialâ libasset, eum solum regem futurum totius Aegypti;*

τες τοῦ χρησμοῦ, κτεῖναι μὲν οὐκ ἐδικαίωσαν Ψαμμίτιχον, ὡς ἀνεύρισκον βασανίζοντες ἐξ οὐδεμιῆς προνοίης αὐτὸν ποιήσαντα· ἐς δὲ τὰ ἕλεα ἔδοξέ σφι διῶξαι, ψιλώσαντας τὰ πλεῖστα τῆς δυνάμιος· ἐκ δὲ τῶν ἑλέων ὁρμεώμενον μὴ ἐπιμίσγεσθαι τῇ ἄλλῃ Αἰγύπτῳ. 15

152 Τὸν δὲ Ψαμμίτιχον τοῦτον, πρότερον φεύγοντα τὸν Αἰθίοπα Σαβακῶν, ὅς οἱ τὸν πατέρα Νεκὼν ἀπέκτεινε, τοῦτον φεύγοντα τότε ἐς Συρίην, ὡς ἀπαλλάχθη ἐκ τῆς ὄψιος τοῦ ὀνείρου ὁ Αἰθίοψ, κατήγαγον Αἰγυπτίων οὗτοι οἱ ἐκ νομοῦ Σαΐτεώ εἰσι. μετὰ δὲ, βασιλεύοντα, τὸ δεύτερον πρὸς τῶν ἕνδεκα βασιλέων καταλαμβάνει μιν διὰ τὴν κυνέην φεύγειν ἐς τὰ ἕλεα. Ἐπιστάμενος ὦν ὡς περιυβρισμένος εἴη πρὸς αὐτῶν, ἐπενόεε τίσασθαι τοὺς διώξαντας. πέμψαντι δέ οἱ ἐς Βουτοῦν 5

huius oraculi memores, quum institutâ perquisitione reperissent non deliberato id a Psammiticho esse factum, aequum quidem non censebant ut morte plecteretur; sed placuit eum in paludes relegari, maiori potestatis parte exutum, neque ei licere paludibus excedere et reliquis Aegypti rebus sese immiscere. (152.) Idem *Psammitichus* ante id tempus, Sabaconem Aethiopem metuens, qui patrem ipsius Necon occiderat, in Syriam profugerat: sed, postquam Aethiops nocturno viso territus Aegypto excessisset, ab Aegyptiis Saiten praefecturam incolentibus in patriam erat reductus. Nunc igitur iterum, postquam regnavit, ab undecim regibus in exsilium missus est in paludes propter galeam. Ratus autem iniuste secum esse actum, vindictam capere de persecutoribus cogitavit: quumque eâ caussâ in Buto oppidum ad

10 πόλιν ἐς τὸ χρηστήριον τῆς Λητοῦς, ἔνθα δὴ Αἰγυπτίοι-
σί ἐστι μαντήϊον ἀψευδέστατον, ἦλθε χρησμὸς, ὡς τίσις
ἥξει ἀπὸ θαλάσσης χαλκέων ἀνδρῶν ἐπιφανέντων. καὶ
τῷ μὲν δὴ ἀπιστίη μεγάλη ὑπεκέχυτο, χαλκέους οἱ
ἄνδρας ἥξειν ἐπικούρους. χρόνου δὲ οὐ πολλοῦ διελθόν-
15 τος, ἀναγκαίη κατέλαβε Ἴωνάς τε καὶ Κᾶρας ἄνδρας,
κατὰ ληΐην ἐκπλώσαντας, ἀπενειχθῆναι ἐς Αἴγυπτον·
ἐκβάντας δὲ ἐς γῆν, καὶ ὁπλισθέντας χαλκῷ, ἀγγέλ-
λει τῶν τις Αἰγυπτίων ἐς τὰ ἕλεα ἀπικόμενος τῷ Ψαμ-
μιτίχῳ, (ὡς οὐκ ἰδὼν πρότερον χαλκῷ ἄνδρας ὁπλι-
20 σθέντας,) ὡς χάλκεοι ἄνδρες ἀπιγμένοι ἀπὸ θαλάσ-
σης λεηλατεῦσι τὸ πεδίον. ὁ δὲ, μαθὼν τὸ χρηστήριον
ἐπιτελεύμενον, φίλα τε τοῖσι Ἴωσι καὶ Καρσὶ ποιέε-
ται· καί σφεας, μεγάλα ὑπισχνεύμενος, πείθει μετ'
ἑωυτοῦ γενέσθαι. ὡς δὲ ἔπεισε, οὕτω ἅμα τοῖσι μετ'

Latonae oraculum misisset, quod veracissimum Aegyptii habent, adlatum est ei responsum, *venturam vindictam a mari, quando aenei viri sint adparituri.* Cui responso quum ille fidem vix ullam adhiberet, venturos aeneos viros opem sibi laturos; accidit haud multo interiecto tempore, ut Iones Caresque homines, praedatum navibus profecti, ad Aegyptum deferrentur, tempestatibus compulsi: qui quum aere armati in terram exscendissent, Aegyptiorum aliquis, ut qui numquam antea viros aere armatos vidisset, nunciatum ivit Psammiticho, *aeneos viros advenisse a mari, qui praedam ex terrâ agerent.* Tum ille, impletum esse intelligens oraculum, benigne Ionas Caresque excepit, magnisque promissis persuadere illis, ut secum manerent, conatus est. Quibus ut id

ἑωυτοῦ βουλομένοισι Αἰγυπτίοισι, καὶ τοῖσι ἐπικούροι καταιρέει τοὺς βασιλέας.

153 Κρατήσας δὲ Αἰγύπτου πάσης ὁ Ψαμμίτιχος, ἐπι σε τῷ Ἡφαίστῳ προπύλαια ἐν Μέμφι, τὰ πρὸς νό ἄνεμον τετραμμένα· αὐλήν τε τῷ Ἄπι, ἐν τῇ τρέφει ἐπεὰν φανῇ ὁ Ἄπις, οἰκοδόμησε, ἐναντίον τῶν προπ λαίων, πᾶσάν τε περίστυλον ἐοῦσαν, καὶ τύπων πλέ ἀντὶ δὲ κιόνων, ὑπεστᾶσι κολοσσοὶ δυωδεκαπήχεες αὐλῇ. ὁ δὲ Ἄπις, κατὰ τὴν Ἑλλήνων γλῶσσάν ἐς

154 Ἔπαφος. Τοῖσι δὲ Ἴωσι καὶ τοῖσι συγκατεργασ μένοισι αὐτῷ, ὁ Ψαμμίτιχος δίδωσι χώρους ἐνοικῆσ ἀντίους ἀλλήλων, τοῦ Νείλου τὸ μέσον ἔχοντος· τό οὐνόματα ἐτέθη Στρατόπεδα. τούτους τε δή σφι τι χώρους δίδωσι, καὶ τἄλλα τὰ ὑπέσχετο πάντα ἀπ

persuasit, simul cum Aegyptiis, qui cum ipso senti bant, et cum his auxiliaribus, reliquos reges o pressit.

(153.) Ita totius Aegypti regno potitus *Psamm tichus*, construxit Memphi propylaea Vulcani a meridiem spectantia: et aulam aedificavit Apidi, i in qua aleretur apis sicubi adparuisset. Ea aula e adverso propylaeorum est, tota peristylio circumdata et figuris omni ex parte exornata: pro columnis sup positi sunt colossi duodenûm cubitorum. *Apis* autem Graecorum sermone *Epaphus* est. (154.) Ionibu vero et Caribus, quorum operâ usus erat, agros ha bitandos Psammitichus concessit, sibi mutuo obver sos, interfluente Nilo: qui agri *Castra Ionum Ca rumque* nominabantur. Postquam has sedes eis con cessit, reliquaque promissa exsolvit; pueros eisdem

δωκε· καὶ δὴ καὶ παῖδας παρέβαλε αὐτοῖσι Αἰγυπτίους, τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν ἐκδιδάσκεσθαι. ἀπὸ δὲ τούτων ἐκμαθόντων τὴν γλῶσσαν, οἱ νῦν ἑρμηνέες ἐν Αἰγύπτῳ γεγόνασι. οἱ δὲ Ἴωνές τε καὶ οἱ Κᾶρες τούτους 10 τοὺς χώρους οἴκησαν χρόνον ἐπὶ πολλόν· εἰσὶ δὲ οὗτοι οἱ χῶροι πρὸς θαλάσσης, ὀλίγον ἔνερθε Βουβάστιος πόλιος, ἐπὶ τῷ Πηλουσίῳ καλευμένῳ στόματι τοῦ Νείλου. τούτους μὲν δὴ χρόνῳ ὕστερον βασιλεὺς Ἄμασις ἐξαναστήσας, ἐνθεῦτεν κατοίκισε ἐς Μέμφιν, φυλα- 15 κὴν ἑωυτοῦ ποιεύμενος πρὸς Αἰγυπτίων. Τούτων δὲ οἰκισθέντων ἐν Αἰγύπτῳ, οἱ Ἕλληνες οὕτω ἐπιμισγόμενοι τούτοισι, τὰ περὶ Αἴγυπτον γινόμενα, ἀπὸ Ψαμμιτίχου βασιλῆος ἀρξάμενοι, πάντα καὶ τὰ ὕστερον ἐπιστάμεθα ἀτρεκέως. πρῶτοι γὰρ οὗτοι ἐν Αἰγύπτῳ ἀλ- 20 λόγλωσσοι κατοικίσθησαν. ἐξ ὧν δὲ ἐξανίστησαν χώρων, ἐν τούτοισι δὴ οἵ τε ὁλκοὶ τῶν νεῶν καὶ τὰ ἐρεί-

Aegyptios tradidit, qui ab illis Graecum ediscerent sermonem: et ex his pueris, sermonem edoctis, nati sunt qui nunc *Interpretes* sunt in Aegypto. Agros istos longo tempore Iones Caresque habitarunt, sitos versus mare paulo infra Bubastin oppidum, ad Pelusium quod vocatur Nili ostium. Sed insequente tempore Amasis rex, sedibus illis excitos, Memphin habitatum concedere iussit, ut essent sibi custodes corporis adversus Aegyptios. Iam ex quo hi Aegyptum habitare coeperunt, nos Graeci, cum his commercia habentes, res in Aegypto gestas, inde a Psammiticho rege, et quae deinde gestae sunt, adcurate cunctas novimus. Hi enim primi, aliâ linguâ loquentes, Aegyptum incoluerunt. In eis autem locis, e quibus ab Amasi exciti

πια τῶν οἰκημάτων τὸ μέχρι ἐμεῦ ἦσαν. Ψαμμίτιχος μέν νυν οὕτω ἔσχε τὴν Αἴγυπτον.

155 Τοῦ δὲ χρηστηρίου τοῦ ἐν Αἰγύπτῳ πολλὰ ἐπεμνήσθην ἤδη· καὶ δὴ λόγον περὶ αὐτοῦ ὡς ἀξίου ἐόντος ποιήσομαι. τὸ γὰρ χρηστήριον τοῦτο τὸ ἐν Αἰγύπτῳ, ἔστι μὲν Λητοῦς ἱρὸν, ἐν πόλι δὲ μεγάλῃ ἱδρυμένον, κατὰ τὸ Σεβεννυτικὸν καλεόμενον στόμα τοῦ Νείλου, ἀναπλέοντι ἀπὸ θαλάσσης ἄνω. οὔνομα δὲ τῇ πόλι ταύτῃ ὅκου τὸ χρηστήριόν ἐστι, Βουτὼ, ὡς καὶ πρότερον οὐνόμασταί μοι. ἱρὸν δὲ ἐστι ἐν τῇ Βουτοῖ ταύτῃ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος. καὶ ὅ γε νηὸς τῆς Λητοῦς, ἐν τῷ δὴ τὸ χρηστήριον ἔνι, αὐτός τε τυγχάνει ἐὼν μέγας, καὶ τὰ προπύλαια ἔχει ἐς ὕψος δέκα ὀργυιέων. τὸ δέ μοι τῶν φανερῶν θῶυμα μέγιστον παρεχόμενον, φράσω. ἔστι ἐν

sunt, vestigia navalium, quibus usi erant, et aedificiorum rudera ad meam adhuc aetatem superfuerunt. Isto igitur modo *Psammitichus* Aegypto potitus est. (155.) Oraculi, quod in Aegypto est, iam saepius feci mentionem; et de eodem, quippe memoratu digno, copiosius etiam exponam. Est autem hoc *oraculum, Latonae* templum, in magno oppido situm, ad Sebenniticum quod vocatur Nili ostium, adverso flumine ex mari navigantibus. Nomen oppidi *Buto* est, ut iam ante demonstravi. Est autem in eadem urbe etiam Apollinis templum, et templum Dianae. Latonae vero templum, in quo est oraculum, quum ipsum magnum est, tum propylaea habet quadraginta cubitorum altitudine. Quod vero ex his, quae ibi conspiciuntur, maximâ me admiratione adfecit, hoc dicam. Est in eodem loco sacro *aedes* Latonae ex *uno lapide*

τῷ τεμένεϊ τούτῳ Λητοῦς νηὸς ἐξ ἑνὸς λίθου πεποιημένος, ἔς τε ὕψος, καὶ ἐς μῆκος· καὶ τοῖχος ἕκαστος τού-
15 τοισι ἴσος· τεσσεράκοντα πηχέων τουτέων ἕκαστόν ἐστι. τὸ δὲ καταστέγασμα τῆς ὀροφῆς, ἄλλος ἐπικέεται λίθος, ἔχων τὴν παρωροφίδα τετράπηχυν. Οὕτω μέν 156 νυν ὁ νηὸς τῶν φανερῶν μοι τῶν περὶ τοῦτο τὸ ἱρόν ἐστι θωυμαστότατον· τῶν δὲ δευτέρων, νῆσος ἡ Χέμμις καλευμένη, ἔστι μὲν ἐν λίμνῃ βαθέῃ καὶ πλατέῃ κειμένη
5 παρὰ τὸ ἐν Βουτοῖ ἱρόν· λέγεται δὲ ὑπ' Αἰγυπτίων εἶναι αὕτη ἡ νῆσος πλωτή. αὐτὸς μὲν ἔγωγε οὔτε πλέουσαν, οὔτε κινηθεῖσαν εἶδον· τέθηπα δὲ ἀκούων, εἰ νῆσος ἀληθέως ἐστὶ πλωτή. ἐν δὴ ὦν ταύτῃ νηός τε Ἀπόλλωνος μέγας ἔνι, καὶ βωμοὶ τριφάσιοι ἐνιδρύα-
10 ται. ἐμπεφύκασι δ' ἐν αὐτῇ φοίνικες συχνοὶ, καὶ ἄλλα δένδρεα, καὶ καρποφόρα καὶ ἄφορα, πολλά. λέ-

confecta, quum in altitudinem, tum in longitudinem; quilibet paries aequali est longitudine et altitudine, et quidem quadragenorum cubitorum: pro tecto alius impositus est lapis, qui ad quatuor cubitos praeter reliquam aedem prominet. (156.) Eorum igitur quae circa hoc templum conspiciuntur, maximae mihi admirationi fuit aedes illa: secundo autem loco, insula quae *Chemmis* nominatur. Sita haec est in lacu alto amploque iuxta templum quod in Buto est: dicuntque Aegyptii, esse eam natantem. Et ego quidem eam nec nantem vidi, nec motam: sed istud audiens obstupui, insulam ullam vere esse nantem. In hac vero insulâ est Apollinis templum amplum, in quo tres arae erectae. Nascuntur in eâdem palmae magno numero, aliaeque arbores multae, tam frugi-

γον δὲ τόνδε ἐπιλέγοντες οἱ Αἰγύπτιοι, Φασὶ εἶναι αὐτὴν πλωτήν. ὡς ἐν τῇ νήσῳ ταύτῃ οὐκ ἐούσῃ πρότερον πλωτῇ, Λητὼ, ἐοῦσα τῶν ὀκτὼ θεῶν τῶν πρώτων γενομένων, οἰκέουσα δὲ ἐν Βουτοῖ πόλι, ἵνα δή οἱ τὸ χρηστήριον τοῦτό ἐστι, Ἀπόλλωνα παρὰ Ἴσιος παρακαταθήκην δεξαμένη, διέσωσε κατακρύψασα ἐν τῇ νῦν πλωτῇ λεγομένῃ νήσῳ· ὅτε δὴ τὸ πᾶν διζήμενος ὁ Τυφῶν ἐπῆλθε, θέλων ἐξευρεῖν τοῦ Ὀσίριος τὸν παῖδα. (Ἀπόλλωνα δὲ, καὶ Ἄρτεμιν, Διονύσου καὶ Ἴσιος λέγουσι εἶναι παῖδας· Λητοῦν δὲ, τροφὸν αὐτοῖσι καὶ σώτειραν γενέσθαι. Αἰγυπτιστὶ δὲ Ἀπόλλων μὲν, Ὧρος· Δημήτηρ δὲ, Ἶσις· Ἄρτεμις δὲ, Βούβαστις. ἐκ τούτου δὲ τοῦ λόγου καὶ οὐδενὸς ἄλλου, Αἰσχύλος ὁ Εὐφορίωνος ἥρπασε τὸ ἐγὼ Φράσω, μοῦνος δὴ ποιητέων τῶν προγενομένων. ἐποίησε γὰρ Ἄρτεμιν εἶναι θυγατέρα Δή-

ferae, quam steriles. Aegyptii autem, nantem esse hanc insulam dicentes, narrationem hanc adiiciunt: Latonam, unam ex octo diis qui ante reliquos exstitissent, quum urbem Buto habitaret, in qua nunc oraculum illud est, Apollinem, ab Iside sibi creditum, in hac insulâ, quae olim non fuisset natans, abscondisse et salvum conservasse, quum omnia perquirens Typhon venisset, invenire cupiens Osiridis filium. (Apollinem enim et Dianam dicunt Dionyso et Iside natos: Latonam vero fuisse nutricem horum et servatricem. Aegyptiaco autem sermone Apollo, *Orus* vocatur; Ceres, *Isis;* Diana, *Bubastis.* Et ex hac Aegyptiorum traditione, nec aliunde, unus ex omnibus superioribus poëtis *Aeschylus*, Euphorionis filius, subripuit id quod ego dicam; nempe quod

μητρος.) τὴν δὲ νῆσον διὰ τοῦτο γενέσθαι πλωτήν. ταῦτα μὲν οὕτω λέγουσι.

Ψαμμίτιχος δὲ ἐβασίλευσε Αἰγύπτου τέσσερα καὶ 157 πεντήκοντα ἔτεα· τῶν τὰ ἑνὸς δέοντα τριήκοντα, Ἄζωτον, τῆς Συρίης μεγάλην πόλιν, προσκατήμενος ἐπολιόρκεε, ἐς τὸ ἐξεῖλε. αὕτη δὲ ἡ Ἄζωτος ἁπασέων πο-
5 λίων ἐπὶ πλεῖστον χρόνον πολιορκευμένη ἀντέσχε, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν. Ψαμμιτίχου δὲ Νεκῶς παῖς ἐγένετο, 158 καὶ ἐβασίλευσε Αἰγύπτου· ὃς τῇ διώρυχι ἐπεχείρησε πρῶτος τῇ ἐς τὴν Ἐρυθρὴν θάλασσαν φερούσῃ, τὴν Δαρεῖος ὁ Πέρσης δεύτερα διώρυξε· τῆς μῆκος μέν ἐστι
5 πλόος ἡμέραι τέσσερες, εὖρος δὲ ὠρύχθη ὥστε τριήρεας δύο πλέειν ὁμοῦ ἐλαστρευμένας. ἦκται δὲ ἀπὸ τοῦ Νείλου τὸ ὕδωρ ἐς αὐτήν· ἦκται δὲ κατύπερθε ὀλίγον Βουβάστιος πόλιος, παρὰ Πάτουμον τὴν Ἀραβίην πόλιν·

Dianam dixerit *Cereris filiam.*) Eâ igitur caussâ insulam illam, aiunt, nantem factam esse.

(157.) *Psammitichus* in Aegypto regnavit annos quatuor et quinquaginta: quorum per undetriginta Azotum circumsidens oppugnavit, magnum Syriae oppidum, donec tandem vi cepit. Atque haec Azotus omnium, quae novimus, oppidorum longissime restitit obsidentibus hostibus. (158.) Psammiticho vero in Aegypti regnum successit filius *Necos*. Hic primus *fossam* adgressus est ducere *in Erythraeum mare* ferentem, quam deinde Darius Persa iterum effodit: cuius longitudo est quatuor dierum navigatio: latitudo autem tanta, ut duae naves remis agitatae simul navigare possint. Aqua ex Nilo derivata; derivata autem paullo supra Bubastin urbem, iuxta Patumon

ἐσέχει δὲ ἐς τὴν Ἐρυθρὴν θάλασσαν. ὤρυκται δὲ πρῶ-
τον μὲν τοῦ πεδίου τοῦ Αἰγυπτίου τὰ πρὸς Ἀραβίην 10
ἔχοντα· ἔχεται δὲ κατύπερθε τοῦ πεδίου τὸ κατὰ Μέμ-
φιν τεῖνον ὄρος, ἐν τῷ αἱ λιθοτομίαι ἔνεισι. τοῦ ὦν δὴ
ὄρεος τούτου παρὰ τὴν ὑπωρέην ἦκται ἡ διῶρυξ ἀπ'
ἑσπέρης μακρὴ πρὸς τὴν ἠῶ· καὶ ἔπειτα τείνει ἐς δια-
σφάγας, φέρουσα ἀπὸ τοῦ οὔρεος πρὸς μεσαμβρίην 15
τε καὶ νότον ἄνεμον, ἐς τὸν κόλπον τὸν Ἀράβιον. τῇ
δὲ ἐλάχιστόν ἐστι καὶ συντομώτατον, ἐκ τῆς βορηΐης
θαλάσσης ὑπερβῆναι ἐς τὴν νοτίην καὶ Ἐρυθρὴν τὴν
αὐτὴν ταύτην καλεομένην, ἀπὸ τοῦ Κασίου οὔρεος, τοῦ
οὐρίζοντος Αἴγυπτόν τε καὶ Συρίην, ἀπὸ τούτου εἰσὶ 20
στάδιοι χίλιοι ἀπαρτὶ ἐς τὸν Ἀράβιον κόλπον. τοῦτο μὲν
τὸ συντομώτατον· ἡ δὲ διῶρυξ πολλῷ μακροτέρη, ὅσῳ
σκολιωτέρη ἐστί. τὴν ἐπὶ Νεκῶ βασιλῆος ὀρύσσοντες

oppidum Arabiae: influit autem in Erythraeum mare. Fodiendi initium factum est ab ea parte planitiei Aegyptiacae quae ad Arabiam pertinet, ubi planitiei superne contiguus est mons qui ex adverso Memphidis protenditur, in quo lapicidinae insunt. Ad pedem igitur huius montis acta est fossa in longum ab occidente versus orientem; deinde per fauces montis progreditur, pergitque a monte versus meridiem et austrum in sinum Arabicum. Qua est autem brevissimus et compendiarius maxime a boreali mari in australe et hoc Rubrum, quod vocatur, transitus, a Casio monte, qui Aegyptum a Syria disterminat, ad Arabicum sinum, sunt exacte mille stadia. Haec est brevissima via: sed fossa multo est longior, quanto maiores habet anfractus: in qua sub Neco fodienda perie-

Αἰγυπτίων ἀπώλοντο δυώδεκα μυριάδες. Νεκὼς μέν
25 νυν μεταξὺ ὀρύσσων ἐπαύσατο, μαντηίου ἐμποδίου γενομένου τοιοῦδε· „τῷ βαρβάρῳ αὐτὸν προεργάζεσθαι."
βαρβάρους δὲ πάντας οἱ Αἰγύπτιοι καλέουσι τοὺς μή
σφι ὁμογλώσσους. Παυσάμενος δὲ τῆς διώρυχος ὁ 159
Νεκὼς, ἐτράπετο πρὸς στρατηίας· καὶ τριήρεες, αἱ μὲν,
ἐπὶ τῇ βορηίῃ θαλάσσῃ ἐποιήθησαν, αἱ δ' ἐν τῷ Ἀραβίῳ κόλπῳ ἐπὶ τῇ Ἐρυθρῇ θαλάσσῃ· τῶν ἔτι οἱ ὁλκοὶ
5 ἐπίδηλοι. καὶ ταύτῃσί τε ἐχρᾶτο ἐν τῷ δέοντι· καὶ Σύροισι πεζῇ ὁ Νεκὼς συμβαλὼν ἐν Μαγδόλῳ ἐνίκησε·
μετὰ δὲ τὴν μάχην, Κάδυτιν πόλιν τῆς Συρίης ἐοῦσαν
μεγάλην εἷλε. ἐν τῇ δὲ ἐσθῆτι ἔτυχε ταῦτα κατεργασάμενος, ἀνέθηκε τῷ Ἀπόλλωνι, πέμψας ἐς Βραγχί-
10 δας τὰς Μιλησίων. μετὰ δὲ, ἑκκαίδεκα ἔτεα τὰ πάν-

runt Aegyptiorum centum et viginta millia. In medio vero labore substitit Necon, pergere prohibitus oraculi effato, *illud opus eum pro barbaro facere.* Vocant autem Aegyptii *barbaros*, omnes qui non ipsorum lingua utuntur. (159.) A fodiendâ fossâ postquam destitit *Necos*, ad militares expeditiones suscipiendas se convertit: triremesque aedificari iussit, alias in boreali mari, alias in Arabico sinu ad Rubrum mare; ubi vestigia adhuc navalium conspiciuntur. Ac his quidem navibus usus est ubi opus erat: Syros vero pedestri exercitu adgressus, collatâ acie vicit ad *Magdolum*; post illamque pugnam *Cadytin* ccpit, magnam Syriae urbem. Qua veste indutus has res gessit, eam deinde Apollini dedicavit, missam ad Branchidas Milesiorum. His rebus gestis *Necos*, post-

τα ἄρξας, τελευτᾷ, τῷ παιδὶ Ψάμμι παραδοὺς τὴν ἀρχήν.

160 Ἐπὶ τοῦτον δὴ τὸν Ψάμμιν βασιλεύοντα Αἰγύπτου ἀπίκοντο Ἠλείων ἄνδρες ἄγγελοι, αὐχέοντες δικαιότατα καὶ κάλλιστα τιθέναι τὸν ἐν Ὀλυμπίῃ ἀγῶνα πάντων ἀνθρώπων. καὶ δοκέοντες παρὰ ταῦτα οὐδ᾽ ἂν τοὺς σοφωτάτους ἀνθρώπων Αἰγυπτίους οὐδὲν ἐπεξευρεῖν. ὡς δὲ ἀπικόμενοι ἐς τὴν Αἴγυπτον οἱ Ἠλεῖοι ἔλεγον τῶν εἵνεκα ἀπίκοντο, ἐνθαῦτα ὁ βασιλεὺς οὗτος συγκαλέεται Αἰγυπτίων τοὺς λεγομένους εἶναι σοφωτάτους. συνελθόντες δὲ οἱ Αἰγύπτιοι, ἐπυνθάνοντο τῶν Ἠλείων λεγόντων ἅπαντα τὰ κατήκει σφέας ποιέειν περὶ τὸν ἀγῶνα· ἀπηγησάμενοι δὲ τὰ πάντα, ἔφασαν ἥκειν ἐπιμαθησόμενοι „εἴ τι ἔχοιεν Αἰγύπτιοι τούτων δικαιότερον ἐπεξευρεῖν.“ οἱ δὲ, βουλευσάμενοι, ἐπειρώτων

quam sedecim omnino annos regnavit, vita functus est, et filio *Psammi* regnum reliquit.

(160.) Hoc regnante *Psammi*, venerunt in Aegyptum *legati Eleorum*, iactantes aequissime et praeclarissime omnium hominum a se Olympiae publica certamina administrari; existimantesque ne Aegyptios quidem, hominum sapientissimos, aliquid quod supra esset, posse reperire. Postquam igitur significarunt Elei, quo consilio in Aegyptum venissent; convocavit rex hic eos ex Aegyptiis, qui dicebantur esse sapientissimi. Qui ubi convenere, audivere Eleos omnia exponentes quae ipsorum officii essent in administrando certamine; quibus expositis, dicebant *se venisse sciscitaturos, an Aegyptii aliquid, quod his aequius esset, possent reperire?* Tum illi, collato

τοὺς Ἠλείους εἴ σφι οἱ πολιῆται ἐναγωνίζονται. οἱ δὲ
15 ἔφασαν, καὶ σφέων καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ὁμοίως
τῷ βουλομένῳ ἐξεῖναι ἀγωνίζεσθαι. οἱ δὲ Αἰγύπτιοι
ἔφασαν „σφέας, οὕτω τιθέντας, παντὸς τοῦ δικαίου
ἡμαρτηκέναι· οὐδεμίην γὰρ εἶναι μηχανήν, ὅκως οὐ τῷ
ἀστῷ ἀγωνιζομένῳ προσθήσονται, ἀδικέοντες τὸν ξεῖνον.
20 ἀλλ' εἰ δὴ βούλονται δικαίως τιθέναι, καὶ τούτου εἵνε-
κα ἀπικοίατο ἐς Αἴγυπτον, ξείνοισι ἀγωνιστῇσι ἐκέ-
λευον τὸν ἀγῶνα τιθέναι, Ἠλείων δὲ μηδενὶ εἶναι ἀγω-
νίζεσθαι.“ Ταῦτα μὲν Αἰγύπτιοι Ἠλείοισι ὑπεθήκαντο.

161 Ψάμμιος δὲ ἓξ ἔτεα μοῦνον βασιλεύσαντος Αἰγύ-
πτου, καὶ στρατευσαμένου ἐς Αἰθιοπίην, καὶ μεταυτί-
κα τελευτήσαντος, ἐξεδέξατο Ἀπρίης ὁ Ψάμμιος,
ὃς μετὰ Ψαμμίτιχον τὸν ἑωυτοῦ προπάτορα ἐγένετο εὐ-

inter se consilio, quaesiverunt ex Eleis, *an cives ipsorum ad certamen admittantur?* Et Elei, *tam suorum*, aiebant, *quam aliorum Graecorum quicumque vellet, ei licitum esse in certamen prodire.* Responderunt Aegyptii, *si ita rem administrarent, multum eos ab aequitate aberrare: fieri enim nullo modo posse, quin certanti civi faveant, iniuriamque faciant peregrino. Quod si ergo cum aequitate vellent certamina administrare, et huius rei caussâ in Aegyptum venissent; peregrinis tantum certatoribus ponerent certamen, Eleorum autem neminem admitterent.* Haec Aegyptii Eleos monuerunt.

(161.) *Psammis* postquam sex tantum annos regnasset, expeditionemque suscepisset in Aethiopiam, continuo deinde vitam finivit; cui in regnum filius successit *Apries.* Hic post Psammitichum, proavum

δαιμονέστατος τῶν πρότερον βασιλήων, ἐπ' ἔτεα πέντε 5
καὶ εἴκοσι ἄρξας· ἐν τοῖσι ἐπί τε Σιδῶνα στρατὸν ἤλασε, καὶ ἐναυμάχησε τῷ Τυρίῳ. Ἐπεὶ δέ οἱ ἔδεε κακῶς γενέσθαι, ἐγένετο ἀπὸ προφάσιος τὴν ἐγὼ μεζόνως μὲν ἐν τοῖσι Λιβυκοῖσι λόγοισι ἀπηγήσομαι, μετρίως δ' ἐν τῷ παρεόντι. ἀποπέμψας γὰρ στράτευμα ὁ Ἀπρίης 10
ἐπὶ Κυρηναίους, μεγαλωστὶ προσέπταισε. Αἰγύπτιοι δὲ ταῦτα ἐπιμεμφόμενοι, ἀπέστησαν ἀπ' αὐτοῦ, δοκέοντες τὸν Ἀπρίην ἐκ προνοίης αὐτοὺς ἀποπέμψαι ἐς φαινόμενον κακὸν, ἵνα δὴ σφέων φθορὴ γένηται, αὐτὸς δὲ τῶν λοιπῶν Αἰγυπτίων ἀσφαλέστερον ἄρχοι. 15
ταῦτα δὲ δεινὰ ποιεύμενοι οὗτοί τε οἱ ἀπονοστήσαντες, καὶ οἱ τῶν ἀπολομένων φίλοι, ἀπέστησαν ἐκ τῆς
162 ἰθείης. Πυθόμενος δὲ Ἀπρίης ταῦτα, πέμπει ἐπ' αὐτοὺς

suum, felicissimus superiorum omnium regum fuit per quinque et viginti quos regnavit annos; quibus et adversus Sidonem duxit exercitum, et navali pugnâ cum Tyri rege conflixit. Ubi vero adfuit tempus, quo in fatis erat ut malis premeretur, accidit calamitas ex occasione quam ego quidem fusius in *Libycarum rerum historia* exponam, paucis in praesenti contentus. Scilicet, exercitu adversus Cyrenaicam misso, ingentem cladem *Apries* acceperat. Quam calamitatem ipsi regi imputantes Aegyptii, ab eo defecerunt; quum existimarent, deliberato consilio Apriem hos in manifestum misisse exitium, ut, postquam illi periissent, ipse reliquis Aegyptiis tutius imperaret. Eo vehementer indignati, tum hi qui e clade redierunt, tum eorum qui perierant amici, e vestigio de-

Ἄμασιν, καταπαύσοντα λόγοισι. ὁ δὲ ἐπεί τε ἀπι-
κόμενος κατελάμβανε τοὺς Αἰγυπτίους, ταῦτα μὴ
ποιέειν λέγοντος αὐτοῦ, τῶν τις Αἰγυπτίων ὄπισθε
5 στὰς, περιέθηκέ οἱ κυνέην· καὶ περιτιθεὶς, ἔφη „ἐπὶ
βασιληΐῃ περιτιθέναι.“ καὶ τῷ οὔ κως ἀεκούσιον ἐγίνε-
το τὸ ποιεύμενον, ὡς διεδείκνυε. ἐπεί τε γὰρ ἐστήσαντό
μιν βασιλέα τῶν Αἰγυπτίων οἱ ἀπεστεῶτες, παρεσκευ-
άζετο ὡς ἐλῶν ἐπὶ τὸν Ἀπρίην. Πυθόμενος δὲ ταῦτα ὁ
10 Ἀπρίης, ἔπεμπε ἐπ' Ἄμασιν ἄνδρα δόκιμον τῶν περὶ
ἑωυτὸν Αἰγυπτίων, τῷ οὔνομα ἦν Πατάρβημις· ἐν-
τειλάμενος αὐτῷ, ζῶντα Ἄμασιν ἀγαγεῖν παρ' ἑωυ-
τόν. ὡς δὲ ἀπικόμενος τὸν Ἄμασιν ἐκάλεε ὁ Πατάρ-
βημις, ὁ Ἄμασις (ἔτυχε γὰρ ἐπ' ἵππου κατήμενος)
15 ἐπάρας, ἀπεματάϊσε· καὶ τοῦτό μιν ἐκέλευε Ἀπρίῃ

sciverunt. (162.) Qua re cognita, *Apries* ad eos verbis coërcendos *Amasin* misit. Et hic, ubi ad Aegyptios pervenit, inhibere illos conatus est, hortarique ut coepto desisterent: sed, dum loquitur, Aegyptiorum aliquis, pone stans, galeam capiti eius imponit, simul dicens, *regni caussâ se ei illam imponere*. Nec vero id illi invito admodum accidit, ut quidem mox ostendit. Nam postquam [communi consensu] Aegyptii hi, qui defecerant, regem illum nominarunt, ducere eos adversus Aprien paravit. Quo cognito Apries, spectatum inter Aegyptios qui circa ipsum erant virum, cui nomen Patarbemis, ad Amasin misit cum mandato, ut vivum illum ad se adduceret. Patarbemis ut advenit, Amasinque vocavit; equo tunc forte insidens Amasis, sublato crure, flatum ventris emisit, atque hoc cum iussit Apriae

ἀπάγειν. ὅμως δὲ αὐτὸν ἀξιοῦν τὸν Πατάρβημιν, βασιλέος μεταπεμπομένου, ἰέναι πρὸς αὐτόν· τὸν δὲ αὐτῷ ὑποκρίνεσθαι, ὡς „ταῦτα πάλαι παρεσκευάζετο ποιέειν, καὶ αὐτῷ οὐ μέμψασθαι Ἀπρίην· παρέσεσθαι γὰρ καὶ αὐτὸς, καὶ ἄλλους ἄξειν.“ τὸν δὲ Πατάρβη- 20
μιν ἔκ τε τῶν λεγομένων οὐκ ἀγνοέειν τὴν διάνοιαν, καὶ παρασκευαζόμενον ὁρέοντα, σπουδῇ ἀπιέναι, βουλόμενον τὴν ταχίστην βασιλέϊ δηλῶσαι τὰ πρησσόμενα. ὡς δὲ ἀπικέσθαι αὐτὸν πρὸς τὸν Ἀπρίην, οὐκ ἄγοντα τὸν Ἄμασιν, οὐδένα λόγον αὐτῷ δόντα, ἀλλὰ περιθύμως 25
ἔχοντα, περιταμεῖν προστάξαι αὐτοῦ τά τε ὦτα καὶ τὴν ῥῖνα. ἰδόμενοι δ' οἱ λοιποὶ τῶν Αἰγυπτίων, οἳ ἔτι τὰ ἐκείνου ἐφρόνεον, ἄνδρα τὸν δοκιμώτατον ἑωυτῶν οὕτω αἰσχρῶς λύμῃ διακείμενον, οὐδένα δὴ χρόνον ἐπισχόντες, ἀπιστέατο πρὸς τοὺς ἑτέρους, καὶ ἐδίδοσαν σφέας 30

reportare. Nihilo minus ab eo postulasse, aiunt, Patarbemin, ut ad regem, qui eum arcesseret, abiret. Cui respondisse Amasin, *iam pridem hoc ipsum se parare, nec de se eâ caussâ conquesturum esse Aprien: adfuturum enim et ipsum, et alios secum ducturum.* Quorum verborum sententiam non ignorantem Patarbemin, quum paratum illum videret, maturasse reditum, ut quam primum regi, quid ageretur, renunciaret. Aprien vero, quum ille rediens Amasin non adduxisset, ira accensum, nullâ secum ratione initâ, aures naresque praecidi ei iussisse. Quod ubi viderunt reliqui Aegyptii, qui adhuc cum rege fecerant, virum e suis spectatissimum ita contumeliose mutilari, nullam moram facientes, desciverunt et ipsi ad reliquos, et Amasi se tradiderunt.

αὐτοὺς Ἀμάσι. Πυθόμενος δὲ καὶ ταῦτα ὁ Ἀπρίης, 163
ὥπλιζε τοὺς ἐπικούρους, καὶ ἤλαυνε ἐπὶ τοὺς Αἰγυ-
πτίους· εἶχε δὲ περὶ ἑωυτὸν Κᾶράς τε καὶ Ἴωνας, ἄνδρας
ἐπικούρους τρισμυρίους· ἦν δέ οἱ τὰ βασιλήϊα ἐν Σάϊ
5 πόλι, μεγάλα ἐόντα καὶ ἀξιοθέητα. καὶ οἵ τε περὶ
τὸν Ἀπρίην, ἐπὶ τοὺς Αἰγυπτίους ἦσαν, καὶ οἱ περὶ
τὸν Ἄμασιν, ἐπὶ τοὺς ξείνους. ἔν τε δὴ Μωμέμφι πόλι
ἐγένοντο ἀμφότεροι, καὶ πειρήσεσθαι ἔμελλον ἀλλήλων.

Ἔστι δὲ Αἰγυπτίων ἑπτὰ γένεα· καὶ τούτων οἱ μὲν, 164
ἱρέες, οἱ δὲ, μάχιμοι κεκλέαται· οἱ δὲ, βουκόλοι· οἱ
δὲ, συβῶται· οἱ δὲ, κάπηλοι· οἱ δὲ, ἑρμηνέες· οἱ δὲ,
κυβερνῆται. γένεα μὲν Αἰγυπτίων τοσαῦτά ἐστι· οὐνό-
5 ματα δέ σφι κέεται ἀπὸ τῶν τεχνέων. οἱ δὲ μάχιμοι
αὐτέων καλέονται μὲν Καλασίριές τε καὶ Ἑρμοτύβιες·

(163.) Quo cognito Apries, armavit auxiliares, et adversus Aegyptios duxit: habuit autem secum Carum et Ionum auxiliarium triginta millia: regia autem et sedes erat in urbe Sai, amplum et spectatu dignum aedificium. Apries igitur cum suis profectus est adversus Aegyptios; et Amasis cum Aegyptiis adversus regis auxiliares: quumque ambo circa Momemphin oppidum essent, in eo erant ut pugnae discrimen experirentur.

(164.) Sunt *in Aegypto septem hominum genera.* Horum alii sacerdotes, alii bellatores nominantur, alii bubulci, alii subulci, institores alii, alii interpretes, alii navium gubernatores. Tot sunt Aegyptiorum genera, sive classes: quibus nomina imposita sunt ab artibus quas exercent. Bellatorum rursus alii *Calasiries* nominantur, alii *Hermotybies:* qui ex hisce sunt

ἐκ νομῶν δὲ τῶνδε εἰσί. (κατὰ γὰρ δὴ νομοὺς Αἴγυ-
165 πτος ἅπασα διαραίρηται.) Ἑρμοτυβίων μὲν οἵδε
εἰσὶ νομοί· Βουσιρίτης, Σαΐτης, Χεμμίτης, Παπρη-
μίτης, νῆσος ἡ Προσωπῖτις καλεομένη, Ναθὼ τὸ ἥμι-
συ. ἐκ μὲν τουτέων τῶν νομῶν Ἑρμοτύβιες εἰσί· γενό-
μενοι, ὅτε ἐπὶ πλείστους γενοίατο, ἑκκαίδεκα μυριά- 5
δες. καὶ τούτων βαναυσίης οὐδεὶς δεδάηκε οὐδὲν, ἀλλ'
166 ἀνέωνται ἐς τὸ μάχιμον. Καλασιρίων δὲ οἵδε ἄλλοι
νομοί εἰσι· Θηβαῖος, Βουβαστίτης, Ἀφθίτης, Ταvί-
της, Μενδήσιος, Σεβεννύτης, Ἀθριβίτης, Φαρβαιθί-
της, Θμουίτης, Ὀνουφίτης, Ἀνύσιος, Μυεκφορίτης·
οὗτος ὁ νομὸς ἐν νήσῳ οἰκέει, ἀντίον Βουβάστιος πόλιος. 5
οὗτοι δὲ οἱ νομοὶ Καλασιρίων εἰσί· γενόμενοι, ὅτε ἐπὶ
πλείστους ἐγενέατο, πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδες ἀνδρῶν.
οὐδὲ τούτοισι ἔξεστι τέχνην ἐπασκῆσαι οὐδεμίην, ἀλλὰ

praefecturis. (Nam in praefecturos [*nomos* Graeci vocant] tota distributa Aegyptus est.) (165.) Hermotybium nomi sunt: Busirites, Saites, Chemmites, Papremites, insula cui nomen Prosopitis, Natho ex dimidiâ parte. Hisce ex praefecturis sunt Hermotybies; numero (quando maximus eorum numerus) centum et sexaginta millia. Et horum nullus artem ullam sellulariam aut opificium didicit: rei militari unice vacant. (166.) Calasyrium nomi hi: Thebanus, Bubastites, Aphthites, Tanites, Mendesius, Sebennytes, Athribytes, Pharbaethites, Thmuites, Onuphites, Anysius, Myecphorites, qui nomus in insula est, ex adverso Bubastis oppidi. Hi sunt nomi Calasyrium; quorum numerus, quando maximus, ducentorum quinquaginta millium virorum est.

τὰ ἐς πόλεμον ἐπασκέουσι μοῦνα, παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεκόμενος. Εἰ μέν νυν καὶ τοῦτο παρ' Αἰγυπτίων 167 μεμαθήκασι οἱ Ἕλληνες, οὐκ ἔχω ἀτρεκέως κρῖναι· ὁρέων καὶ Θρήϊκας καὶ Σκύθας καὶ Πέρσας καὶ Λυδοὺς, καὶ σχεδὸν πάντας τοὺς βαρβάρους, ἀποτιμοτέ-
5 ρους τῶν ἄλλων ἡγημένους πολιητέων τοὺς τὰς τέχνας μανθάνοντας, καὶ τοὺς ἐκγόνους τούτων· τοὺς δὲ ἀπαλλαγμένους τῶν χειρωναξιέων, γενναίους νομιζομένους εἶναι, καὶ μάλιστα τοὺς ἐς τὸν πόλεμον ἀνειμένους. μεμαθήκασι δ' ὦν τοῦτο πάντες οἱ Ἕλληνες, καὶ μάλι-
10 στα Λακεδαιμόνιοι. ἥκιστα δὲ Κορίνθιοι ὄνονται τοὺς χειροτέχνας. Γέρεα δέ σφι ἦν τάδε ἐξαραιρημένα μού- 168 νοισι Αἰγυπτίων, πάρεξ τῶν ἱρέων· ἄρουραι ἐξαίρετοι δυώδεκα ἑκάστῳ ἀτελέες. ἡ δὲ ἄρουρα ἑκατὸν πηχέων

Neque hisce licet opificium ullum artemve exercere, solam rem militarem exercent, puer a patre institutus. (167.) An igitur etiam hoc ab Aegyptiis Graeci acceperint, non possum liquido iudicare; quum et Thracas et Scythas et Persas et Lydos et omnes fere barbaros populos videam minore in honore, quam alios cives, habere hos qui artes et opificia discunt, horumque posteros; eos vero, qui opificium nullum exercent, generosos et nobiles existimare, ac praesertim hos qui rei militari unice vacant. Receptum quidem hoc est apud Graecos etiam omnes, sed maxime apud Lacedaemonios. Minime vero Corinthii eos contemnunt qui manibus artes exercent. (168.) Praemium autem bellatoribus hoc eximium tribuitur, iuxta cum sacerdotibus, prae ceteris omnibus Aegyptiis: duodecim cuique arva praecipua, vectigalis immunia. Habet au-

ἐστὶ Αἰγυπτίων πάντῃ. ὁ δὲ Αἰγύπτιος πῆχυς τυγχάνει ἴσος ἐὼν τῷ Σαμίῳ. ταῦτα μὲν δὴ τοῖσι ἅπασι ἦν 5
ἐξαραιρημένα. τάδε δὲ ἐν περιτροπῇ ἐκαρποῦντο, καὶ
οὐδαμὰ ὡυτοί. Καλασιρίων χίλιοι, καὶ Ἑρμοτυβίων
ἄλλοι, ἐδορυφόρεον ἐνιαυτὸν ἕκαστοι τὸν βασιλέα· τούτοισι δ' ὦν τάδε πάρεξ τῶν ἀρουρέων ἄλλα ἐδίδοτο ἐπ'
ἡμέρῃ ἑκάστῃ, ὀπτοῦ σίτου σταθμὸς πέντε μνέαι ἑκά- 10
στῳ, κρεῶν βοέων δύο μνέαι, οἴνου τέσσερες ἀρυστῆρες.
ταῦτα τοῖσι αἰεὶ δορυφορέουσι ἐδίδοτο.

169 Ἐπεί τε δὲ συνιόντες, ὅ τε Ἀπρίης ἄγων τοὺς ἐπικούρους, καὶ ὁ Ἄμασις πάντας τοὺς Αἰγυπτίους, ἀπίκοντο ἐς Μώμεμφιν πόλιν, συνέβαλον· καὶ ἐμαχέσαντο μὲν εὖ οἱ ξεῖνοι, πλήθεϊ δὲ πολλῷ ἐλάσσονες ἐόντες, κατὰ τοῦτο ἑσσώθησαν. Ἀπρίεω δὲ λέγεται εἶναι 5

tem *arvum* centum cubitos Aegyptios quaquaversum: estque Aegyptius cubitus Samio aequalis. Ista igitur omnes atque singuli praecipua habebant: praeterea vero per vices, neque utique cuncti simul, hisce fruebantur commodis. Milleni Calasirii, totidemque Hermotybii, quotannis corporis custodes erant regis. His igitur, praeter arva illa, in singulos dies haecce tribuebantur: cocti cibi farinacei definitum pondus, quinque librae cuique; carnis bubulae librae duae, vini cyathi quatuor. Haec tribuebantur corporis custodibus.

(169.) Postquam igitur obviam sibi mutuo profecti, *Apries* auxiliares copias ducens, *Amasis* vero Aegyptios omnes, ad Momemphin oppidum pervenere, armis congressi sunt. Et fortiter quidem pugnabant peregrini; sed, quum numero longe essent inferiores, eo victi profligatique sunt. Dicunt autem, Apriae

ἥδε ἡ διάνοια, μηδ᾽ ἂν θεόν μιν μηδένα δύνασθαι παῦσαι τῆς βασιληίης· οὕτω ἀσφαλέως ἑωυτῷ ἱδρῦσθαι ἐδόκεε. καὶ δὴ τότε συμβαλὼν ἑσσώθη· καὶ ζωγρηθεὶς, ἀπήχθη ἐς Σάϊν πόλιν, ἐς τὰ ἑωυτοῦ οἰκία πρότερον
10 ἐόντα, τότε δὲ Ἀμάσιος ἤδη βασιλήϊα. ἐνθαῦτα δὲ τέως μὲν ἐτρέφετο ἐν τοῖσι βασιληίοισι, καί μιν Ἄμασις εὖ περιεῖπε. τέλος δὲ, μεμφομένων Αἰγυπτίων ὡς οὐ ποιοῖ δίκαια, τρέφων τὸν σφίσι τε καὶ ἑωυτῷ ἔχθιστον, οὕτω δὴ παραδιδοῖ τὸν Ἀπρίην τοῖσι Αἰγυπτίοισι. οἱ δέ
15 μιν ἀπέπνιξαν, καὶ ἔπειτα ἔθαψαν ἐν τῇσι πατρώῃσι ταφῇσι. αἱ δέ εἰσι ἐν τῷ ἱρῷ τῆς Ἀθηναίης, ἀγχοτάτω τοῦ μεγάρου, ἐσιόντι ἀριστερῆς χερός. ἔθαψαν δὲ Σαΐται πάντας τοὺς ἐκ νομοῦ τούτου γενομένους βασιλέας ἔσω ἐν τῷ ἱρῷ. καὶ γὰρ τὸ τοῦ Ἀμάσιος σῆ-
20 μα, ἑκαστέρω μέν ἐστι τοῦ μεγάρου ἢ τὸ τοῦ Ἀπρίεω

hanc stetisse sententiam, ne Deum quidem ullum regno exuere se posse; ita firmiter illud sibi stabilitum putabat. At tunc, quod dixi, collata acie devictus est: et, quum vivus in hostium pervenisset potestatem, Sain abductus est in pristinam suam domum, quae nunc Amasidis regia erat. Ibi aliquamdiu in regia nutritus est, et bene eum habuit Amasis: ad extremum vero, quum exprobrarent Aegyptii non recte eum facere quod alat virum et ipsis et sibi inimicissimum, tradidit Aprien Aegyptiis; qui eum strangularunt, ac deinde in patrio sepulcro sepeliverunt. Sepulcrum illud in Minervae templo est, proxime aedem sacram, intrantibus a laeva manu. Saitae enim cunctos ex hoc nomo oriundos reges intra templum hoc sepeliunt. Nam Amasidis etiam monumentum aliquan-

καὶ τῶν τούτου προπατόρων· ἔστι μέντοι καὶ τοῦτο ἐν
τῇ αὐλῇ τοῦ ἱροῦ, παστὰς λιθίνη μεγάλη, καὶ ἠσκη-
μένη στύλοισί τε φοίνικας τὰ δένδρεα μεμιμημένοισι,
καὶ τῇ ἄλλῃ δαπάνῃ. ἔσω δὲ ἐν τῇ παστάδι διξὰ θυ-
ρώματα ἕστηκε· ἐν δὲ τοῖσι θυρώμασι ἡ θήκη ἐστί. 25
170 Εἰσὶ δὲ καὶ αἱ ταφαὶ τοῦ οὐκ ὅσιον ποιεῦμαι ἐπὶ τοιού-
τῳ πρήγματι ἐξαγορεύειν τοὔνομα, ἐν Σάϊ, ἐν τῷ ἱρῷ
τῆς Ἀθηναίης, ὄπισθε τοῦ νηοῦ, παντὸς τοῦ τῆς Ἀθη-
ναίης ἐχόμεναι τοίχου. καὶ ἐν τῷ τεμένεϊ ὀβελοὶ ἑστᾶ-
σι μεγάλοι λίθινοι· λίμνη τέ ἐστι ἐχομένη, λιθίνῃ κρη- 5
πῖδι κεκοσμημένη, καὶ ἐργασμένη εὖ κύκλῳ, καὶ μέ-
γαθος, ὡς ἐμοὶ ἐδόκεε, ὅση περ ἡ ἐν Δήλῳ, ἡ τροχοει-
171 δὴς καλεομένη. Ἐν δὲ τῇ λίμνῃ ταύτῃ τὰ δείκηλα τῶν
παθέων αὐτοῦ νυκτὸς ποιεῦσι, τὰ καλέουσι μυστήρια

to quidem longius ab aede sacra abest quam Apriae et eius progenitorum; at est tamen etiam hoc in aula templi, thalamus lapideus ingens, columnis ornatus palmas arbores imitantibus alioque sumtu. Intra thalamum, repositorium est binis foribus clausum, atqui inibi est regis sepulcrum. (170.) Est vero etiam sepulcrum eius, cuius nomen tali occasione edere mihi nefas, in eodem Minervae templo Saitano, post aedem sacram, toti postico parieti aedis Minervae contiguum. Et in area templi stant obelisci ingentes lapidei: iuxtaque eos lacus est, lapidea crepidine ornatus et circumcirca pulcre elaboratus, eâdem (ut mihi videtur) magnitudine qua est lacus Deli, qui orbiculatus nominatur. (171.) In hoc lacu exhibent noctu speciem imaginemque casuum, qui illi [deo] acciderunt, quae *mysteria* vocant Aegyptii: de qui-

Αἰγύπτιοι. περὶ μέν νυν τούτων, εἰδότι μοι ἐπὶ πλέον ὡς ἕκαστα αὐτέων ἔχει, εὔστομα κείσθω. καὶ τῆς Δή-
5 μητρος τελετῆς πέρι, τὴν οἱ Ἕλληνες Θεσμοφόρια καλέουσι, καὶ ταύτης εἰδότι μοι πέρι εὔστομα κείσθω, πλὴν ὅσον αὐτῆς ὁσίη ἐστὶ λέγειν. αἱ Δαναοῦ θυγατέρες ἦσαν αἱ τὴν τελετὴν ταύτην ἐξ Αἰγύπτου ἐξαγαγοῦσαι, καὶ διδάξασαι τὰς Πελασγιώτιδας γυναῖκας.
10 μετὰ δὲ, ἐξαναστάσης πάσης Πελοποννήσου ὑπὸ Δωριέων, ἐξαπώλετο ἡ τελετή· οἱ δὲ ὑπολειφθέντες Πελοποννησίων καὶ οὐκ ἐξαναστάντες Ἀρκάδες, διέσωζον αὐτὴν μοῦνοι.

Ἀπρίεω δὲ ὧδε καταραιρημένου, ἐβασίλευσε Ἄμασις, νομοῦ μὲν Σαΐτεω ἐών· ἐκ τῆς δὲ ἦν πόλιος, οὔνομά οἱ ἐστὶ Σιούφ. τὰ μὲν δὴ πρῶτα κατόνοντο τὸν Ἄμασιν Αἰγύπτιοι, καὶ ἐν οὐδεμιῇ μοίρῃ μεγάλῃ
5 ἦγον, ἅτε δὴ δημότην τὸ πρὶν ἐόντα, καὶ οἰκίης οὐκ 172

bus equidem, quamquam satis singula quo pacto se habeant norim, silentium agere debeo. Etiamque de *Cereris sacris*, quae Thesmophoria Graeci vocant, silentium mihi agendum; nisi quatenus de his verba facere fas est. Danai filiae sacra haec ex Aegypto adtulerant, et Pelasgicas mulieres ea docuerant. Deinde, postquam tota Peloponnesus a Doribus eversa est et sedibus suis excita, perierunt haec sacra; solique Arcades, qui in Peloponneso manserunt, neque inde migrare coacti sunt, illa conservarunt.

(172.) Apric ita sublato, *Amasis*, in Aegypto regnavit, ex Saitanâ praefecturâ oriundus, et quidem ex oppido cui nomen Siuph. Et primo quidem spreverunt Aegyptii Amasin, nec ullo magnopere loco

ἐπιφανέος· μετὰ δὲ, σοφίῃ αὐτοὺς ὁ Ἄμασις, οὐκ ἀγνωμοσύνῃ προσηγάγετο. ἦν οἱ ἄλλα τε ἀγαθὰ μυρία, ἐν δὲ καὶ ποδανιπτὴρ χρύσεος, ἐν τῷ αὐτός τε ὁ Ἄμασις καὶ οἱ δαιτυμόνες οἱ πάντες τοὺς πόδας ἑκάστοτε ἐναπονιζέατο. τοῦτον κατ' ὦν κόψας, 10 ἄγαλμα δαίμονος ἐξ αὐτοῦ ἐποιήσατο, καὶ ἵδρυσε τῆς πόλιος ὅκου ἦν ἐπιτηδεώτατον· οἱ δὲ Αἰγύπτιοι φοιτέοντες πρὸς τὤγαλμα, ἐσέβοντο μεγάλως. μαθὼν δὲ ὁ Ἄμασις τὸ ἐκ τῶν ἀστῶν ποιεύμενον, συγκαλέσας Αἰγυπτίους, ἐξέφηνε φὰς „ἐκ τοῦ ποδανιπτῆρος τὤ- 15 γαλμα γεγονέναι, ἐς τὸν πρότερον μὲν τοὺς Αἰγυπτίους ἐνεμεῖν τε καὶ ἐνουρέειν, καὶ πόδας ἐναπονίζεσθαι, τότε δὲ μεγάλως σέβεσθαι. ἤδη ὦν, ἔφη λέγων, ὁμοίως αὐτὸς τῷ ποδανιπτῆρι πεπρηγέναι· εἰ γὰρ πρότερον

habuere, ut qui de plebe olim fuisset, et ex domo minime illustri. Deinde vero callido quodam invento, non asperitate, ad officium eos redegit. Erant ei quum aliae res pretiosae permultae, tum pelluvium aureum, in quo et Amasis ipse et convivae omnes lavare pedes consueverant: hoc pelluvium confringi, ex eoque confici dei simulacrum iussit, quod in loco urbis opportunissimo erexit. Et Aegyptii frequentes ad simulacrum conveniebant, illudque magnâ religione colebant. Id ubi a civibus fieri intellexit Amasis, convocatis Aegyptiis, quod res erat, declaravit; dicens, *factum esse simulacrum illud ex pelluvio, in quod paullo ante et evomuissent Aegyptii et imminxissent, et pedes in eo abluissent, qui nunc illud magna religione colant. Iam igitur* (sic loqui pergebat) *suam sortem simillimam huic pelluvio*

20 εἶναι δημότης, ἀλλ' ἐν τῷ παρεόντι εἶναι αὐτέων βασιλεύς." καὶ τιμᾶν τε καὶ προμηθέεσθαι ἑωυτοῦ ἐκέλευε. τοιούτῳ μὲν τρόπῳ προσηγάγετο τοὺς Αἰγυπτίους, ὥστε δικαιοῦν δουλεύειν. Ἐχρᾶτο δὲ καταστάσει πρη- 173 γμάτων τοιῇδε. τὸ μὲν ὄρθριον, μέχρι ὅτου πληθώρης ἀγορῆς, προθύμως ἔπρησσε τὰ προσφερόμενα πρήγματα· τὸ δὲ ἀπὸ τούτου ἔπινέ τε καὶ κατέσκωπτε τοὺς 5 συμπότας, καὶ ἦν μάταιός τε καὶ παιγνιήμων. ἀχθεσθέντες δὲ τούτοισι οἱ φίλοι αὐτοῦ, ἐνουθέτεον αὐτὸν, τοιάδε λέγοντες· „Ὦ βασιλεῦ, οὐκ ὀρθῶς σεωυτοῦ „προέστηκας, ἐς τὸ ἄγαν φαῦλον προάγων σεωυτόν. „σὲ γὰρ χρῆν ἐν θρόνῳ σεμνῷ σεμνὸν θωκέοντα, δι' 10 „ἡμέρης πρήσσειν τὰ πρήγματα· καὶ οὕτω Αἰγύπτιοί „τ' ἂν ἐπιστέατο ὡς ὑπ' ἀνδρὸς μεγάλου ἄρχονται,

esse: etsi enim prius fuisset plebeius, at in praesentiâ esse illorum regem, itaque illorum esse officium, sese honorare suique respectum habere. Tali modo Aegyptios eo adduxit, ut illi serviri aequum censerent. (173.) Idem in rebus agendis hoc usus est instituto: primo mane, usque ad id tempus quo celebrari forum hominibus solet, studiose peragebat negotia quaecumque obferebantur: ab illo vero tempore ad potandum et ad cavillandum cum compotoribus se dabat, iocisque et rebus ludicris indulgebat. Quibus rebus offensi amici, admonuerunt eum, dicentes: *Non e dignitate tua, Rex, te ipse moderas; et nimis te humiliter demittis. Debebas tu, venerando in throno venerabilis sedens, per totum diem administrationi rerum vacare. Ita scituri erant Aegyptii, a magno viro se regi, tu-*

„καὶ ἄμεινον σὺ ἂν ἤκουες. νῦν δὲ ποιέεις οὐδαμῶς βα-
„σιλικά." Ὁ δ' ἀμείβετο τοισίδε αὐτούς· „ Τὰ τόξα
„οἱ κεκτημένοι, ἐπεὰν μὲν δέωνται χρᾶσθαι, ἐνταν-
„νύουσι· ἐπεὰν δὲ χρήσωνται, ἐκλύουσι. εἰ γὰρ δὴ τὸν 15
„πάντα χρόνον ἐντεταμένα εἴη, ἐκραγείη ἄν· ὥστε ἐς
„τὸ δέον οὐκ ἂν ἔχοιεν αὐτοῖσι χρῆσθαι. οὕτω δὴ καὶ
„ἀνθρώπου κατάστασις· εἰ ἐθέλοι κατεσπουδάσθαι αἰεί,
„μηδὲ ἐς παιγνίην τὸ μέρος ἑωυτὸν ἀνιέναι, λάθοι ἂν
„ἤτοι μανεὶς, ἢ ὅγε ἀπόπληκτος γινόμενος. τὰ ἐγὼ 20
„ἐπιστάμενος, μέρος ἑκατέρῳ νέμω." Ταῦτα μὲν τοὺς
174 φίλους ἀμείψατο. Λέγεται δὲ ὁ Ἄμασις, καὶ ὅτε
ἦν ἰδιώτης, ὡς φιλοπότης ἐὼν καὶ φιλοσκώμμων, καὶ
οὐδαμῶς κατεσπουδασμένος ἀνήρ· ὅκως δέ μιν ἐπιλεί-
ποι πίνοντά τε καὶ εὐπαθέοντα τὰ ἐπιτήδεια, κλέπτε-

que melius audires. Nunc quae tu agis, minime decent regem. Quibus ille his verbis respondit: *Qui arcu utuntur, hi eum, quando fert usus, tendunt: postquam usi sunt, remittunt. Si enim perpetuo intentus esset, rumperetur; ut illo, ubi opus foret, non amplius possent uti. Eadem nempe est hominis conditio. Quod si quis semper vellet seriis rebus esse intentus, nec vicissim ad iocum se remittere; imprudenti huic accideret, ut vel furiosus fieret vel stupidus. Hoc ego intelligens, utrique rei suam partem tribuo.* Hoc ille amicis responsum dedit. (174.) Aiunt autem eumdem *Amasin*, quum privatus fuisset, etiam tunc compotationes cavillationesque amasse, nec ullo modo seriis rebus fuisse intentum; et, quando potantem voluptatibusque indulgentem defecissent necessaria, circumivisse et

5 σκε ἂν περιϊών. οἱ δ᾽ ἄν μιν φάμενοι ἔχειν τὰ σφέτερα χρήματα, ἀρνεύμενον ἄγεσκον ἐπὶ μαντήϊον ὅκου ἑκάστοισι εἴη· πολλὰ μὲν δὴ καὶ ἁλίσκετο ὑπὸ τῶν μαντηΐων, πολλὰ δὲ καὶ ἀποφεύγεσκε. ἐπεί τε δὲ καὶ ἐβασίλευσε, ἐποίεε τοιάδε· ὅσοι μὲν αὐτὸν τῶν θεῶν
10 ἀπέλυσαν μὴ φῶρα εἶναι, τούτων μὲν τῶν ἱρῶν οὔτε ἐπεμέλετο, οὔτε ἐς ἐπισκευὴν ἐδίδου οὐδέν· οὐδὲ φοιτέων ἔθυε, ὡς οὐδενὸς ἐοῦσι ἀξίοισι, ψευδέα τε μαντήϊα κεκτημένοισι. ὅσοι δέ μιν κατέδησαν φῶρα εἶναι, τούτων δὲ ὡς ἀληθέως θεῶν ἐόντων καὶ ἀψευδέα μαντήϊα
15 παρεχομένων, τὰ μάλιστα ἐπεμέλετο.

Καὶ τοῦτο μὲν, ἐν Σάϊ τῇ Ἀθηναίῃ προπύλαια θωυμάσιά οἱ ἐξεποίησε, πολλὸν πάντας ὑπερβαλλόμενος τῷ τε ὕψεϊ καὶ τῷ μεγάθεϊ, ὅσων τε τὸ μέγαθος λί- 175

furto abstulisse aliena. Iam qui adfirmabant habere eum suam pecuniam, hi eum, quum negaret, ad oraculum ducebant quo quique utebantur: et a multis passim oraculis furti convincebatur, ab aliis absolvebatur. Postquam autem regno potitus est, hoc fecit: quicumque dii eum furti crimine absolverant, horum templa negligebat, neque ad illa reficienda quidquam dabat, neque sacra illis diis faciebat, ut qui nullius essent momenti, nec veracia haberent oracula. Qui vero furti eum arguerant, horum praecipuam curam agebat, ut qui vere dii essent, et oracula non mendacia exhiberent.

(175.) Et primo quidem in Sai urbe ad Minervae templum propylaea exstruxit mirabilia, superiores omnes, [qui talia exstruxerant,] altitudine superans, et amplitudine, et ipsorum lapidum tum magnitudi-

θων ἐστὶ, καὶ ὁκοίων τέων· τοῦτο δὲ, κολοσσοὺς με-
γάλους καὶ ἀνδρόσφιγγας περιμήκεας ἀνέθηκε, λίθους 5
τε ἄλλους ἐς ἐπισκευὴν ὑπερφυέας τὸ μέγαθος ἐκόμι-
σε. ἠγάγετο δὲ τουτέων τοὺς μὲν, ἐκ τῶν κατὰ Μέμ-
φιν ἐουσέων λιθοτομιέων· τοὺς δὲ ὑπερμεγάθεας, ἐξ
Ἐλεφαντίνης πόλιος, πλόον καὶ εἴκοσι ἡμερέων ἀπε-
χούσης ἀπὸ Σάϊος. τὸ δὲ οὐκ ἥκιστα αὐτέων, ἀλλὰ 10
μάλιστα θωυμάζω, ἔστι τόδε· οἴκημα μουνόλιθον ἐκό-
μισε ἐξ Ἐλεφαντίνης πόλιος· καὶ τοῦτο ἐκόμιζον μὲν
ἐπ᾽ ἔτεα τρία, δισχίλιοι δέ οἱ προσετετάχατο ἄνδρες
ἀγωγέες, καὶ οὗτοι ἅπαντες ἦσαν κυβερνῆται. τῆς δὲ
στέγης ταύτης τὸ μὲν μῆκος ἔξωθεν, ἔστι εἷς τε καὶ 15
εἴκοσι πήχεες· εὖρος δὲ, τεσσερεσκαίδεκα· ὕψος δὲ,
ὀκτώ. ταῦτα μὲν τὰ μέτρα ἔξωθεν τῆς στέγης τῆς μου-
νολίθου ἐστί. ἀτὰρ ἔσωθεν τὸ μῆκος, ὀκτωκαίδεκα πη-

ne tum qualitate. Statuas item magnas et ingenti mole androsphinges dedicavit, lapidesque alios immanis magnitudinis ad reficienda aedificia adgerendos curavit. Horum alii ex lapicidina, quae adversus Memphin est, adgerebantur: ii vero qui immani erant magnitudine, ex Elephantine urbe, quae dierum non minus viginti navigatione abest a Sai. Quod vero ex his non minime miror, sed maxime omnium, *aedes* est *ex uno lapide*, quam ex Elephantine urbe transportandam curavit: qua in transportanda per tres annos occupati erant duo millia hominum, cui ea cura commissa erat, hique omnes erant navium gubernatores. Huius aedis longitudo extrinsecus est unius et viginti cubitorum; latitudo vero, quatuordecim; altitudo, octo cubitorum: hae sunt mensurae

χέων, καὶ πυγόνος· τὸ δὲ εὖρος, δυώδεκα πηχέων· τὸ
20 δὲ ὕψος, πέντε πηχέων ἐστί. αὕτη τοῦ ἱροῦ κέεται πα-
ρὰ τὴν ἔσοδον. ἔσω γάρ μιν ἐς τὸ ἱρὸν φασι τῶνδ' εἵνε-
κα οὐκ ἐσελκύσαι· τὸν ἀρχιτέκτονα αὐτῆς, ἑλκομένης
τῆς στέγης, ἀναστενάξαι, οἷά τε χρόνου ἐκγεγονότος
πολλοῦ, καταχθόμενον τῷ ἔργῳ· τὸν δὲ Ἄμασιν, ἐν-
25 θυμιστὸν ποιησάμενον, οὐκ ἐᾷν ἔτι προσωτέρω ἑλκύ-
σαι. ἤδη δέ τινες λέγουσι, ὡς ἄνθρωπος διεφθάρη ὑπ'
αὐτῆς τῶν τις αὐτὴν μοχλευόντων, καὶ ἀπὸ τούτου οὐκ
ἐσελκυσθῆναι. Ἀνέθηκε δὲ καὶ ἐν τοῖσι ἄλλοισι ἱροῖσι 176
ὁ Ἄμασις πᾶσι τοῖσι ἐλλογίμοισι ἔργα τὸ μέγαθος
ἀξιοθέητα· ἐν δὲ, καὶ ἐν Μέμφι, τὸν ὕπτιον κείμενον κο-
λοσσὸν, τοῦ Ἡφαιστείου ἔμπροσθε· τοῦ πόδες πέντε
5 καὶ ἑβδομήκοντά εἰσι τὸ μῆκος. ἐπὶ δὲ τῷ αὐτῷ βά-

aedis huius *monolithae* extrinsecus. Intrinsecus longitudo est octodecim cubitorum et viginti digitorum; latitudo, duodecim cubitorum; altitudo, quinque cubitorum. Posita haec est ad introitum templi: nam intra templum aiunt hac caussâ non fuisse pertractam: architectum, quum aegre promoveretur aedes, multumque temporis esset insumtum, vehementer dolentem operis molestiam, ingemuisse; idque animadvertentem *Amasin* non permisisse ut ulterius promoveretur aedes. Alii vero aiunt, quemdam ex his qui vectibus promovere aedem conabantur, fuisse ab illa oppressum, et ea caussâ non intus fuisse promotam. (176.) Sed et in aliis omnibus nobilioribus templis dedicavit *Amasis* opera ob magnitudinem spectatu digna: in his Memphi *colossum* illum resupinum ante Vulcani templum, cuius longitudo septuaginta

θρῳ ἑστᾶσι, Αἰθιοπικοῦ ἐόντος λίθου, δύο κολοσσοὶ, εἴκοσι ποδῶν τὸ μέγαθος ἐὼν ἑκάτερος· ὁ μὲν ἔνθεν, ὁ δ' ἔνθεν τοῦ μεγάρου. ἔστι δὲ λίθινος ἕτερος τοσοῦτος καὶ ἐν Σάϊ, κείμενος κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον τῷ ἐν Μέμφι. τῇ Ἴσι τε τὸ ἐν Μέμφι ἱρὸν Ἄμασίς ἐστι ὁ ἐξοικοδομήσας, ἐὸν μέγα τε καὶ ἀξιοθεητότατον. 10

177 Ἐπ' Ἀμάσιος δὲ βασιλῆος λέγεται Αἴγυπτος μάλιστα δὴ τότε εὐδαιμονῆσαι, καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τῇ χώρῃ γινόμενα, καὶ τὰ ἀπὸ τῆς χώρης τοῖσι ἀνθρώποισι. καὶ πόλις ἐν αὐτῇ γενέσθαι τὰς ἁπάσας τότε δισμυρίας τὰς οἰκεομένας. νόμον δὲ Αἰγυπτίοισι 5 τόνδε Ἄμασίς ἐστι ὁ καταστήσας· ἀποδεικνύναι ἔτεος ἑκάστου τῷ νομάρχῃ πάντα τινὰ Αἰγυπτίων, ὅθεν βιοῦ-

CLXXVI. 8. μεγάρου. μεγάλου, magni; *ed. Schaef. cum Valla.*

quinque pedum est: et super eadem basi duae stant statuae, utraque vicenûm pedum magnitudine, altera ab unâ aedis sacrae parte, altera ab alterâ: [*sive,* quarum altera hinc, altera illinc adstat maiori.] omnia haec ex Aethiopico lapide perfecta. Est autem etiam in Sai urbe similis *colossus* lapideus, eodem habitu positus quo ille Memphi. Etiam Isidi templum illud, quod Memphi est, Amasis exstruxit, magnum et spectatu dignissimum.

(177.) Regnante *Amasi* dicunt Aegyptum prosperitate maxime floruisse, tum quod ad commoda spectat quae fluvius regioni largitur, tum ad ea quae e terra homines percipiunt: et oppida habitata in eâ tunc fuisse vicies mille. Amasis etiam est, qui legem illam Aegyptiis constituit, ut *Aegyptiorum quisque quotannis apud nomi sui praefectum profiteretur,*

ται· μὴ δὲ ποιεῦντα ταῦτα, μηδὲ ἀποφαίνοντα δικαίην ζόην, ἰθύνεσθαι θανάτῳ. Σόλων δὲ ὁ Ἀθηναῖος λαβὼν
10 ἐξ Αἰγύπτου τοῦτον τὸν νόμον, Ἀθηναίοισι ἔθετο· τῷ ἐκεῖνοι ἐς αἰεὶ χρέωνται, ἐόντι ἀμώμῳ νόμῳ. Φιλέλλην 178
δὲ γενόμενος ὁ Ἄμασις, ἄλλα τε ἐς Ἑλλήνων μετεξετέρους ἀπεδέξατο, καὶ δὴ καὶ τοῖσι ἀπικνευμένοισι ἐς Αἴγυπτον ἔδωκε Ναύκρατιν πόλιν ἐνοικῆσαι· τοῖσι δὲ
5 μὴ βουλομένοισι αὐτέων οἰκέειν, αὐτοῦ δὲ ναυτιλλομένοισι, ἔδωκε χώρους ἐνιδρύσασθαι βωμοὺς καὶ τεμένεα θεοῖσι. τὸ μὲν νυν μέγιστον αὐτέων τέμενος, καὶ οὐνομαστότατον ἐὸν καὶ χρησιμώτατον, καλεύμενον δὲ Ἑλλήνιον, αἵδε πόλις εἰσὶ αἱ ἱδρυμέναι κοινῇ, Ἰώνων μὲν,
10 Χίος, καὶ Τέως, καὶ Φώκαια, καὶ Κλαζομεναί· Δωριέων δὲ, Ῥόδος, καὶ Κνίδος, καὶ Ἁλικαρνησσὸς, καὶ

unde vitam sustentet: *qui hoc non faceret*, *aut legitimum victum non declararet*, *is morte plecteretur*. Quam legem laudabilem Solon, ab Aegyptiis acceptam, Atheniensibus tulit, qui perpetuo eâ utuntur. (178.) *Graecorum amicus* quum esset *Amasis*, et alia in Graecorum nonnullos beneficia contulit, et eis, qui in Aegyptum venirent, *Naucratin* urbem habitandam concessit: qui vero sedes in Aegypto figere nollent, tantum mercandi caussa in eam navigarent, his areas adsignavit ubi aras et templa diis erigerent. Maximum igitur illorum templum et celeberrimum, maximeque frequentatum, quod *Hellenium* nominatur, communi consilio sumtuque statuerunt hae civitates: ex Ionibus, Chius, Teos, Phocaea, et Clazomenae; ex Doribus, Rhodus, Cnidus, Halicarnassus, et Phaselis; ex Aeolibus, sola Mitylenaeorum civi-

Φάσηλις· Αἰολέων δὲ, ἡ Μιτυληναίων μούνη. τουτέων μέν ἐστι τοῦτο τὸ τέμενος, καὶ προστάτας τοῦ ἐμπορίου αὗται αἱ πόλις εἰσὶ αἱ παρέχουσαι. ὅσαι δὲ ἄλλαι πόλις μεταποιεῦνται, οὐδέν σφι μετεὸν μεταποιεῦνται. 15 χωρὶς δὲ, Αἰγινῆται ἐπ' ἑωυτῶν ἱδρύσαντο τέμενος Διός· καὶ ἄλλο Σάμιοι, Ἥρης· καὶ Μιλήσιοι, Ἀπόλλωνος. 179 Ἦν δὲ τὸ παλαιὸν μούνη ἡ Ναύκρατις ἐμπόριον, καὶ ἄλλο οὐδὲν Αἰγύπτου. εἰ δέ τις ἐς τῶν τι ἄλλο στομάτων τοῦ Νείλου ἀπίκοιτο, χρῆν ὀμόσαι „μὴ μὲν ἑκόντα ἐλθεῖν·“ ἀπομόσαντα δὲ, τῇ νηῒ αὐτῇ πλέειν ἐς τὸ Κανωβικόν· ἢ εἰ μή γε οἷά τε εἴη πρὸς ἀνέμους ἀν- 5 τίους πλέειν, τὰ φορτία ἔδεε περιάγειν ἐν βάρισι περὶ τὸ Δέλτα, μέχρι οὗ ἀπίκοιτο ἐς Ναύκρατιν. οὕτω μὲν 180 δὴ Ναύκρατις ἐτετίμητο. Ἀμφικτυόνων δὲ μισθωσάν-

tas. Horum est hoc templum, haeque civitates constituunt praesides emporii. Quod si quae aliae partem illius sibi vindicant, rem sibi vindicant nihil ad se pertinentem. Praeter istud vero templum, seorsim Aeginetae statuerunt Iovis fanum; et Samii aliud Iunonis; tum Milesii, Apollinis. (179.) Fuitque olim solum in Aegypto emporium *Naucratis*, nec aliud ullum. Quod si quis in aliorum Nili ostiorum aliquod intrasset, iurare eum oportebat, *invitum eo se venisse;* tum, hoc praestito iure iurando, cum navi sua in Canobicum ostium tenebatur navigare, aut, si per contrarios ventos hoc ei non licuisset, oportebat merces navigiis Aegyptiis circum Delta circumvehere, donec Naucratin pervenisset. Ita Naucratis in honore erat. (180.) Quum Amphictyones, postquam superius templum Delphicum fortuito casu

των τὸν ἐν Δελφοῖσι νῦν ἐόντα νηὸν τριηκοσίων ταλάντων ἐξεργάσασθαι· ὁ γὰρ πρότερον ἐὼν αὐτόθι, αὐτομάτως κατεκάη· τοὺς Δελφοὺς δὲ ἐπέβαλλε τεταρτημό-
5 ριον τοῦ μισθώματος παρασχεῖν. πλανώμενοι δὲ οἱ Δελφοὶ περὶ τὰς πόλις, ἐδωτίναζον· ποιεῦντες δὲ τοῦτο, οὐκ ἐλάχιστον ἐξ Αἰγύπτου ἐνείκαντο. Ἄμασις μὲν γάρ σφι ἔδωκε χίλια στυπτηρίης τάλαντα· οἱ δὲ ἐν Αἰγύπτῳ οἰκέοντες Ἕλληνες, εἴκοσι μνέας.

181 Κυρηναίοισι δὲ Ἄμασις φιλότητά τε καὶ συμμαχίην συνεθήκατο. ἐδικαίωσε δὲ καὶ γῆμαι αὐτόθεν, εἴτ' ἐπιθυμήσας Ἑλληνίδος γυναικὸς, εἴτε καὶ ἄλλως φιλότητος Κυρηναίων εἵνεκα. γαμέει δ' ὦν, οἱ μὲν λέ-
5 γουσι Βάττεω, οἱ δ' Ἀρκεσίλεω θυγατέρα, οἱ δὲ, Κριτοβούλου, ἀνδρὸς τῶν ἀστῶν δοκίμου· τῇ οὔνομα ἦν

conflagraverat, illud quod nunc est trecentis talentis elocassent aedificandum, cuius summae quartam partem Delphenses pro sua portione tenebantur conferre; circumeuntes hi per civitates, atque dona corrogantes, haud parum ex Aegypto retulerunt. Amasis enim mille eis dedit talenta aluminis; Graeci vero, in Aegypto habitantes, viginti libras.

(181.) Idem *Amasis* cum *Cyrenaeis* mutuam amicitiam societatemque contraxit. Constituitque etiam uxorem ex eorum regione ducere, sive quod Graecam habere uxorem desideraret, sive omnino amicitiae causså, quam cum Cyrenaeis colebat. Duxit igitur spectati inter populares suos viri (quem Battum alii, alii Arcesilam, rursusque alii Critobulum dicunt) filiam, nomine *Ladicen*. Cum qua quoties

Λαδίκη. τῇ ἐπεί τε συγκλίνοιτο ὁ Ἄμασις, μίσγεσθαι οὐκ οἷός τε ἐγένετο· τῇσι δὲ ἄλλῃσι γυναιξὶ ἐχρᾶτο. ἐπεί τε δὲ πολλὸν τοῦτο ἐγίνετο, εἶπε ὁ Ἄμασις πρὸς τὴν Λαδίκην ταύτην καλεομένην· „Ὦ γύναι, κα- 10
„τά με ἐφάρμαξας, καὶ ἔστι τοι οὐδεμίη μηχανὴ μὴ „οὐκ ἀπολώλεναι κάκιστα γυναικέων πασέων.“ Ἡ δὲ Λαδίκη, ἐπεί τέ οἱ ἀρνευμένῃ οὐδὲν ἐγίνετο πρηΰτερος ὁ Ἄμασις, εὔχεται ἐν τῷ νόῳ τῇ Ἀφροδίτῃ, ἤν οἱ ὑπ' ἐκείνην τὴν νύκτα μιχθῇ ὁ Ἄμασις, τοῦτο γάρ οἱ κα- 15
κοῦ εἶναι μῆχος, ἄγαλμά οἱ ἀποπέμψειν ἐς Κυρήνην. μετὰ δὲ τὴν εὐχὴν αὐτίκα οἱ ἐμίχθη ὁ Ἄμασις· καὶ τὸ ἐνθεῦτεν ἤδη ὁκότε ἔλθοι πρὸς αὐτὴν, ἐμίσγετο· καὶ κάρτα μιν ἔστερξε μετὰ τοῦτο. ἡ δὲ Λαδίκη ἀπέδωκε τὴν εὐχὴν τῇ θεῷ. ποιησαμένη γὰρ ἄγαλμα, ἀπέ- 20
πεμψε ἐς Κυρήνην, τὸ ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἦν σόον, ἔξω

CLXXXI. 14. νόῳ. *Alii* ἐν τῷ νηῷ, in templo.

concumberet Amasis, coire non poterat, quum tamen aliis mulieribus uteretur. Id ubi saepius ei accidit, dixit ad hanc Ladicen Amasis: *Veneficiis, ô mulier, adversus me usa es: quare effugere nullo pacto potes, quo minus pessime pereas, mulierum pessima.* Tum Ladice, postquam negando nihilo placatiorem reddere illum potuit, intra animum suum Veneri votum fecit, si ea nocte coisset cum ipsa Amasis, (id enim unum esse calamitatis effugium) statuam se ei Cyrenen missuram. Et post hoc conceptum votum continuo cum ea coiit Amasis; et, quoties deinde cupido eum incessit, coibat; vehementerque eam ab illo tempore diligebat. Et illa faciendam curavit imaginem, Cyrenenque misit; quae adhuc

τετραμμένον τοῦ Κυρηναίων ἄστεος. ταύτην τὴν Λαδίκην, ὡς ἐπεκράτησε Καμβύσης Αἰγύπτου, καὶ ἐπύθετο αὐτῆς ἥ τις εἴη, ἀπέπεμψε ἀσινέα ἐς Κυρήνην. Ἀνέθηκε δὲ καὶ ἀναθήματα ὁ Ἄμασις ἐς τὴν Ἑλλάδα· τοῦτο μὲν, ἐς Κυρήνην ἄγαλμα ἐπίχρυσον Ἀθηναίης, καὶ εἰκόνα ἑωυτοῦ γραφῇ εἰκασμένην· τοῦτο δὲ, τῇ ἐν Λίνδῳ Ἀθηναίῃ δύο τε ἀγάλματα λίθινα, καὶ 182
5 θώρηκα λίνεον ἀξιοθέητον· τοῦτο δ', ἐς Σάμον τῇ Ἥρῃ εἰκόνας ἑωυτοῦ διφασίας ξυλίνας, αἳ ἐν τῷ νηῷ τῷ μεγάλῳ ἱδρύατο ἔτι καὶ τὸ μέχρις ἐμεῦ, ὄπισθε τῶν θυρέων. ἐς μέν νυν Σάμον ἀνέθηκε κατὰ ξεινίην τὴν ἑωυτοῦ τε καὶ Πολυκράτεος τοῦ Αἰάκεος· ἐς δὲ Λίνδον,
10 ξεινίης μὲν οὐδεμιῆς εἵνεκεν, ὅτι δὲ τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Λίνδῳ τὸ τῆς Ἀθηναίης λέγεται τὰς τοῦ Δαναοῦ θυγατέρας

mea aetate superfuit, extra Cyrenaeorum urbem spectans. Eamdem Ladicen Cambyses, Aegypto potitus, postquam ex ea, quaenam esset, cognosset, illaesam Cyrenen remisit. (182.) Dedicavit *Amasis* dona etiam in Graeciam: et primum quidem Cyrenen Minervae statuam misit inauratam, et sui imaginem picturâ adsimulatam: tum Minervae quae Lindi colitur, duas statuas lapideas, et thoracem lineum spectatu dignum; denique Iunoni Samiae binas sui imagines ex ligno sculptas, quae in magno templo ad meam usque aetatem steterunt post fores. Et Samum quidem dona haec miserat hospitii caussâ, quod ei cum Polycrate Aeacis filio intercesserat: Lindum vero, nullius quidem hospitii caussâ, sed quoniam Minervae templum Lindi exstructum esse perhibetur a Danai filiabus, quae ad illam oram adpulissent, quum

ἱδρῦσθαι προσσχούσας, ὅτε ἀπεδίδρησκον τοὺς
πτου παῖδας. ταῦτα μὲν ἀνέθηκε ὁ Ἄμασις. Ι
Κύπρον πρῶτος ἀνθρώπων, καὶ κατεστρέψατο
ρου ἀπαγωγήν.

ἹΣΤΟΡΙΩΝ ἩΡΟΔΟΤΟΥ Β΄.

fugerent Aegypti filios. Haec sunt donaria,
Amasis dedicavit. Idem vero etiam Cyprum, a
ne ante illum subactam, cepit, tributariamqu
fecit.

FINIS LIBRI SECUNDI.

ARGUMENTUM LIBRI PRIMI.

AUCTORIS *consilium* in scribendis his Historiis. (*Prooem.* coll. *cap.* 5.) Inimicitiarum inter Graecos et Asiae populos prima origo, mutui raptus mulierum, *Iûs*, *Europae*, *Medeae*, *Helenae*. (*Cap.* 1-5.) Primus e barbaris *Croesus*, Lydiae rex, Graecos Asiam incolentes tributarios fecit. (6.) Lydorum primi reges, ab *Atye* oriundi: dein *Heraclidae*, quorum primus *Agron*, postremus *Candaules*; (7.) qui insano uxoris amore captus, stolidum consilium init. (8-10.) Reginae iussu *Gyges* Candaulem interficit, et imperium ad *Mermnadas* transfert: (11-13.) donaria Delphos mittit, Mileto et Smyrnae arma infert, Colophonem capit. (14.) *Ardys*, Gygis filius: quo regnante *Cimmerii* Sardes capiunt. (15.) *Sadyattes* bellum undecim annorum inchoat cum Milesiis, continuatum ab eius filio *Alyatte*; qui Cimmerios ex Asia eiicit, et cum *Thrasybulo*, Milesiorum tyranno, pacem componit. (16-22.) Thrasybuli amicus Periander Corinthius, cuius aetate *Arion*, dithyrambi auctor, delphino per mare vectus, Corinthum salvus evasit. (23. 24.) *Glaucus*, inventor artis ferruminandi. (25.)

CROESUS, Alyattae filius, postquam Graecos Asiam incolentes tributarios fecit, insulanos adgressurus, callido monito deterretur a Biante sive a Pittaco. (26. 27.) SOLON Sardes venit, et cum *Croeso* de fortuna humana disputans, primo *Tellum*, dein *Cleobin* et *Bitonem* hominum beatissimos praedicat. (29-33.) *Croesi* somnium de filio. (34.) *Adrastus*, supplex receptus a Croeso, (35.) aprum in Olympo Mysiae feriturus, Croesi filium invitus occidit. (36-45.) Medis a *Cyro* devictis, *Croesus* de Persarum potentia sollicitus, *Oracula* consulturus, primum veracitatem illorum tentat: (46. 47.) probat maxime *Delphicum*, tum et *Amphiarai* oraculum: (48. 49.) magnifica

dona ex auro et argento Delphos mittit; (50. 51.) et alia Thebas ad Amphiaraum. (52.) Oraculorum anceps responsum de bello Persis inferendo. (53. 54.) Denuo consulit Croesus de imperii sui diuturnitate. (55.)

Graecorum populum potentissimum *Croesus* socium sibi conciliaturus, reperit prae caeteris excellere *Lacedaemonios* et *Athenienses*; illos *Hellenicae* stirpis, principes generis *Dorici*; hos, *Pelasgicae* stirpis, *Ionici* generis principes. (56.) *Hellenicae* gentis migrationes variae. (*ibid*) *Pelasgi* barbara lingua usi. *Attica* gens ex Pelasgis ad Hellenas transiit, linguamque mutavit. (57.) Quare plurimum creverint *Hellenes*; *Pelasgi* minus (58.) *Pisistratus*, Croesi aetate tyrannidem occupaverat *Atheniensium*, in tres factiones scissorum: (59.) bis eiectus, bis denuo imperium recuperavit: (60-63.) Naxum insulam armis subegit; Delum expiavit. (64.) *Lacedaemonii*, florentes legibus a *Lycurgo* datis, (65.) bello cum *Tegeatis* parum prospere gesto, ad extremum, repertis *Orestis* ossibus, superiores discesserant. (66-68.) Foedus cum Lacedaemoniis init *Croesus*. (69.) Crater ab his Croeso missus, intercipitur a Samiis. (70.)

Sapiens vir Lydus *Croeso* frustra dissuadet *bellum adversus Persas*. (71.) *Cappadoces*, a Graecis *Syrii* dicti, prius Medis, nunc Cyro parebant: inter eos et Lydiam *Halys* fluvius terminus erat. (72.) Cappadociam *Cyro* cripere cogitat *Croesus*, et ulcisci *Astyagem* Medum, adfinem suum, cui *Cyrus* regnum ademerat. Adfinitas illa contracta fuerat pace inter utriusque patrem, *Alyatten* et *Cyaxarem*, compositâ post bellum ob Scythas transfugas gestum: quo bello inciderat *solis defectus*, a *Thalete* praedictus. (*cf. cap.* 103.) Pacem conciliaverat *Labynetus*, rex Babyloniae. (73. 74.) Traiecto *Haly* praelium in agro Pterio inter *Croesum* et *Cyrum* aequo marte committitur. (75. 76.) Sardes redit Croesus, proximo vere bellum redintegraturus. (77.) De portento, quod Sardibus incidit, consuluntur Telmissenses aruspices. (78.)

Croesum in Lydiam sequitur *Cyrus*, et praelio prospere pugnato, in quo camelos equitatui hostium opposuit, *Sardes* obsidet. (79-81.) *Lacedaemonii*, auxilio vocati a Croeso, cum *Argivis* de *Thyrea* contendebant: selecti utrimque trecenti iuvenes se mutuo trucidarunt; unus Laco victor discessit: in luctu Argivi comam tondere, Lacedaemonii alere comam, tunc primum instituerunt. (82.) His *Croeso* opem laturis nunciatur, captum illum esse a *Cyro*. (83.)

Meles olim rex Lydiae *leonem*, e pellice natum, circa *Sardium* murum portari iusserat: capta arx est ex ea muri parte, quae insuperabilis visa erat. (84.) *Croesi* filius mutus, Persâ in patrem irruente, subito loqui coepit. (85.) *Croesus*, compedibus vinctus, et rogo impositus, *Solonis* recordatus est. (86.) Quum in eo esset ut igni cremaretur, partim Cyri poenitentiâ, partim miraculoso imbre, incolumis servatus est. (87.) Colitur *Croesus* a Cyro, eique bonum dat consilium. (88. 89.) Apollini Delphico per legatos mala sua exprobrat; qui vicissim illi vaticiniorum suorum (in his illius, quo *mulum* dixerat *Cyrum*) reddit rationem. (90. 91.) Memorantur alia donaria diversis in templis a Croeso consecrata; et supplicium de homine sumtum, qui fratri Croesi contra ipsum faverat. (92.)

Memorabilia *Lydiae:* ingens *Alyattae* sepulcrum: Lydiae puellae, meretrices; Gygaea palus. (93.) *Lydi* primi aurum et argentum signarunt; cauponas instituerunt; fame pressi, ludos varios invenerunt: *Thyrrhena* duce, *Atyis* filio, coloniam in Umbriam miserunt. (94.)

Exponere nunc adgreditur Scriptor, *CYRUS* hic *quisnam fuerit*, qui Croesum regno exuit; et *quo pacto Asiae imperio potiti sint PERSAE* illi, quorum successores, quum universam subigere Graeciam conati essent, ipsi compluribus nobilissimis praeliis superati a Graecis, turpi fuga salutem in Asia coacti sunt repetere. (95.)

Superioris Asiae imperium postquam per 520 annos tenuissent *Assyrii*, ab his primi defecerunt *Medi*,

et in libertatem se vindicarunt, dein alii populi. (*Ibid.*) Apud Medos *Deioces*, regnum adfectans, iuri dicundo primum operam navavit, dein callido usus consilio, ad extremum rex nominatus, *Ecbatana* condidit: (96-98.) tum, rerum administrandarum ordine constituto, severe ius dixit. (99. 100.) Varii *Medorum populi*. (101.) Deioci, postquam annos 53 regnasset, successit filius *Phraortes;* qui, *Persis* et aliis Asiae gentibus imperio suo subiectis, *Assyrios* adgressus periit, anno regni vicesimo secundo. (102.) Hunc secutus *Cyaxares*, militum genera distinxit, et per ordines partitus est: idem qui Lydis bellum fecit. (103. *coll. c.* 74.)

Cyaxari, *Ninum* obsidenti, *Assyriorum* caput, superveniunt *Scythae*, ex Europa in Asiam erumpentes. (*Eod. cap.* 103. *coll* I. 15. et IV. 10 *seq.*) *Scythae*, subactis Medis, omni Asia potiuntur. (104.) Eisdem in Aegyptum pergentibus occurrit *Psammitichus* rex, eisque ut redeant persuadet. Horum nonnulli *Veneris Uraniae* templum Ascalone spoliant, indeque *morbo muliebri* adficiuntur. (105. *cf.* IV. 67.) Post annos 28 Scythae Asiâ eiiciuntur; regnum recipiunt *Medi*, et *Nino* captâ *Assyriam* sibi subiiciunt. (106.)

Cyaxari, quadragesimo ex quo regnare coeperat anno, successit filius *Astyages;* qui *Mandanen* filiam, ob somnium sibi oblatum, homini *Persae*, cui *Cambysi* nomen, dedit in matrimonium. (107.) Alio somnio territus Astyages, puerum quem Mandana peperit (eumdem qui dein *Cyrus* nominatus est) *Harpago* tradit necandum. (108.) Harpagus puerum bubulco regis tradit exponendum in montium iugis: (109. 110.) sed ille suum puerum mortuum exponit, illumque pro suo educat. (111-113.)

Cyrus, puer decennis, a collusoribus rex nominatus, severum imperium exercet, eoque nomine apud *Astyagen* accusatur. (114.) Interroganti regi animo constanti respondens, agnoscitur ab eo; et bubulcus verum fatetur. (115. 116.) *Harpagus* factum excusat; et Astyages dissimulat iram: (117. 118.) sed idem mox

Harpago carnes filii comedendas adponit. (119.) Cyaxares, deliberatione cum Magis instituta, impletum somnii fatum credens, salvum puerum ad parentes in Persiam dimittit. (120. 121.) Fama sparsa de nutrice illius cane. (122. *coll. c.* 110.)

Harpagus, regis odio, exstimulat *Cyrum* adversus avum, literis missis corpori leporis exenterati insutis. (123. 124.) *Persarum diversi populi*, quos callido invento *Cyrus* ad defectionem a Medis inpellit. (125. 126.) *Medi* praelio fusi a *Persis*. (127.) Altero praelio *Astyages* vivus capitur a *Cyro*. (128. 129.) Ita Cyrus et ***Persae superiori Asia potiti sunt***, cui per 128 annos *Medi* imperaverant. (130.)

Persarum instituta. Dii et sacrificia. (131. 132.) *Mores:* diem natalem festum agunt: quo victu vivant: vino indulgent: eorum verecundia: compotantes deliberant. (133.) Osculatio et adoratio salutantium: observantiae cultus inter vicinos: quam de se ipsi habeant opinionem. (134.) Externos mores facillime adsciscunt. (135.) Numerosa soboles patribus laudi et honori: liberorum educatio. (136.) Immunitas a poena capitali ob unum solum delictum. Parricidium non credunt fieri posse. (137.) Mendacium et aes alienum res omnium turpissimas ducunt: lepra adfectis aut vitiligine quid faciant. Fluminum cultus. (138.) *Nomina* omnia desinere in literam *S*. (139.) Sepultura. *Magi* Persarum et sacerdotes Aegyptiorum qua in re differant. (140.)

Ionum et *Aeolensium* legatis, Sardes missis, *Cyrus* fabulam narrat de tibicine et piscibus: quo metu illi territi (praeter *Milesios*, quibuscum foedus fecerat) oppida muniunt, et Spartam legatos mittunt. (141.) *Ionicae civitates duodecim*, communi *Ionum* nomine (quod respuunt alii populi eiusdem stirpis) gaudent, et communi in loco sacro, cui *Panionium* nomen, conveniunt, communeque festum *Panionia* celebrant. (142. 143. *coll. c.* 148.) Similiter *quinque Dorienses civitates* (olim sex, priusquam excluderetur *Halicarnassus*) ad templum *Triopici Apollinis* commune sacrum ludosque celebrant. (144.)

Iidem *Iones* olim in Peloponneso (sicut dein *Achaei*) duodecim civitates tenuerant. (145.) Ionibus Asiam incolentibus immixtae sunt aliae familiae Graecae, quae non sunt ex Ionica stirpe. Qui Iones *Athenis* in Asiam migrarunt, hi Caricas duxere uxores, quarum occiderant parentes. (146.) *Apaturia* festum, et *Panionia*. (147. 148.) *Aeolicae* civitates, in continente. (149.) *Smyrna* ex his amissa. (150.) Aeolicae civitates in Ida, cum his non coniunctae: reliquae, in insulis. Aeolenses ob *Cyri* metum Ionibus se adiungunt. (151.)

Lacedaemonii *Ionibus* auxilium negant; sed tamen Cyro, ne Graecos vexet, denunciant. (152.) *Cyrus* contemtim respondit: Sardibus redit, *Croesum* secum ducens; Babyloniis bellum ipse, Ionibus per legatos, facturus. (153.)

Lydi, Pactya duce, rebellant: quibus *Cyrus*, intercedente *Croeso*, veniam dat hac lege, ut arma tradant, et virilem vitae rationem cum muliebri permutent. (154-156.) Pactyas Cumas effugit; de quo Persis tradendo Cumani oraculum *Branchidarum* consulentes, mirum referunt responsum. (157-159.) Chii Pactyam, a Cumanis ad ipsos dimissum, Persis tradunt, pretium pacti *Atarnensem* agrum. (160.) Mazares, dux Persarum, bello persequitur eos qui cum Pactya rebellaverant. (161.) Cuius successor Harpagus, iactis aggeribus urbes *Ionicas* oppugnans, primum *Phocaeam* adgressus est. (162.)

Phocaeenses olim longinquas exercuerant navigationes; et *Arganthonium*, Tartessi regem, habuerant amicum: (163.) nunc, urbe relicta, *Corsicam* habitatum abierunt; unde, post praelium navale cum Carthaginiensibus et Tyrrhenis parum prospere commissum, Rhegium petentes, *Hyelam* sive *Veliam* oppidum condiderunt. Agyllaeorum ager, caedibus pollutus, quo pacto expiatus. *Cyrnus* heros. (164-167.) *Teii*, Harpago moenibus potito, Thraciam petentes, *Abderam* condiderunt. (168.) Caeteri *Iones*, continentem habitantes, servitutem subierunt. (169.) *Biantis* olim consilium Ionibus datum; item aliud *Thaletis*. (170.)

Cares, olim insulani, Minoi paruerant, *Leleges* dicti. Eorum tria utilia inventa. *Iupiter Carius*. Tres fratres, *Mysus*, *Lydus*, *Car*. (171.) *Cauniorum* origo et mores. (172.) *Lycii*, olim *Termilae* dicti, ex Creta Sarpedone duce in Asiam migraverant: horum quisque genus suum a matribus, non a patribus, derivat. (173.) *Caria* ab Harpago subacta. *Cnidii* frustra conantur isthmum perfodere. (174.) *Pedasensium* virtus: Minervae sacerdos in adversis eorum barbata. (175.) *Xantho* et *Cauno* oppidis non prius potitus est Harpagus, quam armati omnes pugnando, reliqui incolae igne ab eisdem succenso, periissent. (176.)

Cyrus superiorem omnem Asiam (Assyriam et Babyloniam) subigit. (177.) *Babylonis* urbis magnitudo, pulcritudo, fossae, murus, fluvius interfluens, templa. (178-183.) Regina olim *Semiramis* per campum, inundari ab Euphrate solitum, aggeres duxerat. (184.) *Nitocris* cursum Euphratis flexuosum reddidit, et lacunam ingenti ambitu effodit: (185.) fluminis labra intra urbem opere latéritio munivit, et ponte iunxit. (186.) Sepulcrum sibi exstruxit cum dolosa inscriptione, qua dein delusus *Darius* est. (187.)

Adversus *Labynetum*, Babyloniae regem, proficiscitur *Cyrus*. (188.) Aqua ex *Choaspe* fluvio. (*ibid.*) *Gyndem* amnem in 360 rivos scindi Cyrus iubet. (189.) Babylonios, praelio victos et in urbem compulsos, frustra obsidet. (190.) *Euphrate* in lacunam derivato, intrans per alveum, incautos opprimit *Babylonios*. (191.)

Babylonicae regionis potentia. Equorum foetura. Canes Indici. (192.) Ager quomodo irrigetur, fertilissimus frugum, arborum sterilis: oleum ex sesamo: ex palma panis et vinum et mel. (193.) Navium ex Armenia Babylonem venientium structura et ratio. (194.) Corporum cultus apud Babylonios. (195.) Laudabilis ratio qua puellae olim in matrimonium vendebantur. (196.) Aegroti exponuntur in foro. (197.) Sepultura, luctus, alia. (198.) Lex turpissima de cultu *Mylittae*, Veneris Assyriae. (199.) Tres Babyloniorum tribus nonnisi piscibus vivunt. (200.)

Adversus *Massagetas* expeditionem parat *Cy-*

rus. (201.) *Araxes* fluvius: eius insulae; insulani odore fructus cuiusdam in ignem coniecti inebriari gaudent. (202.) *Mare Caspium*. *Mons Caucasus*, et incolarum vitae ratio. (203.) *Massagetarum* situs: cur eos bello petierit *Cyrus*. (204.) *Tomyri* reginâ dolo frustra tentatâ, Araxem traiicere Cyrus parat. (205.) Optionem Tomyris Cyro proponit. (206.) Croesi consilio usus Cyrus, Araxen traiicit; filium vero suum *Cambysen* cum *Croeso* in Persiam remittit. (207.) Somnium Cyri de *Dario*, Hystaspis filio. (208-210.) Massagetarum pars tertia per dolum caesa; Tomyridis filius captus. (211.) Mater filium repetens, minatur Cyro. (212.) Iuvenis vitam sibi adimit. (215.) Praelium acerrimum: victrix *Tomyris* saevit in *Cyri* cadaver. (214.) *Massagetarum* cultus: auro et aere abundant, argenti et ferri egent. (215.) Uxores habent communes: aetate provectos mactant et epulantur: Soli equos immolant. (216.)

ARGUMENTUM LIBRI SECUNDI.

CAMBYSES, Cyri filius, *expeditionem in Aegyptum* suscipit. (*Cap*. 1.) *Antiquitatem gentis Aegyptiae* mira ratione exploravit Psammitichus. (2.) Quibus *auctoribus* vetustas *res Aegyptiorum* exponat Herodotus;. de Diis caute verba facturus. (3.) Primi Aegyptii *annum* invenerunt, et in XII. partes distribuerunt. (4.) Regnante Mene, tota Aegyptus, exceptâ *Thebaide*, palus fuerat. (5.) Mensurae terrarum: orgya, stadia, parasangae, schoeni. (6.) Aegyptus a mari usque Heliopolin in latitudinem patet; (7.) inde angusta, montibus utrimque cincta. (8.) Iter Heliopoli Thebas, et Thebis Elephantinen. (9.) Terra inter montem Arabicum et Libycum, olim *sinus maris*, similis Arabico sinui. (10. 11.) *Solum Aegypti* a vicinarum terrarum solo diversum. (12.) Quanta fuerit *Nili altitudo*, quum Aegyptum irrigaret regnante Mene; quanta, Herodoti aetate. Famis periculum metuendum Graecis, ni pluat; (13.) Aegyptiis, quando *Nilus* non poterit inundare terram,

cuius fructum nunc minimo labore percipiunt Aegyptii. (14.)

Refelluntur Iones, solum Delta *Aegyptum* esse dicentes. (15. 16.) Asiae et Africae terminus *Nilus;* eius cursus, et septem ostia. (17.) Oraculi responsum, *quousque pateat Aegyptus.* (18.) *Nili* singularis *natura.* (19.) De *caussa incrementi annui Nili* sententiae tres, Herodoto improbatae: (20-23.) Herodoti sententia: (24. 25.) inversis coeli regionibus, *Danubio* idem eventurum. (26.) Auras cur non exspiret Nilus. (27.) De *Nili fontibus* fabula. (28.) Nili cursus ultra Elephantinen; *Tachompso* insula; oppidum *Meroë.* (29.) *Automoli*, praesidiarii olim Aegyptiorum, qui ad *Aethiopes* transfugerunt. (30.) Ab occidente ibi fluit *Nilus.* (31.) *Nasamones* iuvenes *interiora Africae* peragrarunt, donec ad fluvium pervenerunt, quem esse *Nilum* existimat Herodotus cum *Etearcho*, rege Ammoniorum. (32-34.)

Aegyptiorum mores, ab aliis populis prorsus diversi: (35-37.) duplex *scripturae* genus. (37.) *Ritus religiosi.* Boum sacrificandorum exploratio et immolatio. (38-40.) Boves feminae *Isidi* consecratae. Graecos aversantur Aegyptii. (41.) Non eosdem Deos colunt omnes Aegyptii, nisi *Isidem* et *Osiridem.* Iupiter *Ammon* cur arietina facie. (42.) *Hercules*, antiquus apud Aegyptios deus. (43.) Hercules Tyrius, et Thasius. Graecorum *Hercules*, alius *Olympius*, alius heros. (44.) Absurda Graecorum de Hercule fabula. (45.) *Pan* apud Mendesios, in antiquissimorum octo deorum numero. (46.) *Sues* non immolant Aegyptii, nisi semel quotannis *Lunae* et *Baccho.* (47. 48.) *Melampus* Bacchi sacra, a Cadmo accepta, Graecos docuit. (49.)

Deos suos *Graeci* partim ab Aegyptiis, partim a Pelasgis acceperunt; unum *Neptunum* ab Afris. (50.) *Mercurii* imagines erectis pudendis. *Pelasgi* Samothraciam incolentes. *Cabirorum* sacra. (51.) Deos olim Pelasgi nullis nominibus propriis insignitos coluerant. (52.) *Homeri* et *Hesiodi* theogoniae. (53.) Origo duorum *Iovis oraculorum*, Ammonii et Do-

donaei. (54-57.) *Pompae* sacrae, diversis diis diversas in urbes ductae ab Aegyptiis. (58. 59.) *Dianae* festum Bubasti celebratum. (60.) *Isidis* festum, in urbe Busiri. (61.) *Minervae* festum nocturnum, *lucernis* per totam Aegyptum *accensis*. (62.) *Solis* festum Heliopoli; *Latonae*, in Buto urbe; *Martis* festum Papremi, quo fustibus se mutuo caedebant. (63. 64.) Aegyptiorum et Graecorum in templis adeundis castitas. (64.)

Bestiarum cultus. (65.) *Felium* singularis instinctus: luctus in morte felis, et canis. (66.) Bestiarum mortuarum sepultura. (67.) *Crocodili* natura et mores: (68.) nomen graecum est: Aegyptiis *champsa* vocatur. (69.) Captura crocodilorum. (70.) *Hippopotamus*. (71.) Lutra, lepidotus piscis, vulpanser. (72.) *Phoenix*, avis fabulosa. (73.) Sacri serpentes Thebis. (74.) Ex Arabiâ advolantes *serpentes alatos* conficiunt *ibides* aves, quae idcirco sacrae habentur. (75. 76.)

Aegyptii, omnium hominum doctissimi. Eorum cura corporis; cibus et potus. (77.) In comessatione meminerunt mortis. (78.) Carmen patrium *Maneros*, qui Graecis *Linus*. (79.) Honor maiorum natu. Salutatio mutua. (80.) Vestis linea; item lanea, sed hac indutos templum ingredi nefas. Consentiunt *Orphica* et *Bacchica* instituta, eademque *Aegyptia* et *Pythagorica*. (81.) Ex diei natalis et ex prodigiorum adcurata observatione praedicunt futura. (82.) Divinationem solis diis tribuunt. (83.) *Latonae* oraculum. (*ibid.* coll. c. 155.) Morborum aliorum alii medici. (84.) Luctus in morte propinquorum. (85.) Triplex *condiendorum cadaverum* ratio. (86 - 88.) Nobilis mulier non continuo post mortem conditur. (89.) A crocodilo raptus, aut fluvio mersus, sacrum funus. (90.) In urbe Chemmi templum *Persei*. (91.)

Aegyptiorum loca palustria incolentium victus e *loto*, et *byblo*. (92.) *Pisces gregales* in mare enatant, redeuntque ad parienda ova. (93.) Oleum ex *kiki* s. *sillicyprio*. (94.) Remedium adversus *culices*. (95.) *Navium* structura et cursus. (96.) Aegypti a

Nilo inundatae facies et navigatio ultro citroque. (97.) *Anthylla* urbs, et *Archandropolis*. (98.)

Antiqua *Aegypti historia*. Primus rex *Menes*, Memphin condidit, in eaque Vulcani templum. (99.) Post Menem reges cccxxx: in his Aethiopes xviii. Regina *Nitocris*, caedem fratris ulta. (100.) *Moeris* rex. (101.) *Sesostris* Asiam et Europam, Thraciam usque, subigit. (102. 103.) *Colchi*, ab Aegyptiis oriundi. (104. 105.) Cippi a Sesostri positi. (106.) Reditus in Aegyptum. (107-110.) *Geometriae* origo. (109.) *Colossi* a Sesostre positi. (110.) *Phero* rex, caecus factus, recuperato visu saevit in mulieres. (111.) *Proteus* rex: *Veneris hospitae* templum. (112.) *Parin*, cum *Helena* in Aegyptum delatum, eiecit Proteus; Helenam et opes marito servavit. (113-115.) Eam famam non ignoravit *Homerus*. (116.) *Cypria carmina* non sunt Homeri. (117.) Aegyptiorum narratio de *Troia* expugnata. (118.) *Menelaus* Aegyptiis pro beneficio iniuriam reddidit. (119.) *Helenam* Troiae non fuisse probat Herodotus. (120.)

Rhampsinitus rex: duo collossos posuit, Aestatem et Hiemem. Regium thesaurum exspoliantes duo fratres, alter laqueo captus; alter capite fratris amputato elapsus, callidissimâ audaciâ cadaver fratris publice suspensum aufert, et ad extremum gener fit regis. (121.) Idem rex *vivus ad inferos* descendisse fertur, et cum *Cerere* aleâ lusisse. (122.) *Metempsychosin* statuunt Aegyptii. (123.) *Cheops* rex, impius et durus, maximam *pyramidem* struxit. (124. 125.) Eiusdem filia ex corporis quaestu aliam pyramidem posuit. (126.) *Chephren* rex, tertiam *pyramidem* struxit. (127.) Illas pyramides Aegyptii vocant *pastoris Philitionis*. (128.) *Mycerinus* rex, mortuam filiam unicam excavatae *bovi ligneae* inclusit, splendide ornatae. (129-132.) Idem dein, noctes diesque luxuriando, reliquum vitae spatium duplicare instituit. (133.) Pyramidem reliquit, quae falso Rhodopidis esse creditur. (134.) *Rhodopis* meretrix, *Aesopi* olim conserva, tum in Aegyptum ab-

ducta, denique a Charaxo *Sapphûs* fratre liberata. (134. 135.) *Asychis* rex: lex de mutuo: pyramis latericia. (136.)

Anysis rex caecus regno exuitur: *Sabaco* Aethiops per 50 annos in Aegypto regnat. (137.) *Bubastis* dea, Graecis *Diana:* cuius magnificum templum in Bubasti urbe. (138.) *Sabaco,* somnio territus, in Aethiopiam redit; *Anysis* rex, ex *Elbo* insula redux, ubi latuerat, regnum recipit. (139. 140.) *Sethon* rex, Vulcani sacerdos, spernit ordinem militarem. *Sannacheribus,* rex Assyriae, Aegyptum adgressus, ingenti clade divinitus adficitur. (141.)

A primo rege *Mene* ad *Sethonem,* intra 11340 annos, nullus deus inter homines adparuit. Bis *sol,* ubi nunc occidit, ortus est; et, ubi nunc oritur, occidit. Tres *generationes* conficiunt centum annos. (142.) *Hecataeum*, genus suum a deo repetentem, rident sacerdotes Thebani. Colossi CCCXLV, totidem sacerdotum imagines; *piromis* ex *piromide* genitus. (143.) Ante homines, in Aegypto *dii* regnaverant; quorum postremus *Orus, Osiridis* filius, qui *Typhonem* oppressit. Orus, Graecis *Apollo:* Osiris, *Bacchus.* (144.) Apud Aegyptios *Pan* est in antiquissimorum deorum numero; mediae aetatis, *Hercules;* postremae, *Bacchus:* omnes quidem longe antiquiores Graecorum diis. Nempe Graeci, quo tempore prima dei alicuius notitia ad eos pervenit, eo natum illum deum perhibent. (145. 146.)

Post Sethonem *XII reges* creati, Aegyptum in totidem partes distributam tenuerunt. (147.) Horum mirabile opus, *Labyrinthus:* (148.) et opus adhuc mirabilius, *Moeridis lacus.* (149. 150.) *Psammitichus,* aeneorum virorum ope adiutus, regnum solus occupat. (151. 153.) *Apidi,* qui Graecis *Epaphus,* aulam exstruit. (153.) Agrum *Ionibus* et *Caribus* tribuit: quorum linguâ instituti pueri Aegyptii, *interpretum* munere deinde functi sunt. Abhinc *Aegypti historia certior.* (154.) *Latonae* oraculum in urbe Buto, ubi *aedes ex uno lapide caesa,* et lacus in quo Chemmis insula natans. (155. 156.)

Azotum, Syriae urbem, post 28 annorum obsidionem capit Psammitichus. (157.) Huius filius *Necos* fossam e Nilo in sinum Arabicum ducere instituit: classes ad utrumque mare aedificat: Syros ad *Magdolum* devincit, *Cadytin* magnam Syriae urbem capit. (158. 159.) *Psammis* rex: ad quem *Elei* legatos mittunt. (160.) *Apries*, bellum cum Phoenicibus prospere gesserat. Accepta a *Cyrenaeis* clade, exercitus ab eo deficit, et *Amasin* regem nominat, contra quem Ionas et Caras armat rex. (161 - 165.) Aegyptiorum VII genera vel ordines. *Calasyries* et *Hermotybies*, ordinis militaris. Utrorumque nomi et numerus. (164 - 166.) Ordinis militaris apud omnes gentes maior dignitas quam opificum. (167.) Stipendium et commoda militum Aegyptiorum. (168.) *Apries* praelio victus et captus. Sepultura regum *Sai*, in Minervae templo. (169.) Ibidem sepultura alicuius dei, et mysteria. Cereris sacra a Danai filiabus in Peloponnesum adlata. (170. 171.)

Amasis rex, generis obscuritatem callido invento a contemtu vindicavit: (172.) mane negotia peragebat, per reliqunm diei tempus otio et genio indulgebat; (173.) olim privatus, iocorum et potus amans, ne a furtis quidem abstinuerat. (174.) *Aedem monolitham* (cf. c. 155.) Elephantine Sain ad Minervae templum transportari curavit. (175.) Alia templa exornavit, novaque exstruxit. (176.) Eius aetate vicies mille urbes et oppida in Aegypto florebant: lege cavit, ut quotannis quisque, unde vivat, profiteretur. (177.) *Graecis* Naucratin habitandam concessit, aliisque in locis templa et aras statuere permisit. (178.) Sola *Naucratis* olim Aegypti emporium. (179.) Templo Delphico deflagrato, Delphenses magnifice donavit rex. (180.) Uxor eius *Ladice*, Cyrenaea, Veneri votum factum exsolvit. (181.) Ad plura Graecorum templa, in his ad Minervae quod Lindi est, donaria misit Amasis. Idem primus *Cyprum* subegit, tributariamque fecit. (182.)